IOANNIS FRIDERICI SOLIS, I.V. DOCTORIS CLARISSIMI,

Tractatus Tripartitus

CONTROVERSIARVM, SIVE QVÆSTIONUM, in vtramque partem formaliter diſcuſſarum.

I. De Dote, eius quidditate, conſtitutione, priuileg. repetit, &c.

II. De Lucro Dotis, ex teſtamento, pacto & ſtatuto viro vxorive competenti.

III. De Bonis conſtant. matrim. acquiſit. & ſponſalitia largitate.

IN QVIBVS SCITE, PERSPICVE ET FORMALITER omnium ferme Doctorum controuerſiæ, circa dotis quidditatem, conſtitutionem, &c. Item teſtamenta, ſtatuta, pacta, conſuetudinem, coniugumque ſocietatem, de bonis conſtante matrim. acquiſitis, diſponentia, occurrentes in vtramque partem diſcutiuntur.

PRO CVIVS VLTIMÆ MATERIÆ MAIORI DECLARAtione, acceſſit eiuſdem Authoris illuſtratione elegans Commentarius de Societate, Petri de Vbaldis, Pervsini I C. celeberrimi, &c.

OMNIBVS TAM PRAGMATICIS, QVAM THEORICIS apprimè vtiles & neceſſarii.

Cum Indice rerum & verborum locupletiſſimo.

EDITIO SECVNDA.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

FRANCOFVRTI,
Apud Wolfgangum Richterum, ſumptibus Nicolai Steinii, Bibliopol. & Not.

Cum gratia ac priuilegio Cæſar. Maieſt. ſpeciali.

ANNO M. DC. XIV.

[illegible] [illegible]

REVERENDISSIMO ATQVE ILLVSTRISSIMO PRINCIPI AC DOMINO, DOMINO IOANNI ADAMO, S. SEDIS MOGVNTINÆ ARCHIEPISCOPO, Sacri Romani Imperij per Germaniam Archicancellario, Principi Electori, Domino & Mecœnati ſuo Clementiſſimo, &c.

IOANNES FRIDERICVS SOL, I.V. DOCTOR

Gratiam, Pacem & omne Bonum precatur.

LEGVM maieſtatem, quam venerandam eſſe Auguſtus declarat, inquiens: Legum veneranda maieſtas, eiuſque Conditores atq; Interpretes, apud omne hominum genus fuiſſe maximos, omnium nationum ac linguarum codices, atq; monimenta oſtendunt, Reuerendiſ. & Illuſtriſ. Princeps Elector, Domine Clementiſſime: legimus enim Iouem, cum apud Cretenſes, & alios eodem nomine inſignitos, apud Arcades leges condidiſſent, pro Diis fuiſſe cultos. Et Moyſes cum Hebræis, atq; eadem tempeſtate Mercurius Triſmegiſtus Aſſyriis, Cecrops Athenieñſibus, leges tradidiſſent, venerationem ſinguli apud ſuos conſecuti ſunt. Idem de Appolline Æaco, Minoe, Rhadamantoq; ſcripto relictum reperitur. Nec non Lycurgum apud Lacedæmonios, Solonem apud Athen. non in minore fermè cultu fuiſſe reperimus, cum populo tales ſtatuerint leges, quas & Xenophon recitare neceſſariũ duxit, & quibus ad noſtros traductis totũ terrarum orbem moderari videmus. Hinc Darius, Philippus Macedo, Alex. Magnus, Iul. Cæſar, Auguſtus Tiberius, Traianus, Anton. Philoſophus, Anton. Pius, Iuſtinianus, Othones, Frider. Barbaroſſa, Sigiſmundus, pluresq; alii Reges & Imperatores, quos recenſere nimis longum foret, Iureconſultos in ampliſſimo ſummoq; honore habuerunt. Hinc Alexander Seuerus Imperator Vlpianum, Fabium, Sabinum, Iulium, Paulum, Celſum, Proculum, Modeſtinũ, alioſq;

iuriſperitos non ſolum familiares, ſed etiam ſocios habuit, vt in eius vita teſtatur Ælius Lampridius. Hinc Imperator honorans Iureconſultos, eos ſuos Anteceſſores, imo Vlpianum IC. patrem ſuũ appellare non erubuit. Sic C. Trebatius humili loco natus ob ſummam in iure ſcientiam, in maximam præſtantiſſimorum familiaritatem venit. Sic P. Alphenus Varus abiecta ſutrina, quam diu exercuit, Romam ſe contulit, & ſub Seruio iuri operam dedit, ac poſteà propter iuris cognitionem ad Cõſulatum euectus eſt. Sic plures alij ob hanc iuris peritiam ad lumen gloriæ clariſſimum peruenerunt. Nec hoc mirum quidem, quod hi Legumlatores Interpretesq; tam ampliſſimo cultu & honore ab omnibus proſecuti fuerint, cum ſecundum omnium ſcriptorum, omniumq; prudentiſſimorum virorum ſententiam, doctrina legalis ad rerum publ. priuatarumq; conſeruationem non minus ſit neceſſaria, quàm ad corpora humana mens, ſanguis & membra, cum illa ſublata vincula humanitatis, vitæq; communis ſoluantur ſit neceſſe, cum, inquam, ſine illa nulla regio, nulla pax, nulla pietas rectè cõſtare poſſit. Nec mirum, ꝙ hi immorti iuſtitiæ magiſtri à tantis tamq; multis Regibus & Imperatorib. in tanta ſemper exiſtimatione habiti fuerint, cum hi diurno, nocturnoq; labore ſemper aſſidueq;, non ſine maxima valetudinis iactura, commune Reip. commodum promoueant, cum ad hos omnes rerum controuerſiæ deferendæ, earumque diſſolutiones ab eis petendæ, cum, dico, eorum ſubſidio, optima religio pulcherrimis ſocietatis noſtræ regulis tum honeſtetur, tum fulciatur. Nec mirum, inquam, quod & hos Imper. Maximi, anteceſſores, & ſocios, & parentes nominarint, cum virtute eis antecedendo, quę iuſtitiæ via foret gradienda, monſtrarint, cumq; eis domi foriſue tum conſulendo, tum etiam in re periculoſa corpus animamq; pro eis tradendo, fideles ſocii fuerint, cum, inquam, eos docendo, inſtruendo, veramq; ſecundum leges eis viuendi rationem præſcribendo ſe parentum locum obtinere demonſtrarint. Conſtat igitur, I C eſſe fuiſſeque ſemper apud Imperatores, Principes, cæterosque Magnates in ſupremo honore, vt ſine quib. legitima inſtituta viuendi ratio, ſine qua totus terratum orbis interiret, conſiſtere nequit.

Sed cum virtus hominumque gloria inuidiam comitem habeat, vt vere teſtatur Socrates, videmus quandoque nequiſſimos impuriſsimosque ſeſe in medium proferre Sycophantas, ſacram hanc rem eiusque propugnatores oppugnare conantes, & neſcio qua inuidia detractioneq; proſequentes. At licet nemo adeo ingenio ſtupidus ſit, quin ſciat, quod gallus nõ miretur iaſpitem, non ſues

dele-

delectent roſæ, non pictura ſimiam, neq; placeat Midæ cantus Apollinis: tamen re ipſa comperimus, omnes omnium fermè nationum Doctores, qui ſuis lucubrationibus commune Reip. ſtudioſorumq; commodum conantur promouere, ſibi aliquot pietate ſimul & eruditione celeberrimos eligere viros, quorum approbatione & commendatione ſuis ſcriptis appoſita non ſolum eo grauiora & acceptabiliora ſuis, quos ſibi eligunt Patronis fiant, ſed etiam, vt horum magnorum virorum commendationis reſpectu adhuc in literis tyrones, ab eorum lectione cum maximo eorum detrimento non arceantur. Hos ego propter meos, ſi quos habeam, inuidulos ſecutus, mihi tales elegi viros, qui ob eorum editas lucubrationes ab omnibus non niſi illuſtres celeberrimiq; ſunt reputandi, qui quantum mea ſcripta eorumque methodum laudarint, quantumq; commendarint, hic cuilibet videndi poteſtas eſt.

Cæterum in hoc voluntati meæ ſatisfacto, exiſtimabam nihil amplius reſtare, quàm vt maiorum meorũ veſtigia ſequendo, mihi huius lucubrationis meæ Patronum acquirerẽ, qui me meaq; ſcripta in ſuam tutelam recipere nõ dedignaretur, quo non duntaxat ea quietè per totum terrarum orbem Doct. manibus tererentur, ſed etiam ego in vniuerſorum hominum cõmodum maiora ſuſcipere inflammarer. Ideoque diu multumq; circumſpicienti mihi, quem potiſſimum hac in re Patronum inuocarem, ſane non ſolũ meo, ſed etiam multorum aliorum excellentiſs. virorum iudicio, nullus alius obuenit, quàm S. Reuerendiſſ. & Illuſtriſſ. Celſit. Nec hoc immeritò quidem: quem .n. (ſi mecum ratione perpendam) iuſtiorem eligere potuiſſem, cui iuris Commentariũ conſecrarem quàm illum, à quo totius Germanię iuſtitia adminiſtratur, vel quid interpartes æquum aut iniquum ſit, ſumma prudẽtia diiudicatur? Quem meliorem fautorem mihi optarem, quàm illum, qui vt omnium bonarum literarum excultor doctos ſumma clementia amplectitur promouetq;? Ad quem, inquam, mihi Catholico magis confugiendum, quàm ad illum, qui Cathol. orthodoxaq; fidei luminis inſtar clariſs. præfulget, ac eos, qui eam religioſe profitentur, ſumma cura & fauore proſequitur, & quaſi in ſinum comprehendit? Prætereo multas alias quib. impellor ſuæ Reuerendiſs. & Illuſtriſs. Celſit. excelſi animi virtutes, modeſtiam ſcil. in adoleſcentia, diligentiam bonarum artium in iuuentute, prudentiam in ſenectute hac viridi, vt iſtud eſt Virgilii: Sed cruda Deo viridisq; ſenectus, cæterasq; in omni ætate virtutes, quib. aut ſuperauit maiores ſuos, aut illorum attigit laudes. Taceo quòd nec in ſubditorum

ſuorum, nec in amicorum negotiis, adeo vnquam defatigata fuerit, nunquam laboribus ceſſerit, nunquam rei difficultate repulſa, vt merito alter Clearchus, qui cauſas & amicorum & patriæ præferebat ſuis, vocari poſſit Non recenſeo, quod iſta ſua ſingulari virtute, non ſolum ſibi iſtam ampliſſimam pepererit dignitatem, ſed ſuis omnibus, hoc eſt nobis, noſtræq; religionis, ſuæ patriæ, ſuis agnatis, cognatis, neceſſariisq; ac propinquis reliquis laudem atque gloriam immortalem. Nō enim in iſtam ſupremam fermè ſedem ſorte ſua Reuerendiſs. & Illuſtriſs. Celſit. coniecta, ſed vna omnium eorum ſententia, quibus hæc delectio digniſſima imminebat. Non hoc loci corruptelis tentata res eſt, vt ſæpe. Non amicorū ſtudiis, vt aſſidue. Non Principum literis commendatitiis, vt ſemper; Sed concurrente nobiliſſima generoſiſſimaq; ſtirpe, ſola virtute, probitate, doctrina, ſapientia, huius Præſulis Reuerendiſſimi, huius Epiſcoporum Præfecti digniſſimi, huius Principis Electoris animo maximi.

Verum hic mihi quidem maiora & auguſtiora de S. Reuerendiſ. ac Illuſtriſ. Celſit. ſuisq; egregiis virtutibus, quib. motus huius Cōmentarii conſecrationem illi fecerim, eſſent recenſenda, quàm liceat hoc tempore propter aſſentationis ſuſpicionem prædicare. Ideoque hæc obiter & velut per tranſennam ſubnotata volo, &, vt in ſpe optima ponimus, per occaſionem copioſius. Has enim literas ad ſuæ Illuſtriſ. Celſit. modeſtiam, eamq; qua vti ſolet breuitatem accommodandas cenſui, conſiderans quid aures ſuæ pati poſſent, non quid virtutibus ſuis deberetur.

Obnixè itaq; Reuerendiſs. Celſitud. S. rogo, vt hoſce labores meos, tanquam deditiſſimi animi mei ſpecimen, clementer & benigniter ſuſcipere, meq; in clientum ſuorum numerum referre, ſibiq; commendatum habere dignetur.

Faxit æternus & miſericors Deus, & iuſtitiæ fons inexhauſtus, vt plurimis annis, & Eccleſia, & Reſpub. felicis ſuæ Illuſtriſ. Celſit. Gubernationis virtutumque, quę in animo ſuo elucent, fructus vberrimos percipiat, & ſub Illuſtriſs. Celſitud. ſuæ tutela atque præſidio pax, literæ, & pietas, perpetuo floreant. Datæ Spiræ, Nemetum 11. Iulij, Anno poſt Chriſtum natum 1602.

REVE-

REVERENDO ADMODVM, NOBILI ET CLARISSIMO VIRO, DOMINO VALENTINO LEVCHTIO, SS. THEOLOGIÆ DOCTORI, SANCTÆ ROMANÆ ECCLESIÆ Prothonotario Apoſtolico, Comiti Palatino Cæſareo, nec non ſacræ Cæſ. Maieſt. in re libraria Commiſſario generali, Francofurti Imperialium ad S. Bartholomæum Canonico & Cantori, Dn. ſuo plurimùm obſeruando,

IOANNES FRIDERICVS SOL I.V. DOCTOR. S.

LICET commune rerum tàm publicarum, quàm priuarum commodum non melius, quàm per legalem prououeatur ſuſtineaturq́ue ſcientiã, Doctor admodũ obſeruande, ſine qua videl. nulla pax, nulla religio, nullaq́ue pietas rectè cõſtare poteſt, vt pulchrè teſtatur Cicero, dum ait: vbi ius ratioq́ue perit, ibi habitandũ non eſſe. Et iccirco quò hæc res ſanctior grauiorq́ue eſt, eò magis iſtius rei Coadiutores merito laude & honore à quouis eſſe proſequẽdos Herodoti reſponſum eſt, vtpotè qui, vt Paulus IC. ait, lites dirimunt, diſcordias ſedant, hominesq́ue hominum vtilitati cogunt inſeruire: tamen videmus, proh dolor, eos ab inuidis non raro detractione & vituperio perſequi.

Quamobrem non obſtante eo, quòd horum nebulonum detractio ab omnibus bonis flocci fiat, videmus ſummos & præcipuos rerum Scriptores, animo huic malo obuiandi, ſibi aliquot viros, pietate ſimul & eruditione celeberrimos, eligere, ob quorum commendationem & approbationem in literis adhuc tyrones à ſuorum ſcriptorum lectione, cum maximo eorum damno non repellantur, nec non ipſi Scriptores inconſultè, cum maxima temporis, laboris, famæq́ue iactura aliquod opus aggrediantur. Hinc legimus Alexandrum in vita patris ſui Philippi viri ſapientiſſimi, nihil vel dicere, vel facere cõſueuiſſe, quod ab eò, vel dictũ vel factum non accepiſſet. Hinc Alcibiadem, virum prudentiſſimum modeſtiſſimumq́ue, inter ſenes quæſtionem proponere ſolitum fuiſſe reperimus, de qua illos commentari audiret, intelligeretq́ue illorum ſententiis, quid ſibi deligendum foret. Hinc ſcripto relictum inuenimus, Cyrum iuniorem præmia conſiliorum grauiſſimis propoſuiſſe Senatoribus, res-

Digitized by Google

que arduas,quaſi ad ſe non pertinentes in medium attuliſſe,vt priùs eorum audiret ſententias,quàm opus aggrederetur inconſultè.

Horum conſilium vti bonum, Reiq́ publica proficuum, quin ſequerer, conſultè aduerſus eos, qui de virtute cum maxima fortè inuidia mecum certabunt, intermittere non debui.

Conſideranti igitur mihi quinam potiſſimùm hac in re mihi eſſent eligendi, ob quorum doctrina excellentiam, morum & pietatis integritatem, caterasq́ inſignes animi dotes, meorum ſcriptorum ab eis facta commendatio & approbatio neutiquam cauillari poſſet; ſanè nullus alius pracipuè incidit, quàm tu vir ampliſſime. Et hoc meritò quidem: quem enim inter alios hac in re diiudicanda iudicio meliorem eligere potuiſſem, quàm eum, qui ob vita ſanctimoniam, religionisq́ reuerentiam, nihil fucati doloſiq́ pronunciat? quem doctrina maiorem, quàm eum, qui ob multa diuerſaque ab eo edita opera toti Germania notiſſimus? quem, inquam, authoritate grauiorem, quàm eum, qui ab ipſa Imperatoria Maieſtate ad huiuſmodi res diſcernendas diiudicandaſue ſingulariter cooptatus?

Accipe igitur, vir praclariſſime, hac mea ſcripta, ea legere, perſcrutari & iudicare non dedigneris, vt ea tandem à te reprobata non edantur, vel approbata eò acceptabiliora & grauiora omnibus bonis fiant, ab eisq́ reputentur. Vale. Data Spira Nemetum 25. Aprilis, Anno à Chriſto nato 1602.

NOBI-

NOBILI, CLARISSIMO ATQVE CONSVLTISSIMO VIRO, DOMINO IOANNI FRIderico Sol, I. V. Doctori Celeberrimo, &c. Amico ſuo obſeruandiſſimo.

EY ΠΡΑΤΤΕΙΝ.

EPISTOLAM tuam, Nobilis, Clariſſime, atq; Cõſultiſſime Domine Doctor, Amice integerrime, vt humanitatis ingenuæ & intimi amoris copia, ita ſingularis eruditionis ſplendore & rei grauitate conſpicuam, Spiræ Nemetum 25. Aprilis huius currentis anni exaratam, & ad me deſtinatã, laus DEO, rectè accepi, ad quã vt breuiter reſpõderẽ, ipſa æquitas equidẽ me impulit, & ſyncera familiaritas iam antè inter nos contracta peramanter vrſitatque coegit: Quare vt hanc mentis meæ, de tuo laborioſo volumine, difficillimam Dotium materiam tractante, explicationem boni facias etiam atque etiam rogo.

Etſi verò illi, qui pro Reipublicæ ſalute ſedulâ operâ intenti, conceptas ſuas diuinitùs commiſſi ſibi talenti elucubrationes, hoc præſertim cruento noſtro ſeculo, in quo fermè omnes omnium diſciplinarum, artium, facultatum, & ſtudiorum impenſi labores & vigiliarum conatus ab inuidis calumniatoribus & monſtroſis obtrectatoribus, quorum maledicorum hominum nullum aliud genus (teſte Demoſthene) eſt pernicioſius, nullum crudelius, aut deteſtabilius, ſiniſtrè interpretantur, & temerè ſine fundamentis, & rationibus cauillantur, in apertam lucem emittere cupiunt, infinitis periculis inſtar fluctiſonum mare nauigantium, & illius innumeras tempeſtates truculentas, & varias obiectiones ſuſtinentium ſeſe committunt. Tot enim illis occurrunt calumniæ, tot detractiones, tot nugæ & inſidiæ obuiam veniunt, quibus immeritò laceſſuntur, & acerbè impetuntur, quot ſanè exemplaria illius operis diſtrahuntur, ſeu ad manus talium iniquiſſimorum maledicorum uèiudicum perferuntur.

Vndè etiam interdum vſu venire ſulet, quòd plures omnibus numeris abſoluti & prçcellentes viri, ob boc laborum ſuorum diſpendium, immane famæ ſuæ periculum, & ob huiuſmodi ignominiam abhorreant, ac ſeſe à ſuorum exantlantorum laborum publicatione, & ab hoc ſcriptionis & euulgationis genere, omninò abſtineant, aut perceptis ſaltem illis calumniis exemplo aliorum abſterrere patiantur, alij quaſi in medio nauigationis mari, ab inchoatis ſuis operibus laboribusque deſiſtant, aut venenoſorum multitudine telorum ſuorum æmulorum obruti, & eiuſmodi acutis ſcopulis illiſi ceu in profunda ſcylla vel charybdi intereant: Attamen, qui ex horum maledicorum detractionibus, moroſorumque hyppocentaurorum faucibus ſeſe extricare, inuidentium friuolas technas ſtato propoſito ſpernere, illasque poſtponere & nihili facere poſſunt, ceu excellentes Mercatores, ex infeſtis amari maris fluctibus liberati magnas diuitias, egregiasque laudes reportant, & ad ſummum ſummi honoris culmen, & ſupremam dignitatis eminentiam euehuntur, gratiam Prin-

cipum

cipum, fauorem Magnatum, amorem eruditorum virorum, & omnium denique propenſam voluntatem, promerentur, quibus induſtria & labor ſtudiorum indeſeſſorum præmiis maximis adaugentur, imò & immortale nomen ſibi, ſuiſque, necnon perennem memoriam, & perpetuam famam, apud ſeram & gratam poſteritatem conciliant.

Hæc, Clariſſime Domine D. Amice ſuauiſſime, non ob eam cauſam ita referre placuit, vt te virum inprimis fortem & conſtantem, ab præclari ingenij tui fœtus publicatione palam deterrerem, aut ſeriò reuocarem, ſed magis hortarer, admonerem, ne ab iſto tuo inſtituto Reipub. tàm vtili, ſcholis tàm neceſſario, rebus forenſibus tàm frugifero, & omnibus omnium nationum tàm acceptabili, calumniantium ronchis, inuidentium nugis, aut obtrectantium mendaciis remoratus deſiſteres, neuè amouerere, ſed huiuſmodi ſuſorrones ceu ventri crepitus floccipenderes, vel vt ranas inaniter coaxantes contemptim reſpueres & reiiceres. Nunquam enim (vt Senecę Philoſophi verbis vtar) melius torquebis inuidos, q̃ virtuti & gloriæ ſeruiẽdo: difficilem ergò oportet habere aurem ad crimina, ait idem in prouerb. memor illius dicti Iſocratis: τῶν εὐτυχούντων ἀνταγωνιστὴν ἔλεγεν εἶναι τὸν φθόνον. Fortunatorũ hominũ aduerſarium eſſe inuidiam. Quod Socrates talibus verbis expreſſum poſt ſe reliquit: τοῖς μὲν διὰ τοῦ ἡλίου πορευομένοις ἕπεται καὶ ἀνάγκην σκιά· τοῖς δὲ διὰ τῆς δόξης βαδίζουσιν, ἀκολουθεῖ φθόνος; hoc eſt; iter facientes per ſolem, neceſſariò ſequitur vmbra; incedentes verò per gloriam Comes eſt inuidia. Hinc Valer. Maximus libr. 4. ait: Nulla tàm modeſta felicitas eſt, quæ malignitatis dentes vitare poſſit: Diuites enim ſunt alienis iacturis, locupletes calamitatibus, immortales funeribus obnoxij. Vndè quidam interrogatus, quomodo inuidos non haberet, reſpondit, ſi nihil ex magnis rebus habueris, aut nihil feliciter geſſeris: nam ſola miſeria caret inuidia. Sed de his hactenus.

Quare quamprimùm hoc exemplar manuſcriptum trium horum ſelectiſſimorum tractatuum, quæſtionum & controuerſiarum tuorum laborum primitiarumque tuarum, in quibus fotmaliter & aptè omnium Iureconſultorum circa ampliſſimam materiam DOTIS, deque eius Lucro, & Bonis ſtante matrimonio acquiſitis in vtramque partem dilucidè diſcutiuntur, mihi viſum, & illius copia legendi amicè conceſſa fuit, ſtatim paucis peruolutis paginis, animaduerti pulcherrimam in ea materia procedendi methodum, & exactiſſimam in vtramque partem diſcuſſionem & explanationem, qua nemo ſanè alius Doctor Doctorum hactenus maiori perſpicuitate docendi vſus eſt, Dom. Nicolao Steinio, Notario & Bibliopolæ, affini meo perſuaſi, vt tècum pro exemplaris huius conceſſione, de laboris honorario (non enim dico pretio, quod labore in hoc opere impẽſo æſtimari vix poteſt) ageret, ſumptus in illud præberet, illiusque editionem velociùs maturaret, & tantum commune Reipub. bonum per illud promoueret, quod & is pro ſingulari ſuo animi candore in ſe libenter recepit, & admonitioni meæ acquieſcendo, tecum, vt noſti, beneuolè contraxit.

Porrò hoc opus tuum tuarum primitiarum mea qualicunque ieiuna commendatione herclè non indiget, à te ſuo Authore ſufficienter iam laudatum, accuratè elaboratum, floſculis iuridicis mirificè exornatum, hiſtoriis & exemplis apprimè elucidatum, penicillo ſubtili depictum, quæſtionibus grauiſſimis & ſolutionibus perfectè abſolutum, omniaque in eo contenta tàm dilucidè expenſa, tàm exactè examinata, tàm feliciter in vtramque affirmatiuam & negatiuam partem diſcuſſa, tàm bellè tractata, tamque vigili ſtudio definita & concluſa ſunt, vt nullius alterius adminiculo ſuffulciendi indigeant, neque ab Academicis, neque ab iis, qui publicè in foro verſantur, quicquam in eis deſiderari poſſe planè mihi perſuaſerim.

Poſtremò vnum hoc ſupereſſe videbatur, vt à te, Clariſſime Domine Doctor, ſedulis precibus contenderem & efflagitarem, vt pari dexteritate alias, etiam in re iuridica neceſſarias materias enucleandas in manus tuas ſumeres, & tali methodo declarares & elucidares, calumnias obtrectatorum & malignantium, qui nullibi præſertim apud viros candidos & claros fidem merentur, non curares, DEVS ter Opt. Max. ſuggeret tibi facultates, & ingenij, & memoriæ, & voluntatis vires atque vigilias laboresque tuos infinitis præmiis rependet, viri Docti tuos conatus promouebunt,

Prin-

Principes & Magnates te commendatum ſibi habebunt, & ad altiora euehent. Et quantum denique in me erit, apud omnes candidos induſtriam tuam, vigilias & ſtudia tua commendabo & celebrabo. Mitto igitur tibi Carmen in opus, & nominis tui honorem, graſſa quidem Minerua, æqua tamen mente, à me decantatum. Vale & me, vti incepiſti, amare ſatage. Datum Francoforti Calendas Maias, Anno ſalutis noſtræ, 1614.

Tuus ex animo

paratiſſ.

VALENTINVS LEVCHTIVS,
Theologiæ Doctor.

EPI-

EPIGRAMMA,

IN TRACTATVS DE IVRE DOTIVM NOBILIS, CLARISSIMI ET

conſultiſsimi viri Dn. IOANNIS FRIDERICI SOLIS I. V. Doct. exaratum

Auctore

VALENTINO LEVCHTIO DOCT. THEOLOG. Prothon. Apoſt. & Comite Palatino.

QVID Dos, *& genus, & ſpecies, & cætera* Dotis
Omnia, præclarum continet iſtud opus.
Quod vigili ſtudio promis, Clariſſime Doctor,
Et memori ingenio, ſedulitate graui.
Scilicet vt flammis patulum Sol aureus orbem,
Ipſe ſuis luſtrans, cuncta calore fouet.
IOAN: FEDERICE, *tuo celebri cognomine,* SOLIS
Cui Themis & Muſæ, laudis honore fauent,
Ingenii docilis ſublimia ſparſa per orbem,
Sidereis tua ſic ſcripta micant radiis.
Materiam hanc dotis ſic affirmando, negando,
Nemo alius methodo, te meliore, dedit.
Omnia rite probas veris rationibus, apta,
Siue ſcholis, aulis, conſona ſiue foro,
His tibi concilies famam, nomenque perenne,
Te colet, hoc magno munere poſteritas.
Macte animi virtute tua, ſacra iura tuere,
Et Themidos leges, diſcute ſponte tua.
Vtilis eſt labor iſte tuus, fœlicibus ortus
Auſpiciis, cunctis credito gratus erit.

IOAN.

IOANNES FRIDE-RICVS SOL. IC.

THOMÆ ALTHOVIO PRÆCLA-riſsimo IV. Doctori S.

CVM Parentum iudicium de filiis non ſit fucatum, non doloſum, non ſimulatum, Doctor præclariſſime; vtpotè qui non ſimulatè, ſed ſyncerè quid laudis, quidue vitij in filio ſit, pronunciant, vt vel emendet ſe corrigendo, vel ad maiores virtutes capeſſendas laudando inflammetur.

Ideoque cùm tu ex numero Præceptorum meorum non infimus es, quos viri pietate non minus gratitudineq; ſingulari, quàm innata quadam de literis benè ſentiendi cupiditate, pręditi, parentum loco eſſe voluère. Nec hoc quidem (vt etiam meum ea de re promā iudicium) ſine ratione: quemadmodum enim à parenribus ſumus, ſic à præceptoribus benè ſumus; ab iis vitam accepimus, ab his autem, vt eam benè feliciterque tranſigamus, habemus. Nihil enim, teſte Auguſtino, aliud eſt, honeſtè ac beatè viuere, quàm illa, & diſcere, & tenere, quibus æternitas gloriæ comparatur. Sed à quibus aliis hæc habemus, quàm à præceptoribus? Vnde enim prima (vt à modicis incipiam) literarum elementa benè componendi facultatem haberemus, niſi illa nobis à Priſciano, Beda, Phoca, Capro, Marcello, Varroneque tradita eſſet? Vnde benè ornateque eloquendi artem hauſiſſemus, qua cæteris hominibus antecellimus, niſi eâ ab Hermagora, Hermogene, Æſchine, Lyſia, Demoſthene, Ariſtotele, Iſocrate, Cicerone, & Catone inſtructi eſſemus? Vnde Poëſin, niſi Orpheus, Muſæus, Heſiodus, Homerus, Pindarus, Ariſtophanes, Euripides, Sophocles, Virgilius, Ouidius, Horatiusque eam nobis reliquiſſent? Vnde, inquam, hiſtoriarum principia nacti eſſemus, niſi Herodotus, Thucydides, Polybius, Plutarchus, Liuius & Saluſtius nobis adiumento fuiſſent? Non refero Theologicæ facultatis lumina, Hieronymum, Ambroſium, Auguſtinum, Chryſoſtomum, Gregorium, Thomam, multoſque alios. Non commemoro ſacroſanctæ Iuriſprudentiæ noſtræ Conditores, Scæuolam, Papinianum, Vlpianum, Modeſtinum, Paulum, alioſque ſimiles. Non recenſeo medicinæ artis celeberrimos Doctores, Hippocratem, Galenum, Auicennam, Serapionem, & cæteros, quorum omnium eminenti doctrinâ, vitam ſanctè, piè atque religioſè agimus, nobiſque hinc ab inferioribus ad ſuperiora aſcenſum paramus, & corporibus noſtris in terra viuentibus, mentes noſtras in cœlo paſcimus.

Cùm igitur Præceptores noſtri, quo ad vitæ inſtructionem meritò parentum loco exiſtimentur, qui ea, quæ in filiis ſunt vituperanda, intrepidè, vt ſe emendent, vituperant, & quæ ſunt laudanda maioris virtutis capeſſendæ cauſa ſyncerè laudant.

Non debebam ſanè hac ratione motus inter alios Excellentiſſimos, totiq; Germaniæ Celeberrimos Doctores, mihi alium Iudicem, conſultoremque eligere, quàm te Præceptorem meum, qui non minùs curaſti, vt ſaperem, quàm vt ſcirem.

Sed quorſum hæc, inquies, & quæ ſunt illa, quorum cauſa meum expoſtulas iudicium? Dicam breuibus, ſcripta illa mea, tibi à me nuper oblata, hanc præbere cauſam, vt quid de eis eorumque methodo, hactenus à nullo obſeruata, deque plurimis legum

Digitized by Google

intelle&ibus à me nouiter in ſubtiliſſimam illam, & ampliſſimam rei dotalis materiam traditis, ſentias, breuiter præfari non dedigneris, quò habeant æmulatores mei, quod rodant, & amici quod mecum poſt tantos impletos labores gaudeant. Hęc ſunt, quæ à te Doctore meo colendo expoſtulo, tu ſyncerè reſponde, & vale in Chriſto. Datæ Spiræ 25. Aprilis, Anno ſalutis 1602.

NOBILI EXCELLENTISSIMOQVE VIRO, D. IOANNI FRIDERICO SOL. IV. DOCT.

THOMAS ALTHOVIVS S.P.D.

MVLTA *breuiter complexus es, Doctor Excellentiſſime, quibus animi tui virtus, modeſtia & excellentia perſpicuè manifeſtatur, quòd me, & parentem, & Præceptorem tuum appellare digneris, qui mihi hodie (* DEO *hoc mirificè largiente) ingenii & doctrina excellentia longè præſtas. Sed vt virtutum plenus es, quarum flamma tibi tuisque maioribus illuſtre* SOLIS *nomen parauit, ſic tua verba ſonant.*

Age ergo mi Domine, & iudicium de te tuisque ſcriptis lectori exaratum accipe, & tale quidem, quod ad modeſtiam, qua vti ſoles, & non virtutes tuas, quibus multa maiora deberentur, conceptum eſt. Vale dulce patriæ tuæ decus.

IN TRACTATVS CONTROVERSIARVM DE DOTE, EIVS LVCRO, ET BONIS CONSTANTE MATRIMON. ACQVISITIS, NOBILIS EXCELLENTiſſimiq; viri, IOANNIS FRIDERICI Solis, I. V. Doctoris,

THOMÆ ALTHOVII IC. PRÆFATIO.

CVM nemo adeo iniquus rerum ſit æſtimator, Candide Lector, qui inficiari audeat, maximas iis deberi gratias, qui de Repub. literaria benè mereri ſtudent, vtpote ſine quibus, vt teſtatur Cicero, nullum viuendi genus commodè inſtitui poſſit: Iccirco in optima ſpe ponimus, te auide noſtrum iudicium accepturum, quod nobis de his Tractatibus, eorumq; excellentiſſimo Authore, Doctor. IOANNE FRIDERICO SOL, paucis deſcribendi propoſitum eſt. Et vt in primis omnibus ſtudioſis hunc Authorem quaſi prothotypon rectè beneque ſtudia ſua inſtituendi proſequendique ob oculos ponamus, libuit breuibus aſſerere, hunc Doctorem ab initio quidem ſuæ ætatis bonarum literarum ſcientiæ perdiſcendæ fuiſſe deſtinatum, ſed cum per mortem parente ſuo, Henrico Sol, eſſet orbatus, matris præ amore incuria, vt puer puerilia tractauit, vſque ad annum ætatis ſuæ decimumtertium, quo præterlapſo, cum ætas ingeniumque eius matureſceret, perpendit ſecum iſtam ſententiam, ab Alano carmine deſcriptam:

Dum calor eſt & pulchra dies formica laborat,
Ne pereat dum nix venerit alta fame:
Sic iuuenis dum tempus habet ſudoribus aptum,
Quærat quo poßit laſſa ſenecta frui.

Et nullius admonitione, ſed proprio motu, diuinoque quodam nutu ad diuerſa bonarum artium collegia profectus, in quibus adeo profecit, vt in breuiſſimo temporis curriculo, non ſolum verba in ſuos caſus flectendi modum addiſceret, ſed etiam Roma-

nam linguam apte beneq; pronunciandi ſcribendiq; ſibi facultatem arriperet, qua facultate impetrata, ſuorum Præceptorum ſuaſu Coloniam petiit, ibique in Gymnaſio Laurentiano examinatus & receptus, in quo cum maxima omnium admiratione adeo in ſtudiis profecit, vt totum bonarum literarum & philoſophiæ curſum in anno cum dimidio ferme compleret; ô factum ſtupendum omnique æuo celebrandum! Sed quid mirum hominis, ſi reſpiciamus ingenii excellentiam, atq; induſtriam, qua cæteris omnib. ſucceſſu temporis, Deo clementer ſic cōdonante, longe præſtitit, multa plura de memoriæ eius felicitate, & egregia diſcēdi methodo eſſent referenda. Neq; .n. in tam breuiſſimo temporis ſpacio Poetarum fabulis deluſus, neque pigmentis Oratorum delibutus, neq; Sophiſtarū tendiculis oblectatus, ſed ꝙ in ſingulis ad baſin puræ ſolidæque doctrinæ pertinebat, vt apis delibauit. Nam ex Rhetorum ſcholis tantum arripuit, quantum ſibi ad bene apteq; ſcribendum ſatis eſſe videretur, atq; è Logicorum Philoſophorumq; ſubſelliis quod acceperat ad belle, & artificioſe argumentandi modum, animique curationem ſapientiſſime traduxit.

His ſic feliciter peractis, ad vtrumque iuris ſtudium animum applicauit, quod cum maxima faceret animi delectatione, in medii anni ſpacio adeo in eo ſtudio profecit, vt in florentiſſimo, totique terrarum orbi celeberrimo iuridicæ facultatis Collegio, quod eſt Coloniæ Agrippinæ, in album publicorum Collegarum non indignus ſit acceptus, in quo diſputando reſpondendoq; ſe adeo egregie exercuit, vt quamprimum illi variæ, intricatæ, & ſubtiliſſimæ in vtroque iure materiæ typis mandandæ, publiceque defendendæ diuerſis vicibus fuerint aſſignatæ, ex quarum publicatione & feliciſſima defenſione, maximum ſibi apud omnes Candidatos honorem & laudem acquiſiuit. Quæ tandem omnia hoc operata ſunt, vt à facultate ibidem Iuridica licentia in vtroq; iure ſummum accipiendi gradum non indignus iudicatus fuerit, vt de hoc ſibi publicum eiuſdem Vniuerſitatis extat teſtimonium. Sed cum euitandorum magnorum ſumptuum cauſa ibidem raro Doctoralis ſumatur laurea, aliorum excellentiſſimorum virorum ſuaſu poſt multas & varias prius ab eo illuſtratas Vniuerſiates, ad Catholicam celeberrimamq; Herbipolenſem Franciæ Orientalis Vniuerſitatem profectus, ibiq; poſt multarum Controuerſiarū publicam Repetitionem, ac tria difficillima rigoriſſimaq; examina, & recitatam de iuriſprudentiæ laude & officio ſtudioſi iuris Orationem, nec non difficillimæ alicuius materiæ datam determinationem,

in ſplen-

in ſplendidiſſima Aula Kilianea, in ampliſſimo Reuerendorum, Generoſorum, Illuſtrium, Clariſſimorum atque Subriliſſimorum Academicorum conceſſu, in maxima nobilium ingenuorumque adoleſcentum corona, Doctura ornamenta, atque inſignia, tam iuris Ponrificii, quam Cæſarei, cum omnium admiratione & applauſu illi collata ſunt.

Hæc omnia licet hominem ſatis virtuoſum faciant, & apud Principes, Magnatesque acceptabilem: tamen cum quandoq; inuirtuoſi indoctique aliorum fauore & commendatione præ cæteris Clariſſimis viris promoueantur, noluit hiſce honoribus eſſe contentus, ſed neceſſum duxit, vt aliquod ſingulare & celeberrimum ſuæ doctrinæ ſpecimen toti mundo ederet, quo cognito tandem Principibus clarisque viris gratus acceptusque foret. Ex magno autem velut aceruo ea potiſſimum tractanda ſuſcepit, quę & frequenter inter ciues accidere ſolent, & magnum præſtant vſum in Republica bene gubernanda. Quare mareriam iſtam controuerſiarum ſubtiliſſimam, ampliſſimam, & in vſu fori celeberrimam de iure dotium, eius lucro, & bonis conſtante matrimonio acquiſitis, conſcripſit, eamque in tres diuerſos Tractatus diſtribuit, & inuolutam antea, & obſcurã, ita docte interpretatus eſt, vt Doctorum hominum iudicio illam euoluerit, & perſpicuam omnibus reddiderit. Cauſas enim & fines, eorumq; exceptiones & conſequentia acute inueſtigans, quicquid ſimile, diuerſum, pugnans, contrarium, in iſta materia ex vtroque iure occurrit, iſtud in his Tractatib. pulcherrima methodo digeſtum videbis. Ab imo enim ad ſummum ſuas propoſitas Controuerſias ita tractauit, vt nihil videatur accidere, cuius explicatio tibi non ſtatim occurrat. Hic autem quid primum miramur? an iudicii acumen, an hominis ſolertiam, an memoriæ vim, an variam & magnam lectionem? An non hæc omnia ſumma hoc in opere laude celebranda? Nonne opus arduum fuit, tot ſcriptores euoluere, Theologos, Iurisconſultos, Philoſophos, Poetas, Oratores, Hiſtoricos, eorumque iudicia perſcrutari, atque diiudicare? Num arduæ memoriæ, tam multa, tam varia, tamque diuerſis in locis poſita, mente comprehendere? Tam varie diſperſa atque diſſipata ſyllogiſtice, & apta rerum ſerie, vt omnia inter ſe cohęreant diſcutere, nonne ſummi opus eſt Artificis? Nunquid ſimul Dialecticam, ſiue argumentandi modum, cum iure docens, ſummo honore proſequendus? Imo ſane, nec dubito, quin hic Author ob ſingularem ingenii doctrinæque excellentiam, morum inregritatem, aliasque inſignes animi ſui dotes, non

ſolum communi populo,ſed etiam Principibus aliisque Magnatibus fore ſit, & merito eſſe debeat gratiſſimus, vtpote cuius ope commune Reipublicæ ſtudioſorumq; commodum poterit ſumme promoueri.

Habes igitur,ſtudioſe Lector, materiam bonorum ad virum & vxorem pertinentium expeditam. Habes eiuſdem Controuerſias ferme omnes,quæ inde naſci poſſunt, & in forum deduci,ſummo labore explicatas. Legant ergo hanc lucubrationem vxorem ducturi, legant coniugio iuncti, legant & cœlibes. Nemo erit (ſat ſcio) qui ex huius doctrina commodum vberrimum non reportet, & huic Doctori,per quem non paruum ſe facere progreſſum intelliget,gratias ingentes non habeat.

Hæc,beneuole Lector,quin tibi ſignificarem intermittere non debui, non quod hic Author aliqua commendatione indigeat, cum excellens eius doctrina, cuius promptiſſimum hi Tractatus præbent teſtimonium, ipſum ſummopere apud omnes bonos commendabit,ſed vt mihi tibique gratularer, quod Deus ex diſcipulo quondam meo nobis tantum Germaniæ decus excitarit,quo & Reipub. & ſtudioſorum commodum non modice promouetur. Vale.

IOANNI FRIDERICO SOL, IV. D. CLARISSIMO,

PETRVS GILKENIVS IV. D. ET FLORENTISſimæ Wirtzeburgenſis Vniuerſitatis Prorector, &c. S. P.

INTELLEXI, Clarißime Domine Doctor, ex tuis literis, quod iam antea mihi perſuaſißimum erat, te per ſemel quæſitæ laudis veſtigia decurrentem, nihil alienum ab illa expectatione, quam in Academia Herbipolenſi, cum haud vulgari ingenij tui commendatione excitaſti, meditari aut inſtituere: Sed de partu, cuius exemplar ad me miſiſti, quem aliquot annis lambendo ad illum nitorem & perfectionem, quæ operi reſponderet perduxiſti, edendo, cogitare. Doleo plurimùm occupationes meas inuidiſſe, quò minus eaſdem Lucubrationes euoluere, & tuis poſtulatis, quantum ingenij mei vires paterentur, ſatisfacere potuerim. Cæterum ſi vt ex vngue leonem, ita hæc ipſa Commentaria æſtimare licet, conſtituo eadem digna eſſe, quæ non ſolum lucem ex impreßione accipiant, ſed etiam in ſcholis, item & in foro cum fructu legantur atque verſentur. Non dubito autem has ipſas Lucubrationes tibi nomen conciliaturas, idque eo iuſtiori ex cauſa, quod in florenti quidem, nondum tamen confirmata tua ætate, lubricam illam, & multorum infeſtis ſpiculis obnoxiã viam aggredi non reformidaueris. Eſt tamen conditio tua eo melior & ſecurior, quod ſi quid ad conſummationẽ operis deſit, id annis procedentibus ſecundum tua promiſſa nobis communicare poßis. Deum omnis boni fontem & parentem precor, vt te in Neſtoreos annos incolumem & florentem conſeruet. Data VVirtzburgi 18. Calendas Septembris, Anno 1602.

NOBILI, CLARISSIMO CONSVLTISSIMOQVE VIRO, IOANNI FRIDERICO SOL. I.C.

IOANNES PONTANVS I.V. Doctor omnem precatur fœlicitatem.

ISTVD famæ genus iam tibi conſequendi poteſtas data eſt, Nobilis, Clariſſime Cunſultiſſimeque vir, de quo Terentius effatur: homo perpaucorum hominum, imò plus dico, nullorum. Nemo enim eius ætatis, cuius tu es, hac tempeſtate reperitur, quem non ingenij doctrinæque excellentia ſuperas. Quamobrem ab illo tempore quo primùm te in diuerſorio quodam VVormatiæ, cùm vnà cum quatuor aliis iuris Doctoribus Spiram peteremus, cœpi cognoſcere, me adeò toto animo tibi coniunxi, vt ſiue tu volens nolens, ego nunquam hanc meam in te beneuolentiam amittam, & hoc quidem (vt dixi) propter doctrinæ tuæ eminentiam, & ſingularem animi tui candorem. Cùm enim nos tunc temporis de quibuſdam rerum controuerſiis differeremus, tu, aliorum prius auditis ſententiis, caſum propoſitum ita profundè, ſubtiliter, & perſpicuè enucleaſti, vt non ſolùm nos omnes in tuam traheres ſententiam, ſed etiam cùm audiremus, te omnia noſtra argumenta & rationes, quæ per horam à quolibet noſtrorum poterant proponi, ita exactè receſſere & diſcutere, potiùs tibi diuinum, quàm humanum ingenium eſſe crederemus. Hinc quilibet Doctorum præ maxima doctrinæ & ingenij tui admiratione, nominis tui deſignationem tua manu conſcriptam petebat. Hinc tibi honor magnus adhibebatur. Hinc à quolibet noſtrotum nomen tuum iam ſummè celebratur. Sed hæc licet miremur, ſtupore tamen maiori Lucubrationes tuæ nos affecère, quæ vt comprehendũt materiam in iure ſubtiliſſimam, & in foro celeberrimam, ſic tu eam ſubtiliſſimè & celeberrimè interpretatus es: tanti enim iſtas tuas Lucubrationes facimus, vt nullius vel veteris, vel noui pluris efficere poſſimus. Admiſces tot in ſcribendo ſententias, tot cum ſententiis teſtimonia, tot cùm teſtibus argumenta, vt quilibet legendo ex te flumen argumentorum & ſententiarum profluere iuſtè exiſtimet. Præterea quòd iſta tua ſcribendi methodus ſit omnium optima, & Clariſſimis viris gratiſſima. Taceo quòd iſto ſyllogiſtico argumentandi modo, multa ab aliis longè diffuſeque conſcripta breuiſſimis verbis, non ſine maximo legentium commodo comprehendas. Sileo, quòd tàm egregiè, ſubtiliter, & exactè cuiuslibet quæſtionis fundamenta examines, examinata iudices, iudicata tuearis, vt meritò iſtæ tuæ Lucubrationes ab omnibus cum maximo deſiderio & voluptate legantur. Hæc præclariſſime Domine, vt ſimplicia, ita ea de te tuiſque ſcriptis veriſſima teſtata volo, obnixè rogans ne exiſtimes, me hæc quaſi in os te laudando ſcripſiſſe, vel aliud corde clauſum habere, quàm ore profero, Deum teſtor hanc meam epiſtolam de te tuoque opere nihil aliud continere, qnàm quod ex puro, ſyncero & intimo animo meo profluit.

Reſtat, vt te ſummoperè rogem, ne alias materias, à te quoquo modo promiſſas, tua induſtria & labore, nobis communicare, & has meas literas, licet tuis virtutibus indignas, in perpetuum meæ in te obſeruantiæ ſignum, tuo operi adiicere ne dedigneris. Deus Ter Opt. Max. te Doctorem Doctorum Reipublicæ quàm diutiſſimè incolumem & florentem conſeruet. Ex Spira 15. Auguſti Anno ſalutis noſtræ 1602.

AD

AD EVNDEM NOBILEM CLARISSIMVMQVE VIRVM, D. IOANNEM FRIDERICVM SOL. I.V. DOCTOREM,

Carmen

IOANNIS A WYLACK, Z. N.

SCRIPTVRIAT paſſim quamuis manus omnis, & omnes
Aſſiduè chartas prela hodierna linant:
Sunt tamen, & ſemper ſua erunt diſcrimina ſcriptis,
Et fucos norit quilibet inter apes.
Quod nobis multis lucubratum noctibus affers,
Viuet opus. Viuent quæ monumenta ſtruis.
Intactum quicquid veterum cenſura reliquit,
Quicquid lima recens diſſimulauit adhuc,
Eruis è tenebris, Muſis & Apolline fauſto,
Nec quenquam vlterius quid dubitare ſinis.
Iura alia hac nobis exponere pagina pergat,
Aut aliqua alterius de meliore nota.
Quod niſi per flexus, atq; auia multa licebat,
Nunc breuius iuris ingrediemur iter.

AD

AD LECTOREM, AVTHORIS PRÆFATIO.

COGITANTI plerunq; mihi, atque intimam cauſam acriter perſcrutanti, Lector integerrime, cur tam multi ſummæ doctrinæ viri ſcribendi munus cum maximo Reipub. ſtudioſorumque detrimento aſſumere recuſent, non alia potiſſimùm incidit, quàm ipſa inuidia detractioq;, vitia omnium vitiorum fermè peſſima. Qui enim ſuis ſcriptis Reipub. prodeſſe ſtudent, his vitiis adeò perſequuntur opprimunturque, vt niſi ſumma Dei ſtabilirentur clementia, animum prorſus abijcerent, & in deſperationem traherentur. Quid enim homini pro Repub laboranti, bonarumq; artium ſcientiæ ſtudenti, peius contingere poteſt, quàm ſi à proximis ſuis cognatis, vicinis, amicisq; inuidia detractioneque proſequatur, & ſicut à fratribus Dauidis, Ioſephi & Moyſi hanc inuidiam patiatur. Quid hic ſibi tanta præſumit, qui vix vigeſimumquintum egreſſus annum tàm difficiles quæſtiones, tàm copioſam & amplam materiam, tamq; arduas Doctorum controuerſias declarare diſcutereque tentat? Qui in vtroque ſtudio artium & iuridico nondum decimumtertium conſumpſit annum, & munus ſcribendi docendique in tàm ſubtili & intricato iuris pelago aſſumere non timeat? Qui ob exiguam librorum copiam omnium gloſſarum, omniumque Doctorum interpretationes perſcrutari non poteſt, talem ſcribendi ſeriem methodumue ſuſcipere non vereatur? Hæc & ſimilia ipſi cognati amicique ex mera inuidia & æmulatione effutire non erubeſcunt, non conſiderantes apud Deum omnia eſſe poſſibilia, qui de paſtore regem, de indocto doctum, & omnium ſcientiarum capacem abſque vllo librorum multitudine in exiguo temporis ſpacio efficere poteſt, non perpendentes ſummam diligentiam ſummumque ſtudium, quod nocte dieque non ſine magna valetudinis iactura, in hac ſimilique materia explananda adhibetur, non attendentes tot difficilium materiarum publicas defenſiones, cum laude in celeberrimis totius Germaniæ Vniuerſitatibus habitas, nihil denique facientes tot difficil-

lima examina ante ſummi gradus adeptionem perpeſſa. Sed cum Alchimo Iudæ Nicanorq; proditore inuidentes, non valentes aliquid mali facere, ad modum canis latrantis murmurant detrahuntque, cum Rachaele ſterilis fœcunditati inuident, cum fratre filij prodigi fratrem à patre cum gaudio & honore receptum videnti indignabuntur, imò cum Achitophel propter Chuſi conſilium doctrinamque inuidia ſtimulati laqueo ſe fermè ſuſpendunt.

Hæc, inquam, inuidia & æmulatio efficit, vt multi celeberrimi viri à ſcribendi propoſito cùm magna totius Reipub. penuria abſtrahantur. Hi autem, qui diuina inſpiratione tandem perducti aliquid in lucem emittunt, indoctorum nugis ſe ſubmittunt, & quandoque ab eo, qui trabem habet in oculo, de feſtuca diſputandi differendique periculum ſumere compelluntur. Vnde D. Hieronymus non iniuſtè effatur, quòd is qui ſcribit multos ſumat Iudices, dum facilè alter in alterius ingenium inuehitur, quodque is ſolus malignantium linguas euitet, qui nihil ſcribit.

Sed hæc ſi ab omnibus conſiderarentur, nullus reperiretur, qui ſcribēdo cōmune omnium hominum commodum promoueret. Quapropter Deus, cuius ſapientia bonitatisq; finis nō eſt, hæc omnia ſcribentē cōſiderare non ſinit. Cuius ſolius ope & auxilio ego hunc qualemcunq; Tractatum conſcripſi, non attendens quid maleuoli homines de eo iudicaturi ſint, ſed ſolummodo ſtudens quomodo in hac florida & iuuenili ætate Reipub. ingenuorumque adoleſcentum commodo prodeſſe poſſem.

Quid vero in eo, & in aliis duobus Tractatibus controuerſiarum de lucro dotis, & bon. conſt. matrim. acquiſitis. quos iam ſimul in lucē emitto, præſtiterim, qualemque ſcribendi methodum obſeruauerim, non eſt vt multis exprimam, ne iſtud explicando arrogantiæ notam incurrere videar. Quod vero (ne omnia tacendo prætercam) non vt alij, qui etiam Doctorum controuerſias ſcripſere, argumentū argumento prius oppoſuerim, antequam contrariæ partis reſponſionem adderem, ſuperfluitatis euitandæ cauſa factum eſt, ne quod contrariam partem ſoluendo neceſſario erat exprimendum, denuo argumentando vel ſoluendo exprimeretur, ideoque ipſas ſolutiones frequenter poſui in forma, vt ſimul argumentum cum ſolutione haberes. Prætereà Authores cuiuslibet aſſertæ opinionis non turbato ordine cuilibet argumento, ſed cuiuslibet partis Concluſioni ſuppoſui, vt certos eosque ſpecificatos cuiuslibet ſententiæ Authores cognoſceres. Quod autem aliquando per numeros, quandoque per columnas Authorum locos citauerim, factum eſt propter typi diuerſitatem, cum hos Tractatus non vno in loco, ſed in diuerſis compoſuerim. Coloniæ vſus ſum bibliotheca DD. VVenemari &

Gode-

Godefridi de Reck, Baronum in Stipel, quorum antiquam familiam, doctrinam morumque integritatem, propter ſummam mihi ab eis exhibitam beneuolentiam, in perpetuum amoris ſignum meritò deberem attingere, ſi hic locus iſtud pateretur, & eorum virtutes toti Marchiæ noſtræ Ducis Cliuiæ, &c. eſſent incognita. Ibidem adhibui bibliothecam Clariſſimi, mihique coniunctiſſimi viri D. Henrici Faber, I.V. Doctoris, altiq; Electoralis iudicij ibid. Scabini, &c. Herbipoli vſus ſum bibliotheca D. Doctoris Ioannis Gilkenij, cuius viri quanta ſit doctrina, & in legibus explicandis excellentia, eius ſcripta edita & edenda oſtendunt, exhibuit mihi magnam beneuolentiam, cùm eum inuiſerem, meque in hoc opere abſoluendo confortauit. Quam eandem opem mihi ibidem præſtiterunt D. Anthonius Salycetus, & D. Petrus Elogius à Demeradt, Doctores in vtroq; iure celeberrimi, quorum authoritate & ſtudio tota Herbipolenſis floret Vniuerſitas. Patriam cum repeterem, auunculus meus Ioannes Faber, I.V. Doctor & comes Clariſſimus ſuã bibliothecam meæ adiunxit, exindeque non paruam mihi opem præſtitit. Quod ibidem non recuſauit vir Clariſſimus, omniumq; virtutum flore celeberrimus, Ioannes Velthuſius, iurium Licentiatus & cognatus meus dilectus, quibus omnibus gratias ingentes ago, quòd & Reipub. & mihi ſubuenire non fuerint dedignati. De materiæ huius vtilitate vt diſſeram non eſt neceſſe, cùm ea adeò frequens ſit, adeò neceſſaria, adeoque celeberrima, vt nullum toto in orbe iudicium ſit, in quo non quotidiè hæc agitetur materia, vt cuilibet exiguam iuris cognitionem habenti non eſt incognitum.

Similiter neceſſarium haud duxi, vt tibi horum ſcriptorum meorum methodum extollam, cum tu ipſe eam ſatis laudabis: commodiorem enim docendi ſcribendiq; modum, per quem melius quod inter Doctores controuerſum conciliari, planumq; reddi poſſit, inueniri non valere fateberis. Hinc iſtam methodum (licet paulò aliter obſeruatam) à maioribus ſummè commendatam inuenimus. Quid enim commentationes & à Platone, & à Cicerone in ſuis dialogis introducta, aliud ſignificant, quàm contentionis genera honeſtiſſima, quibus verum fiebat dilucidius? Quid Thomæ, Scotique diſceptationes? Quid hodiè multorum Iuriſconſultorum in vtramque partem propoſita controuerſia, quibus cum hac aut illa quæſiuerint, & ſibi reſpondent; & in ſuas argunt ſententias, vt ea contentione quicquid controuerſum intricatumque erat, magis enodetur. Ideoque Thomas hoc docendi ſcribendiq; genus non immeritò & vtiliſſimum, & doctis hominibus iucundiſſimum eſſe probat, vtpotè quo, vt Lactantius ait, excitantur ſemiſopita hominum ingenia, mentes refouentur, doctrinæ inter ſe conciliantur, de-

nique cuius generis doctrina freti valemus eorum ſuperare verſutias calliđiſſimasque rationes, qui nobiſcum certamen ineunt, cùm exinde, vt docet Seneca, nobis perſpicaciores intellectus tradantur.

Quòd quandoque replicando à communi, vel omnium Doctorum reſponſo receſſerim, ne agrè feras, cùm hoc non arrogantia, vel oſtentandi ingenij, ſed veritatis demonſtranda cauſa factum ſit, licet aliàs, cum aliquomodo poſſibile ſit, commune placitum non facilè deſeram, ſed & amicus Socrates, eſt & Plato, veritas autem illis omnib. anteponenda.

Accipe igitur, benigne Lector, hunc qualemcunque Tractatum, non ſine ſummo labore & induſtria conſcriptum, & non detrahas mihi, vt falſi iſti teſtes S. Stephano dicentes: Hic homo non ceſſat loqui aduerſus locum ſanctum & legem. Act. 7. non vt ſatrapa Darij, qui inuidentes fœlicitati Danielis ei coram Dario rege detraxerunt. Dan. 6. non vt Alchimus, qui cupiens fieri ſummus Sacerdos detrahebat Iuda coram Demetrio. Mach. 7. Sed ſi tu in doctrina virtuteque magnus ſis, ſine me modico iſto, quod mihi à Deo datum eſt, cum honore frui, vt Moyſes fecit Heldas & Madad, cum ei à Ioſue indicaretur, quòd prophetarent in caſtris, ait ille, quid amularis pro me, quis mihi tribuet vt omnis populus prophetet, & det eis Deus Spiritum ſanctum. Ecce non potuit duci in inuidiam per verba Ioſue, ſed deſiderabat ſingulos prophetare. Nu 11. Si verò hac mea ſcripta interdum minus legi rationique conuenire decernas, ea modeſtè, & non probris corrigas velim:

Scilicet eſt virtus fratrem releuare cadentem.
At nihil eſt laudis turpia verba loqui.

Et ſic legem Dei, & ciuilem ſeruabis, ad quod totos (vt aiunt) neruos debemus tendere; vt finis noſter fœlix perpetuusque ſit, & vt ita ſit Deum Ter Opt. Max. vehementer rogo.

CON-

CONTROVERSIARVM SIVE QVÆSTIONVM PRINCIPALIVM, IN HOC TRACTATV CONTENTARVM, INDEX.

QVAESTIO I.

QVID ſit dos? fol. 18.

II.

An dos ſit ius vniuerſale? 19.

III.

An dos promiſſa propriè ſit dos? 21.

IV.

Num dos modica ſit dos? 22.

V.

Frater dotans ſororem de bonis communibus, quæ pro indiuiſo ab vtroque poſſidentur, quæritur an quoad ſuam partem animo donandi hoc feciſſe præſumatur? 24.

VI.

Dos per teſtamentum à patre ſub ea conditione filiæ relictum, ſi nupſerit, quęritur num filia, mortuo patre, poſſit ſtatim petere dotem, an verò debeat expectare, donec contrahat? 25.

VII.

An pater, qui dotauit filiam vltra legitimam, cum adiectione, ne vltra aliquid petat, an habeat, non obſtante tali adiectione, poteſtatem petendi dotem maternam? 27.

VIII.

Quæſtionis eſt, num pater, qui in teſtamento pro dote filiæ legauit trecenta, & ſuperuiuens tradidit eam alicui in matrimonium, centum tantummodò in dotem conſtituẽdo, an per hoc legatum minuiſſe præſumatur? 27.

IX.

Si pater leget aliquid ſimpliciter filiæ, & poſteà dotet eandem, an dos ſit compenſanda cum legato? 29.

X.

Si pater dederit in dotem mille in primo matrimonio, à marito autem eiuſue heredibus nõ exacta, & totidem in ſecundo, quæritur an mulier, mortuo patre, habeat actionem, tàm quoad heredes defuncti mariti, quàm quoad dotem datam ſecundo viro? 30.

XI.

Pactum inter Titium & Sempronium de dote hoc modo factum, vt Ti-

tius habeat mille in dotem, ſi cum Sempronia cōtraxerit, quæritur ſi Titius à Sempronia requiſitus noluerit contrahere, an Sempronia iſta mille poſſit ſtatim à Titio repetere? 31.

XII.

An filiæ Iudæę effectæ Chriſtianæ à patrę legitima, vel dos ſit conſtituenda? 32.

XIII.

Confeſſio conſtante matrimonio de dote recepta, num in dubio præſumatur facta animo donandi? 33.

XIV.

Num pater filiæ propria authoritate nubēti teneatur conſtituere dotē? 35.

XV.

An dos indeterminatè conſtituta valeat? 37.

XVI.

Si filia locuples ſit, & bona propria habeat, num à patre ſit dotanda? 40.

XVII.

An mulier obærato viro ſcienter nubens, poſſit dotem conſtante matrimonio repetere? 43.

XVIII.

Mulier tradens vel promittens omnia ſua bona indefinitè marito in dotem, an cenſeatur huiuſmodi bona indiſtinctè, vel pro mariti dignitate, ſuorumq; bonorum quantitate in dotem dediſſe? 47.

XIX.

An bona vxoris, nulla dotis mentione facta, ad maritum illata cenſeantur dotalia? 51.

XX.

Pater ſi filiam ſuam alicui nuptui tradat, eiq; duo prædia conſtituat, quorum vnum in dotem dedit, alterum verò tacitè ei vtendum reliquit, quæritur, ſi ea filia mortuo marito ad ſecundas tranſeat nuptias, eique pater eandem dotem conſtituat, quam ei in priori matrimonio conſtituerat, an vnum iſtud prædium tacitè in priori matrimonio ei vtendum relictum, ad ſecundum etiam matrimonium translatum cenſeatur? 54.

XXI.

Titius Seiam ambiebat habere in vxorem, ſed Titius cùm pauper eſſet, Seia eum recuſabat, hoc animaduertens frater Titij, colluſit cum eo, dando ei aliquot bona, ſub conditione, vt ſi quam donationem in eum conferret, infecta & ſimulata foret. Titius hoc modo diues putatiuus factus, accepit Seiam in vxorem, poſteà eò mortuo quæritur, an Seia eius vxor ratione dotis contra fratrem huiuſmodi bona anteà ab eo ſimulatè data poſſidentem, poſſit vti hypothecaria, vel actione de dolo? 58.

XXII.

Pater aliunde filio vel filiæ obſtrictus, ſi ſimpliciter pro filio filiàue donationem ante nupt. vel dotem dederit, an ex ſua ſubſtantia dediſſe intelligatur? 62.

XXIII.

An donatio propter nuptias ante matrimonium haud facta fieri poſſit poſt contractum? 63.

XXIV.

Vtrum minor poſſit promittere donationẽ propter nupt. ſine decreto? 24.

XXV.

Quæritur nunquid mulier tranſiens ad ſecundum matrimonium, cenſeatur ſecundo viro eandem dediſſe dotem, quam dederat primo? 67.

XXVI.

An dos ſit priuilegiata, quoad modum procedendi in iudicio? 69.

XXVII.

Num cauſa dotis cognoſci poſſit die feriata? 70.

XXVIII.

Nunquid dos ſit magis priuilegiata, quàm alimenta? 70.

XXIX.

An dotis cauſa propriè ita ſit pia, vt de ea falcidia detrahi nequeat? 71.

XXX.

Cauſa dotis principaliter intentata, num poſſit tractari coram Iudice Eccleſiaſtico? 72.

XXXI.

Quæritur num dos cauta tantùm, vel confeſſata, habeat priuilegium prælationis contra alios creditores, ſi nõ conſtet dotẽ realiter eſſe numeratã? 72.

XXXII.

An mulier in dotis exactione cæteris creditoribus, etiam hypothecam anteriorem expreſſam habentibus, præferatur? 73.

XXXIII.

Dos ſoluto matrimonio, nũ illicò abſq; traditione tranſeat in mulierẽ? 76.

XXXIV.

Num rei mobilis in dotem datæ alienatio ſit prohibita? 78.

XXXV.

Mulier ſterilis, an habeat priuilegia dotis? 79.

XXXVI.

Fundi dotalis alienatio, an valeat? 82.

XXXVII.

Pater, an propter alimenta ſibi deficientia, aut aliam cauſam neceſſariam dotem filiæ alienare poſſit? 84.

XXXVIII.

An ratione dotis ſponſis competat priuilegium tacitæ hypothecæ? 85.

XXXIX.

An mulier, quæ tempore diſſoluti matrimonij nihil in bonis habet, præter ſpem ſibi ex parentibus, vel propinquorum ſucceſſione aliquid obueniendi, inops eſſe cenſeatur, vt beneficio Auth. Præterea. C. vnde vir & vxor. gaudere valeat? 86.

XL.

An maritus ſit dominus dotis? 89.

XLI.

Nunquid maritus, cui facta eſt mora in dote tradenda, poſſit petere vſuras, & quando committatur mora? 91.

XLII.

Nunquid maritus ſuſtinens onera matrimonij putatiui lucretur fructus dotis? 92.

XLIII.

An fundus habens lapides non renaſcibiles, cedat lucro mariti, & dicatur eſſe in fructu? 92.

XLIV.

Mulcta an dicatur fructus illius anni, in quo delictum commiſſum, an verò illius, in quo ſententia lata eſt? 93.

XLV.

Num maritus, qui propter dotem, in pecunia ſimpliciter conſtitutam, longo tempore litigauit, poſſit litis expenſas de dote deducere? 94.

XLVI.

Quæſtionis eſt, num damnum, ab inimicis viri in rem dotalem vxori illatum, præſumatur culpa ipſius mariti illatum? 95.

XLVII.

Quæritur ſi maritus ex iuſtis cauſis voluntariis vel neceſſariis ſoluerit mulieri, eiuſue patri dotem, quam poſteà ipſe pater vel mulier in iuſtam cauſam non expendendo perdidit, ſit à dotis ſolutione liberatus? 96.

XLVIII.

An dos profecta à patre, filiâ, relictis liberis, in matrimonio defunctâ, debeat reuerti ad patrem, an ad filios pertineat? 97.

XLIX.

Dotem nunquid repetere poſſit, quæ propter adulterium ſeparata eſt à viro, ſi poſteà cōſanguinitate probata matrimoniū declaretur nullum? 100.

L.

Marito excommunicato, an vxor poſſit repetere dotem? 103.

LI.

An heredes, vel ipſe maritus (ſi matrimonium diuortio ſit ſolutum) qui retinent infra annum dotem, in rebus mobilibus conſiſtentem, teneantur intereà præſtare vxori defuncti alimenta? 107.

LII.

Vtrum in caſu, quo vir ad inopiam vergit, detur creditoribus, quibus bona ſunt obligata, poteſtas dotem in pecunia mulieri, rem in pretio dote maiorem poſſidenti, offerendi? 113.

LIII.

Nunquid viduæ detur poteſtas petendi vſuras, ſiue intereſſe dotis & donationis propter nuptias, ſi heredes in mora ſint huiuſmodi res reſtituendi? 114.

Digitized by Google

Digitized by Google

Dn. IOANNIS FRIDERICI SOLIS
I.V. Doctoris Clariſſimi,

TRACTATVS CONTROVERSIARVM SIVE QVÆSTIONVM IN VTRAMQVE PARTEM FORMALITER DISCVSSARVM, DE DOTE, EIVS QVIDDItate, conſtitutione, priuilegiis, repetitione, &c.

Generalis dotalis materia diuiſio.

VNIVERSAM dotium tractationem quò dilucidius exequamur, non ſolas circa earum materiam controuerſias eſſe diſcutiendas duximus, ſed etiam generalem quandam eamque breuem totius materiæ explicationem fore præmittendam, operæ pretium arbitrati ſumus, vt quis priùs aliquali habita totius rei cognitione, eò melius difficillimas iſtas eiuſdem quæſtiones, pro ingenii ſui captu comprehendere valeat. Illudque vt explicatius fiat, rem totam in quatuor diuidimus articulos, quorum primus dotium originem, earumque quidditatem demonſtrabit. Secundus à quibus, quomodo, & quibus ex rebus dotes conſtituantur, quibuſque dentur, oſtendet. Tertius dos cuius in dominio ſit, deque eius priuilegiis diſſeret. Quartus dotis repetitionem oſtendet.

ARTICVLVS I.

Vnde dos promanârit, & quid ſit e- diſſerens.

SVMMARIA.

1 *Nuptias legitimas ius gentium primæuum non recognouit.*
2 *Ius gentium ſecundarium legitimum coniugium approbauit.*
3 *Mulieres dotatas eſſe noluerunt Græci, Indi, & Thraces, & qua ratione. Contrarium Romani, quorum ratio fortior eſt, nu, 4.*
5 *Perſonæ plus in nuptiis contrahendis reſpiciendæ, quàm opes.*
6 *Dotis origo à iure gentium ſecundariò promanauit.*
7 *Dos variè accipitur. Dos propriè quæ, nu. 8.*
9 *Dotis definitio varia. Vera ſubnectitur, n. 10.*

IVs gentium † quod dicimus primæuum, 1
nullas legitimas cõſtituerat nuptias, certoſque nulli adiudicauerat liberos, ſed omnes ſtatu natuque pares æſtimauerat, vt teſtatur Iuſtinianus *Nouell. 89.* & Cicero *in princ. lib. de Inuent.* At † cum iſtud humano 2
generi minus conueniens eſſe videbatur, ſucceſſit aliud ius quod ſecundariam gentium legem nominamus, quæ legitimum recognouit coniugium, mandauitque vt quilibet propriam haberet teneretq; con-

iugem, quo fornicationes & ſcandala cui-
tarentur, ac certum vnuſquiſque ſuæ fami-
liæ bonorumque ſucceſſotem haberet. Et
3 licet † diuerſarum regionum principes in
hac re fauenda, diuerſi moti ſint ratione, vt
Greçi, Indi, Thraceſque, qui ea ratione mu-
lieres noluerunt eſſe dotatas, ne aliquæ di-
uitiarum teſpectu ducerentur, aliquæ vero
inopiæ cauſa cõtemnerentur, vnde factum
vt non ſolum mulieres ſine dote in coniu-
gium acciperentur, ſed etiam ab earum pa-
rentibus certo pretio emerẽtur, prout hoc
Ariſtoteles *2. polit. c. 6.* Straboque *libr. 15. Geo-
grap.* authores fide digni retulêre. Sed iſtud
citra ſapientum mentem in deſuetudinem
ittepſiſſe credimus, ac proinde minus lau-
dandũ, tametſi † alias non tàm dotes, quàm
4 ipſas perſonas in nuptiis contrahendis eſſe
conſiderandas rarioni conſonum non ne-
gemus, & veteres Philoſophi Iuriſconſulti-
que atteſtentur, vt oſtendimus *in tractat. no-
ſtro controuerſ. de lucro dot. quaeſt. 13. & in tractat.
controuerſ. de bon. conſtit. matr. acq. quaeſt. 9.* Ta-
men ſint hæc quæ diximus vtut ſint, Roma-
ni † autem Legiſlatores, vti aliarum natio-
5 num Principibus multò prudentiores, ita
hac in re longè meliorem ſtatuêre legem,
qua volunt dotes à mulieribus, vel à quoli-
bet earum nomine, viris eſſe cõſtituendas,
ne difficultate onerum matrimonii connu-
bia celebrare abhorrerent, *l. 7. dotis fructum,
in princ. l. 75. quamuis. in fin. de iure dot. & l. 65. in
fin. pro ſoc.* Vnde † haud incognitũ comperi-
6 tur, dotium originem à iure gentium ſe-
cundariò promanaſſe, & cauſam magis fa-
uorabilem à iure ciuili accepiſſe.

His præmiſſis proximum eſt, vt de dotis
quidditare diſſeramus. Etenim † ſi eius ſi-
7 gnificationem conſideremus, dotem mul-
tifariam accipi non erit negandum. Quan-
doq; enim dos appellatur quod vel à natu-
ra, vel à Deo homini conceditur, vt ſapien-
tia, fortitudo, magnanimitas, pietas, cle-
mentia, fœcunditas, & id genus alia. Vnde
Rachel cum ex ſingulari Dei gratia filium
peperiſſet, dicebat: *Dotauit me DEVS dote
bona, Geneſ. 30.* quandoq; circa res eodem
nomine promiſcuè vtimur, vt videre eſt
8 apud Bald. Nouel. *tract. de dot. in princ.* Dos
autem † propriè ſumpta teſte Varrone illud
dicitur, quod nuptiarum cauſa datur. Vn-
de Genel. 34. Sichem ad patrem & fratres
ait: *augete dotem & munera poſtulate.* & Exod.
22. *Si ſeduxerit quis virginem, necdum deſpon-
ſatam, dormieritq; cum ea, dotabit eam, & habe-
bit eam in vxorem.* Reg. 3. c. 9. *Pharao Rex AE-
gypti aſcendit & cepit Gazer, ſuccenditq; eam igni,
& Chananaeum qui habitabat in ciuitate interfe-
cit, & dedit eam in dotem filiae ſuae vxori Salo-
monis.*

Hæc † dos variam à noſtris iuris Inter 9
pretibus definitionem ſortita eſt. Quidam
dicunt (vt Azo) dotem illud eſſe, quod à
muliere vel eius patre, marito eiuſue patri
propter onera matrimonii datur, vt per-
petuò penes eum ſit. Hanc definitionem
Bartol. improbando, dicit dotem eſſe ius
quoddam, in ſe continens id quod à mu-
liere vel eius patre, viro vel eius patri tra
ditum eſt, vel pro tradito habitum, pro-
pter onera matrimonii ſupportãda. Hanc
rurſus alii reſpuendo, dotem aliter defi-
niunt. Cæterum † nos Zaſii definitionem 10
in Rubr. ſolut. matr. tutiorem, verioremq; re
putamus, quam ita deſcribit: Dos eſt res
quæ per vxorem, vel eius nomine, marito
ratione matrimonii tradita eſt vel promiſ-
ſa. Iſtam definitionem nos magnifacimus,
cum per iſtam multæ Doctorum euiren-
tur contrarietates, vt infrà paſſim oſtende-
tur.

Hic diſſereremus pariter an dos quid
eſſet Vniuerſale, num dos promiſſa dotis
nomine veniret, deque aliis multis, niſi in
eis magna ſcribentium controuerſia con-
ſiſteret, quocirca vt melius huiuſmodi e-
nodemus, controuerſiarum locis ea deſti-
nauimus.

ARTICVLVS II.

A quibus & quomodo dos conſti- tuatur, quibuſq; detur, deſcribit.

SVMMARIA.

1 *Dotis conſtitutio quomodo fiat.*
2 *Dos aduentitia quae.*
3 *Mater an teneatur conſtituere dotem.*
4 *Pater tenetur dotare filiam. Item auus, pro-auus, frater, tutores, curatores, &c.*
5 *Dotis conſtituendae forma varia eſt.*
6 *Res quae in dotem danda.*
7 *Feudum num in dotem dari poſſit.*
8 *Dos quibus perſonis conſtituenda.*

DOTEM vel † à quolibet liberè, vel à 1
certis quibuſdã perſonis coactè con-
ſtitui dariq;, non ignoti iuris eſt. *l. 22. ſi cum
dotem. in princ. l. 45. Gaius ſol. matr. l. 5. profectl-
tia. de iure dot. l. vnic. §. accedit. C. de rei vxor.
act.* Quæ † liberè à quolibet mulieris cauſa 2
conſtituitur, dotem aduentitiam nomina-
mus, etiamſi pater mulieris debitore ea iu-
bente de debitis dotem conſtitueret, *d. l. 5.* 3
§. ſi pater.

3 §. *ſi pater.* Num † autem matri coactè vel liberè dotem filiæ conſtiruendi officium incumbat quæſtionis videtur? & non coactè ſed liberè matrem dotare filiam, veriùs eſt vt reſpondeamus, *l. 14. neque mater. C. de iure dot. Bald. Nouel. tract. de dote. part. 6. priuil. 3.* niſi forte ex magna & ꝓbabili cauſa ad hoc cōpelleretur, puta ſi pater inops ſit, neq; filia vnde ſe dotet habeat, *d. l. 14. & ibi gloſſ.*

Hæc breuiter de dote aduentitia, & perſonis quibus libera dotem conſtituendi poteſtas eſt, dixiſſe nos ſufficiãt, nunc de dote profectitia ac perſonis quibus tale officium neceſſario incumbit, paucis vt diſſeramus
4 inſtituti ratio poſtulat. Et † ſane extra dubiũ eſt patri hoc in caſu primum aſcribi locum, cum hoc ratio ipſa poſtulet, *leg. vlt. C. de dot. promiſſ.* & lege ita conſtitutum ſit, *l. 19. capite trigeſimoquinto. (aliâs) qui liberos. de ritu nupt. & leg. decimaoctaua. in fin. C. de hæret.* Deinde aui & proaui dotem conſtituendi officii eſſe, ex *l. 6. dotem. de collat. bon. not. in d. l. 19.* pronunciamus. Nec non fratrem ſororem ex eodem patre genitã coactè dotare inficias imus, *l. 12. §. pen. de adminiſt. tut.* Deniq; tutores, curatores ſimileſq; rerum adminiſtratores prędictorum nomine, neceſſario fidei curæq; eorum cōmendatis dotes conſtituere, ex *l. 60. quæro. & ſeq. de iure dot.* cōuincitur.

5 Forma † conſtituendæ dotis varia reperitur: aut enim per ſtipulationem dos conſtituitur, *l. 20. cum ſeq. de iure dot.* aut per nudam debiti remiſſionē, *l. 8 §. 1. eod.* Item acceptilatione, *l. 48 §. 1. d. tit.* delegatione, *l. 33. eiuſd. tit. l. 49. ſol. matr.* traditione, *l. 46. in princ. de iure dot.* nec non pollicitatione, nudiſq; pactionibus, *l. 6. ad exactionem. C. de dot. promiſſ.*

6 Ne † pariter rerum demonſtrationem amittamus, quarum dotium conſtitutio fieri poſſit, libuit paucis affirmare: rem omnem quæ in noſtro eſt commercio, *argum. l. 1. in princip. Treut. de iure dot. th. 4.* Diſſent. *Lag. meth. iur. part. 2. c. 49.* æſtimatam ſiue inæſtimatam, *l. quinquageſimaſecunda. non ſolum. l. fin. §. 2. C. de iure dot.* præſentem & futuram, modò non alienam (etſi data vſucapioni ſubiaceat, *l. 67. Proculus pro dote.*) iura denique incorporalia, *l. 7. §. 2. l. 66. & l. 78. de iure dot.* omniaq; bona, *l. 72. mulier. d. l. 4. C. d. tit.* rectè in dotem dari.

7 Num † autem feudum dotis cauſa viro dari poſſit, diuerſa Doctorum ſunt reſponſa, referente Curt. *tract. feud. part. 4. nu. 93.* & omiſſis ſuperfluis, quæ in hoc puncto adduci poſſent, tutius eſt, vt filiæ feudum habenti, ſub ea conditione dandi poteſtatem largitam eſſe concedamus, ſi non feudum æſtimatum, ſed inæſtimatum viro dotis occaſione concedat, cuius ratio eſt: quòd rũc non venditio in rebus feudalibus prohibita poſſit præſumi. Andr. & Bald. *ad c. 1. lib. 2. tit. 9. qual. olim pot. feud.* neque pactum dotis lucrantiæ apponat, cum per hoc etiam alienatio dicatur fieri. Curt. *d. loc.*

Poſtremo † vt breuibus admoneamus, 8
quibus dos legitimè conſtituta neceſſariò debeatur, placuit generaliter aſſerere: quòd quælibet legitime nata filia, etiamſi locuples ſit, *argument. l. fin. in verb. liberalitas. C. de dot. promiſſ.* & infrà in loc. controuerſ. nos abunde oſtendimus, & emancipata, *l. 5. §. 11. de iure dot.* à parentibus, vel eorum nomine ſit dotanda. Niſi fortè filia eiuſue parentes hæreſeos labe ſint infecti, *leg. 19. cognouimus. C. de hæretic.* vel ipſa turpiter viuat, *l. 19. ſi filiam. C. de inoffic. teſtam. Nouell. 115. cap. 3. §. 11.* aut necdum legitimæ ætatis impari ſine patris cōſenſu nubat, *Auth. ſed ſi poſt. C. de inoffic. teſtam.* vel denique naturalis, *l. 8. C. de natural. lib. Nouell. 18. c. 5. in princip. & Nouel. 89. cap. 12. §. 3.* vel ſpuria ſit, *argum. l. hac parte. v. de cogn. & §. vulgò quæſitos. Inſtitut. de ſucceſ. gnat.* Sed cum ex his multa à Doctoribus in controuerſiam vocentur, ſatis erit vt eorum mentionem faciamus, & latiorem indagationem controuerſiarum locis conſeruemus.

ARTICVLVS III.

Dotis dominium eiuſque priuilegia recenſet.

DOs conſtante matrimonio vtrius in dominio ſit, mariſne an vxoris, infra quæſt. 40. abunde diſcutiemus, cui hoc adiicere placuit: Aut quæritur dos durante matrimonio cuius in bonis ſit? & verius eſt vt eam inter mariti bona collocemus: Aut cuius in dominio ſit? & tunc ſubdiſtinguitur: Aut dos data eſt æſtimata ea æſtimatione, quæ facit emptionem: aut inæſtimata. Priori caſu dotem in viri dominio eſſe, probat *l. 5. quotiens. C. de iure dot.* his verbis: *Quoties res æſtimatæ in dotem dentur, maritus dominium conſecutus, ſummæ velut pretij debitor efficitur,* idem probatur *arg. l. 10. cum dotem. eod. tit.* Poſteriori loco vtrius in dominio ſit, mariſne an vxoris, magna Interpretum altercatio eſt, quam in d. q. 40. diſcuſſimus, ac proinde eam hic recenſere inutile foret.

Nunc ad dotium priuilegia accedamus, quæ multorum Imperatorum placitis, magiſtratuum edictis, prudentumque reſponſis, vbiq; ampliſſimè celebrantur, quàm magnæ enim veteribus mulierum curæ fuerit, quàm diligentiſſimè rebus earum prçuiderint, quàm deniq; piiſſimè liberorum reiq; publicè reſpectu in hoc egerint, vix ſcribendo aſſequi valemus, vt ex infrà ſcriptis dilucidè conſtabit. Vt autem maximam eorum partem attingamus, qualis methodus modusuè neceſſarius ſit arbitraris? Nos ampliſſima huiuſmodi priuilegia, ab omnibus fermè diffusè confuſeque conſcripta, vt cuilibet ea quçrenti ad nutum obuiam eſſe poſſint, duximus operæpretium fore, ea alphabetico ordine, quã breuiſſimè fieri poterit deſcribere, vt quilibet iuſtus Cenſor quantum diligentiæ induſtriæq; hoc in tractatu adhibuerimus facili negotio cognoſcat. Antequam autem iſtud fiat, hoc vnum admonuiſſe placuit, quòd hoc loco priuilegia alio modo & ratione ſumantur, quàm in lege duodecim tabularum, *& in tit. de legib.* aliisq; paſſim in locis, in quibus determinata iura & priuilegia non ſingulis perſõnis, ſed generaliter eſſe conſtituta, eum priuilegium in hoc paſſu, pro ipſa lege vel legis effectu ſumamus, vel, vt explicatius dicamus, pro quadam prælatione, vel prærogatiua, nominatim priuato homini à ſuperiori cõceſſa, vt conſtat ex titulis *de priuileg. credit. fiſci.* & hîc *ex l. aſſiduis. C. qui pot. in pign. hab.* aliiſque infinitis ex locis.

A.

1 ACTIONIS ex ſtipulatu † licet natura & regula ſit, vt rei duntaxat incertæ detur, minimè autem certæ & in ſtipulationem deductæ, prout ex Inſt. *tit. de verb. oblig. circa princ.* conſtat, tamen fauore dotis ad vtrumq; conceditur, *l. 1. in princ. C. de rei vxor. act. & ibi gloſſ.*

2 Eſtq; hæc † eadem ex ſtipulatu actio dotis ratione bonæ fidei, prout ex *d. l. 1. §. ſed ſi non ignoramus. & §. actionum. Inſtitut. de action.* compertum eſt, ratio datur: cum ſit ſubrogata in locum rei vxor. act. quæ erat bonę fidei. Cuius exceptio eſt, niſi adhibeatur pro dote promiſſa viro ſoluenda, quia tunc non ſuccedit in locum dictæ act. rei vxor. Sed videtur improbari per *l. de diuiſione. & ibi Doct. ſolut. matr.*

3 Actio de † dote habet anomalam quandam naturã circa alias actiones, quia mortuo patre non tranſit in hæredem, ſed conſolidatur in mulierem dotatam, licet non hæredem, *leg. 1. §. videamus. & §. ſed hoc. C. de rei vxor. act. & ibi Doct.*

4 Actio de dote † datur contra virum ſoluto matrimonio, etiamſi dos non ſit ſoluta, nec vir in eius exactione fuerit in culpa, *not. in l. 44. ſi ſocer. §. 1. Lucius. ſolut. matrimon. & ibi gloſſ. & Doct.* quod ibidem Interpretes reputant mirabile.

5 ALIENARI licet nõ poſſint † rçs ſubiectæ reſtitutioni, *l. fin. §. ſed quia. §. ſin autem. C. com. de leg.* tamen fauore dotis ſecus eſt: *auth. res quæ. C. d. tit.*

6 Alienari pariter † res minorum licet prohibitum ſit, *l. 1. ff. l. ob æs. C. de præd. minor.* tamen ſingulari dotis priuilegio reperitur conceſſum, *leg. 22. lex quæ tutores. & ibi not. C. de adminiſtrat. tut.* Cuius exceptio videtur in alienatione donationis propter nuptias in recõpenſationem dotis. Sed communiter reprobatur. Doct. *in d. l. 22. per l. fin. §. fin. C. ſi maior. fact.*

7 Alienari in † fauorem mulieris res in dotem datę prohibentur, eſt regulare mulieris dotisq; priuilegium, vt conſtat ex tot. tit. *& C. de fundo dot. & C. de rei vxor.* quod multas patitur exceptiones.

8 Prima eſt: niſi alienatio † tenderet in fauorem mulieris, exemplum: ſi fundus dotalis ſit parum vtilis, pecunia verò ex eo redacta mulieri multum proficua, *l. 26. ita conſtante. de iure dot. l. 21 in fin. leg. 29. de pact. dotal*

9 Huius triplicatio eſt: niſi mulieris † conſenſus non concurrat, *l. 12. ex pecunia. de iure dot. l. ſi mulier. de pact.*

10 Secũda exceptio eſt: niſi alienatio † fieret per coniuges pro ſoluendo ære alieno quo mulier eſſet onerata, *text. in l. fin. de iure dot.*

11 Tertio niſi alienetur in caſibus de quibus diſſeritur, *in l. 20. quamuis. & ſeq. ſolut. matr.*

12 Quarta exceptio videtur: niſi fundus † dotalis eſſet æſtimatus, cum iſto additamento vel conditione, vt maneret dotalis, communiter approbatur vera, quia huiuſmodi fundi æſtimatio non facit emptionem, ſed importat ſolummodò, vt ſciatur quantum res in dotem data ſit deterior facta. Reprobatur per Bald. Nouel. *tract. de dot. part. 7. priuil. 1. nu. 10.* per *l. 50. æſtimatis. in fin. ſol. matr.*

13 Quinta exceptio eſt ſecũdum † quoſdam in rebus mobilibus, vt affirmat Azo *in ſumma. C. de fundo dot.* qui ea mouetur ratione: quod lex Iulia prohibeat fundum dotalem alienare, ſiue ruſticum ſiue vrbanum, & ſic rem ſolummodò immobilem. Negat Gloſſ. *in l. libertas. de reg. iur.* Vtra autẽ opinio ſit verior, infra in controuerſiarum

locis

14 locis demonſtrabitur. Sexto † niſi mulier
durãte matrimonio alienaret, in caſum ſo-
luti matrimonij, *argument. text. in l. 26. ita con-
ſtante. de iure dot. & ibi gloſſ.* Sed reprobatur
per Ioan. de Imol: *in cap. cum contingat. de iu-
reiur. per leg. 17. Atilicinus. & l. ſeq. de pact. dotal.*
15 Si autem † ſit vera dicta exceptio, habebit
iſtam replicationem: niſi cum marito pa-
ctum inchoauerit, & non cum alia perſona
etiam coniuncta per *l. 7. cum dos. d. tit. & in l.
2. §. 1. ſol. matr.*
16 Septimo † niſi mulier alienaſſet conſtan-
te matrimonio, eo verò ſoluto dotem vellet
repetere, quod non poteſt, ratione; quòd
ius dotis in mulierem ſoluto matrimonio
conſolidatum, faciat emptionem cõfirma-
ri, eſt gloſſ. *in d. l. 26.* quam videntur ſequi
Cyn. Bald. & Salyc. *in l. 23. ſi prædium. C. de iu-*
17 *re dot.* Eodem † modo confirmaretur a-
lienatio ſoluto matrimonio, ſi eadem dos
à viro alienata, eidem per teſtamentum v-
xoris vel alio modo obueniret, *l. prædium. de
vſucap.*
18 Octaua † exceptio eſt quoad ipſum ma-
ritum, qui alienationem à ſe factam non
poteſt reuocare, *fac. d. l. ſi prædium. & ibi Bald.*
& tenent in expreſſo Gloſſ. & Angel. *in d. l.
ſi vir.* Sed communiter reprobatur teſte
Baldô Nouell. *in tract. de dote. part. 7. priuil. 1.
num. 15.*
19 Nono † excipitur niſi maritus alienans
daret fideiuſſorem, *not. in d. l. ſi prædium. C. de
iure dot. & ibi Cyn. & Bald.*
20 Decimo † niſi dos putatiua eſſet alienata,
quæ alienatio teneret, cum non ſit propriè
dos, per *l. 3. de negot. geſt.* Reprobatur per gloſ-
ſam communiter receptam, *in l. 13. dotale præ-
dium. §. fin. de fund. dot.*
21 Vndecimo † excipitur quoad locationem,
quę licet ſpeciem alienationis importet, ta-
men ex quo maritus locando non propriè
alienet, cum per alienationem maritus à ſe
nõ abdicet dominiũ, ſed loco fructuum an-
nualem recipiat penſionẽ, *l. penſiones. de petit.*
22 *hered.* Duodecimo † quoad ſeruitutes fundi
dotales, quæ per præſcriptionẽ poſſunt fieri
alienabiles, *Gloſ. in l. 25. ſi filiuſfam. ſol. matr.* Sed
contrarium communiter à Doctorib. rece-
ptum ait Bald. Nouel. *d. loc. num. 17.*
23 Decimatertia † exceptio eſt in alienatio-
ne neceſſaria, exemplũ eſt in fundo dotali,
qui cũ alio pro indiuiſo poſſidetur, qui cum
ab vna parte alienatur, dicitur ab altera par-
te fieri alienatio neceſſaria, *l. 78. cum in fundo.
§. 4. ſi fundus. de iure dot.*
24 Decimoquarto † non procedit dictũ pri-
uilegium in ſeruo dotali manumittendo, &
hoc fauore libertatis, qui videtur eſſe maior
fauore dotis, cum naturali quadam ratione
nitatur.
Vltima exceptio eſt: † niſi alienatio iura- 25
mento eſſet confirmata, *d. c. cum contingat. &
d. c. licet mulieres. de iureiur.* & per ea quæ late
diximus *in tract. controuerſ. de bon. conſtan. ma-
trim. acquiſ. q. 28.* Quam † exceptionem intel- 26
lige, ſi alienatio vtriuſque coniugis iura-
mento eſſet cõfirmata, nam ſolius tantum,
vtriq; non noceret. Et hæc omnia cum ſcitu
ſint digniſſima, velim vt perpetuò memoriæ
commendares.
ALTERNATIVA † licet de ſui natura 27
in quolibet extremorum verificetur, *l. 13. ſi
is qui ducenda. §. 3. vtrum. de reb. dub.* tamen fa-
uore dotis amittit ſuam naturã, exemplum
eſt in auo qui ſtipulatur dotem ſibi vel ne-
pti reddi. Nam licet hoc fecerit, tamen non
hæredibus defuncti aui pro rata quæritur
actio, ſed filiæ in ſolidum, text. Bartol.
& communiter Doct. *in leg. 45. Gaius. ſolut.
matrimon.*
APPELLANDI † poteſtas cuilibet fa- 28
uore dotis videtur auferri, *argument. l. fin. de
ap. re. & ibi Bart. & Doctor. & in l. Mela. de alim.
leg.* Quod priuilegium ſine controuerſia in-
tellige procedere quoad finem ſuſpenden-
dæ, vel impediendæ executionis, de quo
videre eſt Bald. Nouell. *in tract. de dote. part. 9
priuil. 7.*

B.

BONA † minoris quod nullo iure ſine tu- 1
toris authoritate alienari vel hypothe-
cari poſſint, indubitati iuris eſſe ex *l. 2. de reb.
eor. & l. fi. de reb. alie. non alienand.* cõuincitur.
Sed † eo nõ obſtante, fauor dotis tantus eſt: 2
vt minor contrahens matrimonium pro
dote rem alienare, & oppignorare poſſit,
cuius priuilegij indubitata ratio eſt; quod
cum minori conceditur principale, id eſt, i-
pſum matrimonium, quod proculdubio e-
ius acceſſorium, (bonorum dotis cauſa alie-
nationem intelligimus) ſibi quoq; conceſ-
ſum præſumat, & meritò, quia maritus eius
cauſa facilius matrimonium cõtrahit, cum
ſcit ſibi matrimonij onerum ſubleuamenta
futura, *arg. l. 2. de iuriſd. omn. iud.*
Illud ipſum † dicitur etiam procedere ho- 3
die in rebus mobilibus, quæ minor contra-
hendo matrimonium ſine decreto, modò
curatoris interceſſerit authoritas, dotis
cauſa alienare poteſt, nec datur reſtitutio
in integrum *l. 1. C. ſi aduerſ. donat.*
Bonis † viri condẽnati publicatis, tametſi 4

Google

Nunc ad dotium priuilegia accedamus, quæ multorum Imperatorum placitis, magiſtratuum edictis, prudentumque reſponſis, vbiq; ampliſſimè celebrantur, quàm magnæ enim veteribus mulierum curæ fuerit, quàm diligentiſſimè rebus earum prçuiderint, quàm deniq; piiſſimè liberorum reiq; publicè reſpectu in hoc egerint, vix ſcribendo aſſequi valemus, vt ex infrà ſcriptis dilucidè conſtabit. Vt autem maximam eorum partem attingamus, qualis methodus modusuè neceſſarius ſit arbitraris? Nos ampliſſima huiuſmodi priuilegia, ab omnibus fermè diffusè confuſeque conſcripta, vt cuilibet ea quçrenti ad nutum obuiam eſſe poſſint, duximus operæpretium fore, ea alphabetico ordine, quã breuiſſimè fieri poterit deſcribere, vt quilibet iuſtus Cenſor quantum diligentiæ induſtriæq; hoc in tractatu adhibuerimus facili negotio cognoſcat. Antequam autem iſtud fiat, hoc vnum admonuiſſe placuit, quòd hoc loco priuilegia alio modo & ratione ſumantur, quàm in lege duodecim tabularum, *& in tit. de legib.* eiusq; paſſim in locis, in quibus determinatur iura & priuilegia non ſingulis perſõnis, ſed generaliter eſſe conſtituta, cum priuilegium in hoc paſſu, pro ipſa lege vel legis effectu ſumamus, vel, vt explicatius dicamus, pro quadam prælatione, vel prærogatiua, nominatim priuato homini à ſuperiori cõceſſa, vt conſtat ex titulis *de priuileg. credit. fiſci.* & hîc *ex l. aſſiduis. C. qui pot. in pign. hab.* aliiſque infinitis ex locis.

A.

1 ACTIONIS ex ſtipulatu † licet natura & regula ſit, vt rei duntaxat incertæ detur, minimè autem certæ & in ſtipulationem deductæ, prout ex Inſt. *tit. de verb. oblig. circa princ.* conſtat, tamen fauore dotis ad vtrumq; conceditur, *l. 1. in princ. C. de rei vxor. act. & ibi gloſſ.*

2 Eſtq; hæc † eadem ex ſtipulatu actio dotis ratione bonæ fidei, prout ex *d. l. 1. §. ſed ſi non ignoramus. & §. actionum. Inſtitut. de action.* compertum eſt, ratio datur: cum ſit ſubrogata in locum rei vxor. act. quæ erat bonç fidei. Cuius exceptio eſt, niſi adhibeatur pro dote promiſſa viro ſoluenda, quia tunc non ſuccedit in locum dictæ act. rei vxor. Sed videtur improbari per *l. de diuiſione. & ibi Doct. ſolut. matr.*

3 Actio de † dote habet anomalam quandam naturã circa alias actiones, quia mortuo patre non tranſit in hæredem, ſed conſolidatur in mulierem dotatam, licet non hæredem, *leg. 1. §. videamus. & §. ſed hoc. C. de rei vxor. act. & ibi Doct.*

4 Actio de dote † datur contra virum ſoluto matrimonio, etiamſi dos non ſit ſoluta, nec vir in eius exactione fuerit in culpa, *not. in l. 44. ſi ſocer. §. 1. Lucius. ſolut. matrimon. & ibi gloſſ. & Doct.* quod ibidem Interpretes reputant mirabile.

5 ALIENARI licet nõ poſſint † res ſubiectæ reſtitutioni, *l. fin. §. ſed quia. §. ſin autem. C. com. de leg.* tamen fauore dotis ſecus eſt: *auth. res quæ. C. d. tit.*

6 Alienari pariter † res minorum licet prohibitum ſit, *l. 1. ff. l. ob æs. C. de præd. minor.* tamen ſingulari dotis priuilegio reperitur conceſſum, *leg. 22. lex quæ tutores. & ibi not. C. de administrat. tut.* Cuius exceptio videtur in alienatione donationis propter nuptias in recõpenſationem dotis. Sed communiter reprobatur. Doct. *in d. l. 22. per l. fin. §. fin. C. ſi maior. fact.*

7 Alienari in † fauorem mulieris res in dotem datç prohibentur, eſt regulare mulieris dotisq; priuilegium, vt conſtat ex tot. tit. *& C. de fundo dot. & C. de rei vxor.* quod multas patitur exceptiones.

8 Prima eſt: niſi alienatio † tenderet in fauorem mulieris, exemplum: ſi fundus dotalis ſit parum vtilis, pecunia verò ex eo redacta mulieri multum proficua, *l. 26. ita conſtante. de iure dot. l. 21 in fin. leg. 29. de pact. dotal*

9 Huius triplicatio eſt: niſi mulieris † conſenſus non concurrat, *l. 12. ex pecunia. de iure dot. l. ſi mulier. de pact.*

10 Secũda exceptio eſt: niſi alienatio † fieret per coniuges pro ſoluendo ære alieno quo mulier eſſet onerata, *text. in l. fin. de iure dot.*

11 Tertio niſi alienetur in caſibus de quibus diſſeritur, *in l. 20. quamuis. & ſeq. ſolut. matr.*

12 Quarta exceptio videtur: niſi fundus † dotalis eſſet æſtimatus, cum iſto additamento vel conditione, vt maneret dotalis, communiter approbatur vera, quia huiuſmodi fundi æſtimatio non facit emptionem, ſed importat ſòlummodò, vt ſciatur quantum res in dotem data ſit deterior ſacta. Reprobatur per Bald. Nouel. *tract. de dot. part. 7. priuil. 1. nu. 10.* per *l. 50. æſtimatis. in fin. ſol. matr.*

13 Quinta exceptio eſt ſecũdum † quoſdam in rebus mobilibus, vt affirmat Azo *in ſumma. C. de fundo dot.* qui ea mouetur ratione: quod lex Iulia prohibeat fundum dotalem alienare, ſiue ruſticum ſiue vrbanum, & ſic rem ſolummodò immobilem. Negat Gloſſ. *in l. libertas. de reg. iur.* Vtra autẽ opinio ſit verior, infra in controuerſiarum

loci-

14 locis demonſtrabitur. Sexto † niſi mulier
dutãte matrimonio alienaret, in caſum ſo-
luti matrimonij, *argument. text. in l. 26. ita con-
ſtante. de iure dot. & ibi gloſſ.* Sed reprobatur
per Ioan. de Imol. *in cap. cum contingat. de iu-
reiur. per leg. 17. Atilicinus. & l. ſeq. de pact. dotal.*
15 Si autem † ſit vera dicta exceptio, habebit
iſtam replicationem: niſi cum marito pa-
ctum inchoauerit, & non cum alia perſona
etiam coniuncta per *l. 7. cum dos. d. tit. & in l.
2. §. 1. ſol. matr.*

16 Septimo † niſi mulier alienaſſet conſtan-
te matrimonio, eo verò ſoluto dotem vellet
repetere, quod non poteſt, ratione: quòd
ius dotis in mulierem ſoluto matrimonio
conſolidatum, faciat emptionem cõfirma-
ri, eſt gloſſ. *in d. l. 26.* quam videntur ſequi
Cyn. Bald. & Salyc. *in l. 23. ſi prædium, C. de iu-*
17 *re dot.* Eodem † modo confirmaretur a-
lienatio ſoluto matrimonio, ſi eadem dos
à viro alienata, eidem per teſtamentum v-
xoris vel alio modo obueniret, *l. prædium. de
vſucap.*

18 Octaua † exceptio eſt quoad ipſum ma-
ritum, qui alienationem à ſe factam non
poteſt reuocare, *fac. d. l. ſi prædium. & ibi Bald.*
& tenent in expreſſo Gloſſ. & Angel. *in d. l.
ſi vir.* Sed communiter reprobatur teſte
Baldo Nouell. *in tract. de dote. part. 7. priuil. 1.
num. 15.*

19 Nono † excipitur niſi maritus alienans
daret fideiuſſorem, *not. in d. l. ſi prædium. C. de
iure dot. & ibi Cyn. & Bald.*

20 Decimo † niſi dos pntatiua eſſet alienata,
quæ alienatio teneret, cum non ſit propriè
dos, per *l. 3. de negot. geſt.* Reprobatur per gloſ-
ſam communiter receptam, *in l. 13. dotale præ-
dium. § fin. de fund. dot.*

21 Vndecimo † excipitur quoad locationem,
quę licet ſpeciem alienationis importet, ta-
men ex quo maritus locando non propriè
alienet, cum per alienationem maritus à ſe
nõ abdicet dominiũ, ſed loco fructuum an-
nualem recipiat penſionẽ, *l. penſiones. de petit.*
22 *hered.* Duodecimo † quoad ſeruitutes fundi
dotales, quæ per præſcriptionẽ poſſunt fieri
alienabiles, *Gloſ. in l. 25. ſi ſi ſiliuſ fam. ſol. matr.* Sed
contrarium communiter à Doctorib. rece-
ptum ait Bald. Nouel. *d. loc. num. 17.*

23 Decimatertia † exceptio eſt in alienatio-
ne neceſſaria, exemplũ eſt in fundo dotali,
qui cũ alio pro indiuiſo poſſidetur, qui cum
ab vna parte alienatur, dicitur ab altera par-
te fieri alienatio neceſſaria, *l. 78. cum in fundo.
§. 4. ſi fundus. de iure dot.*

24 Decimoquarto † non procedit dictũ pri-
uilegium in ſeruo dotali manumittendo, &
hoc fauore libertatis, qui videtur eſſe maior
fauore dotis, cum naturali quadam ratione
nitatur.

Vltima exceptio eſt: † niſi alienatio iura- 25
mento eſſet confirmata, *d. c. cum contingat. &
d. c. licet mulieres. de iureiur.* & per ea quæ late
diximus *in tract. controuerſ. de bon. conſtan. ma-
trim. acquiſ. q. 28.* Quam † exceptionem intel- 26
lige, ſi alienatio vtriuſque coniugis iura-
mento eſſet cõfirmata, nam ſolius tantum,
vtriq; non noceret. Et hæc omnia cum ſcitu
ſint digniſſima, velim vt perpetuò memoriæ
commendares.

ALTERNATIVA † licet de ſui natura 27
in quolibet extremorum verificetur, *l. 13. ſi
is qui ducenda. §. 3. vtrum. de reb. dub.* tamen fa-
uore dotis amittit ſuam naturã, exemplum
eſt in auo qui ſtipulatur dotem ſibi vel ne-
pti reddi. Nam licet hoc fecerit, tamen non
hæredibus defuncti aui pro rata quæritur
actio, ſed filiæ in ſolidum, text. Bartol.
& communiter Doct. *in leg. 45. Gaius. ſolut.
matrimon.*

APPELLANDI † poteſtas cuilibet fa- 28
uore dotis videtur auferri, *argument. l. fin. de
ap. rec. & ibi Bart. & Doctor. & in l. Mela. de alim.
leg.* Quod priuilegium ſine controuerſia in
tellige procedere quoad finem ſuſpenden
dæ, vel impediendæ executionis, de quo
videre eſt Bald. Nouell. *in tract. de dote. part. 9.
priuil. 7.*

B.

BONA † minoris quod nullo iure ſine tu- 1
toris authoritate alienari vel hypothe
cari poſſint, indubitati iuris eſſe ex *l. 2. de reb.
eor. & l. ſi. de reb. alie. non alienand.* cõuincitur.
Sed † eo nõ obſtante, fauor dotis tantus eſt; 2
vt minor contrahens matrimonium pro
dote rem alienare, & oppignorare poſſit,
cuius priuilegij indubitata ratio eſt: quod
cum minori conceditur principale, id eſt, i-
pſum matrimonium, quod proculdubio e-
ius acceſſorium, (bonorum dotis cauſa alie
nationem intelligimus) ſibi quoq. conceſ-
ſum præſumat, & meritò, quia maritus eius
cauſa facilius matrimonium cõtrahit, cum
ſcit ſibi matrimonij onerum ſubleuamenta
futura, *arg. l. 2. de iuriſd. omn. iud.*

Illud ipſum † dicitur etiam procedere ho- 3
die in rebus mobilibus, quæ minor contra
hendo matrimonium ſine decreto, modò
curatoris interceſſerit authoritas, dotis
cauſa alienare poteſt, nec datur reſtitutio
in integrum *l. 1. C. ſi aduerſ. donat.*

Bonis † viri condẽnati publicatis, tametſi 4

etiam intelligantur publicata omnia iura & dominia, tranſeuntq́; cum ſua cauſa & onere in fiſcum, *l. 17. ex facto. §. quinto. ex facto. ad SC Trebell.* non autem illud ipſum dotis fauore procedit. *Gloſſ. in l. 5. ſed ſi alia. de bon. damnat.* & videtur eſſe *text. in l. 9. ſi quis poſt. C. eod. tit.*

C.

1 CASVS † omiſſus quòd debeat remanere ſub diſpoſitione iuris communis, vulgaris eſſe iuris regulæ negati non poteſt, *l. ſi cum extraneus. de cond. ob cauſ. l. 10. commodiſſimè. de liber. & poſthum.* In dote autem ſi caſus omiſſus aliquem vltra ius commune poſſet producere effectum, iſta regula non procederet, dicunt caſum eſſe ſingularem *in leg. vigeſima ſecunda. ſi cum dotem. ſolut. matrimon.*

2 Caſus † futurus aduerſæ fortunæ, iuxta vulgare iuris axioma, non eſt in conſideratione; *l. 83. inter ſtipulantem. §. quinto. ſacram. de verbor. obligat.* dotis autem fauore longè aliud dicendum eſſe, innuit præclarè Cynus *in l. 3. quamuis. C. de pact. conuent.*

3 CONDITIO tacita † etſi in omni promiſſione non ſubintelligatur, promiſſio tamen dotis eam ſemper exigit: Vt ſi matrimonium ſequatur, qua conditione pendente nulla ſuboritur obligatio, *l. 21. ſtipulationem. l. 48. tali. l. 41. promittendo. de iure dot.* An autem eadem conditio ſubſit in legato, vide verb. legatum.

4 COMPENSATIO † non debet apponi
mulieri dotem repetenti, *gloſſ. in l. 1. ſol. matr.*
quam ſequuntur Bald. Rom. & alij *in l. 15. rei*
5 *iudicata. § 1. eod. tit.* Diſſentiunt † ibidem Bar.
Dyn. Ang. Imol. Paul. de Caſtro, & communiter moderni, vt teſtatur Bal. Nouel. *in tractat. de dote. par. 7. priuil. 1.* dicitq́; primam ſententiam prædictis authoribus non obſtantibus, eſſe magis recipiendam, iuxta reg. in ambiguis. Vtra verò pars ſit verior nos infrà, in locis controuerſiarum, plenius oſtendemus.

6 Compenſationem † non poſſe opponere eum cui cōpetit de peculio actio, docet *l. 37. ſi creditor. §. 1. de pecul.* Illud autem in muliere aduerſus ſocerū de peculio actionem habente fauore dotis non procedere, obtinere contra Bart. conatur Lud Rom. *in l. 25. ſi filiofam. ſolut. matr.* vbi huius rei caſum eſſe aſſerit. Vide plura huc pertinentia in verb. Retentio.

7 CONTRACTVS † ipſo iure non valet, in quo mulier ratione dotis promiſſæ reperitur decepta, *l. 22. ſi cum dotem. §. 2. ſi mulier. ſolut. matr.* etiamſi dolus incidenter veniat non dans cauſam contractui, & poteſt reſponderi ad *l. 1. C. ſi aduerſ. dot. & l. 9. ſi ex cauſa. §. 1. in dotis. de minor.* quæ in contrarium allegantur, quòd procedant quando mulieris facilitas fuiſſet in cauſa, & non dolus aduerſarij, quo caſu videtur mulier mero iure obligata.

Contractus † quandoque claudicat, diuerſoq; cenſetur iure propter dotis fauorē. 8
Bald. Nouel. *in tract. de dote. p. 7. priuil. 41.* vbi allegat gloſſ. *in l. 10. cum dotem. C. de iure dot.*

CAVTIO † vocabulum ad inſtrumētum 9
redactum, licet regulariter nudo duntaxat
verbo importet ſtipulationē ſine fideiuſſo-
re. *l. ſancimus. C. de verb ſignif.* Fallit † tamē ſin- 10
gulari dotis fauore ſemperq; fideiuſſor ſub
intelligitur, *l. 24. ſi conſtante. §. 2. ſolut. matrim. l. 7. fructus (aliàs) diuortio. §. 15. interdum. & ibi Bald. eod. tit.*

D.

DOS † inter alia legata relicta non admittit clauſulā diminutiuam in codicillis 1
appoſitam, ſicut alia legata, *l. 18. libertis. §. 3. poſthumis. de aliment. legat.*

Dos † conſtante matrimonio poteſt mi 2
nui & augeri, modò donatio propter nuptias eadem ratione diminutionē augmentumue accipiat, *l. 24. ſi conſtante. ſolut. matr. latè Bald. Nouel. part. 7. priuil. 9.*

Dotis † reſtitutionem conſtante matri 3
monio ex parte mulieris fieri non poſſe, regulare eſſe ex *l. 2. ſol. matr.* comprobatur, imò
quod marito nō detur, ante ſolutum matri
monium reſtituēdi poteſtas, docet *l. 1. c. ſi dos*
conſtit. matr. Fauore † autem mulieris prō 4
pter viri inopiam, illam regulam tolli, *l. 24. ſi*
conſtante, in princ. ſolut. matr. oſtendit. Quod
adeò † verū eſſe *l. 29. vbi adhuc. & ſeq. C. de iu* 5
redot. innuit, vt etiam procedat ſi vir incipiat male vti ſuorum bonorum ſubſtantia.

Dos † ſi ſit ſoluta filiofam. iuſſu patris pręſumitur ſolutum contemplatione vtriuſq;, 6
ita vt vterq; teneatur in ſolidum. Barto. *in l. 22. ſi cum dotem. §. 12. transgrediamur. ſolut. matr. argument. l. 70. in ambiguis. de iure dot.* licet regulariter illud ſine expreſſa adiectione non procedat, *Gloſ. & Doct. in l. pupill. §. 1. de neg. geſt.*

Dotis † cauſa cum ſit ſummaria, dilatio 7
nes proceſſuſque termini à iudice ſunt abbreuiandi, quod communiter receptum eſſe ex gloſſa Doctorumq; commentariis, *in l. 1. ſolut. matrim.* compertum eſt, *arg. l. 2. de re iudic.*

Quod

8 Quodque eadem † cauſa diebus feriatis
poſſit agi, *l. 2. de feriis*. & *ibid. communiter* Dd.
annuũt, quos ſequitur Speculat. *tit. de feriis.*
9 §. *ſequitur.* Cuius † priuilegii exceptio eſt in
feriis in honorem DEI indultis. *argum. l. 2.
de feriis.*

10 Dotis † cauſam non finiri triennio ſicut
alię cauſæ, de quibus *in leg. properandum. C. de
iudic.* aſſerit Roman. in ſuis ſing. Ratio vide-
tur, quia cauſa dotis dependet à cauſa ma-
11 trimonii, quę eſt perpetua. † Sed cõmuni-
ter hoc reprobatur per Doct. *in l. 1. ſolut. ma-
trimon.* niſi fortè cauſa tractaretur in foro
eccleſiaſtico, cum ſecundum ius canoni-
cum, omnis cauſa ſit perpetua, *capit. final. de
iudic.*

12 Dotis † cauſam vtriuſq; fori eſſe confir-
mat Innoc. *in cap. 3. de prudentia. de donat. inter
vir. & uxor.* quem ſequitur ibid. Hoſtienſ.
idem tenet Imol. *in l. 1. ſolut. matr.* pro cuius
ſententia citat Sicul. *in c. 1. & 2. eod. tit.*

13 Dotem † putatiuam an & quando mu-
lier habeat repetendi poteſtatem oſtendit
Bald. Nouel. *in tract. de dote parte 10. priuil. 1.*
Vbi quinque in hoc caſu enarrat opinio-
nes: primam Irnerio & Placentino aſcribit,
volentib. mulierẽ indiſtinctè etiam ſcien-
ter illicitum contrahentem matrimonium
poſſe dotẽ repetere, ea moti ratione, quòd
l. fin. de condit. ſine cauſ. indiſtinctè loquatur,
allegant ſimiliter *l. 58. à diuo Pio. de ritu nupt.*

14 Hanc † opinionem communiter Do-
ctores improbando, alia ſuboritur ſenten-
tia, videlicet ſi coniunx ius ignoret: putà in
tali gradu non dari contrahendi faculta-
tem, & factum ſciat, ſcilicet ſe eſſe conſan-
guineam, quo caſu non eſſe mulieri repe-
tendi facultatem aſſerunt, *arg. l. 3. ſi ignorans.
C. ſolut. matr.* Hanc ſententiam excitat gloſſ.
1. circa fin. in d. l. fin.

15 Cæterùm † omiſſis aliis, videtur iuri ma-
gis conſonare diſtinctio Bald. *in Rubr. ſolut.
matr.* quæ ſic habet: Aut dos eſt data pro-
pter matrimonium, quod non tenuit ratio-
ne turpitudinis: Aut propter aliam cauſam
non per ſe turpem, quo caſu dicit dotem,
non conſiderata aliqua diſtinctione, repeti
poſſe, ſicq; procedere *l. 1. C. de condit. ob cauſ.*
16 *& d. l. à diuo Pio.* Altero † caſu ſi non teneat
propter turpitudinẽ ſubdiſtinguit: Aut eſt
datum ab ignorante ius & factum probabi-
liter, & dos abſque vlla perditione repeti
tur: Aut à ſciente factum & ius, & non repe-
17 titur, *l. qui contra. C. de inceſtuoſ. nupt.* Aut † à
ſciente factum & ignorante ius, & tunc rur-
18 ſus facit ſubdiſtinctionem: Aut ignorantia
conſiſtit in iure naturali, & non repetitur,
arg. l. 2. C. de in ius vocan. Aut circa ius merè
poſitiuum, & repetitur. Porrò cum hæc ma-
teria pleniſſimè ſit examinata per Baldum
Nouel. *d. tract. priuil. 1.* ei amplius inſiſtere o-
peræ pretium fore non duximus.

Dos † autem putatiua & vera, circa quæ 19
priuilegia conueniant paucis enarrare non
inutilis laboris duximus. Primò cõueniũt
quoad actionem perſonalem, in qua cęteris
creditoribus hypothecam non habentibus
mulier putatiua præfertur. *l. 9. dotis. C. de iure
dot. l. aſſiduis in princ. C. qui pot. in pign. hab. l. 2. §.
ſi ſponſa. de priuil. credit.* Cuius † conueniẽtiæ 20
exceptio prima eſt; niſi ſcienter contraxe
rit *l. 22. ſi cum dotem. §. fin. ſolut. matr.* Secundò
excipitur † niſi matrimoniũ putatiuũ fuiſ 21
ſet ſeparatum viuente muliere, quæ exce-
ptio à ratione ceſſante in *l. 3. de priuil. credit.*
probatur. Tertiò † niſi dos ſit tantùm con- 22
feſſata & non numerata. Bald. Nouel. *d. loc.
part 11. circa fin. nu 5.*

Secundò † conueniunt in tacita hypo 23
theca, quam mulier habet in bonis mariti,
gloſſ. in d. § fin. & in d. l. aſſiduis. & ibid. Cyn. di-
cens hanc conuenientiam cõmuniter eſſe
receptã Sed † reprobatur per Bart. & alios 24
multos *in d. leg 2. in fin.* quorũm reſponſum
defenditur à Nouel. *d. loc. num. 6.*

Tertia † conuenientia eſt quoad dimi- 25
nutionem dotis, exemplum eſt in expenſis
neceſſariis, quæ ipſo iure minuunt dotem,
caſus in *leg. 61. dote propter illicitum. de ritu nupt.*

Quartò † conueniunt quoad iuris vni- 26
uerſalitatem, de quo tamen vide infra q. 4.

Quinta † conuenientia eſt quoad alie- 27
nationis prohibitionem. *Gloſ. in l 13. dotale. §.
2. de fundo dotal.*

Sextò † conueniunt quoad modũ pro 28
cedendi in iudicio, Bald. *in l. 1. C. de condit. ob
cauſ.*

Septimò † cõueniunt in lucro fructuum 29
etiam ſuperexcedentium, Nouel. *dict. lo. nu-
mero 15.*

Octauò † in vſucapione, ſi res aliena da- 30
retur in dotem, *l. 13. Pomponius. §. 6. in dote. de
acquir. vel amit. poſſ.*

Nonò † in conditione: ſi nuptiæ ſequen- 31
tur, *l. 21. ſtipulationem. de iure dot.*

Circa † quos caſus autem dos vera à pu- 32
tatiua differat, diffuſe Doct. in hac materia
oſtendunt, nos præcipuas earum differen-
tias breuiter attingendo dicimus primò
dotẽ putatiuam à vera ideo differre, quod
marito putatiuo ratione dotis in re mobili
conſiſtentis, non detur anni dilatio, ſicut

viro legitimo,*l.1.§.cum antē.C.de rei vxo.actio.*
33 Secundò † quod actio dotis profectitiæ
mortuo patre non conſolidetur in mulie-
rem putatiuam,ſicut in veram. Nouel.*d.loc.*
34 *num. 27.* Cuius † exceptio eſt, quoad onus
redotādi filiam hæredib. defuncti incum-
bens, Bart.*in d.l.poſt dotem. & not. in Auth.ſed*
quamuis.C.de dot.promiſſ.

35 Tertiò † differunt quoad exactionem,
cum veræ doti competat tacita ſtipulatio,
*l.ℓ.in princ.C.de rei vxor.action.*putatiuæ vero
conditio ſine cauſa,*l.1.C.de condit.ob cauſ.*

36 Quartò † quoad priuilegium mariti, ne
conueniatur ratione dotis vltra quàm fa-
cere poteſt,eſt commune Doctorum placi-
tum,*in c.1.de donat.inter vir.& vxor.*

37 Quinta differentia † eſt: quod mulier
putatiua propria authoritate diſcedens à
viro, non amittat dotem ſicut mulier vera,
Gloſſ.in c.4.plerunque.de donat.inter vir.& vxo.
quam communiter receptam ait Nouel.*d.*
loc.num.37.

38 Sextò † differt quoad præſcriptionē con-
ſtante matrimonio inchoatam, quæ non
currit aduerſus dotem veram, *notat. in l.16.*
ſi fundum,de fundo dot. ſecus quoad dotem
putatiuam. Nouel.*d.loc.nu.38.* Vbi facit ex-
ceptionem in dote tradita, & in dote mu-
lieris ſcienter contrahentis.

39 Septimò † differt quoad pactum vel ſta-
tutum,de dote boniſq; lucrādis conditum,
per ea,quę diximus *in tract.controuerſ.de bon.*
conſt.matr.acquir.

40 Octaua † differentia in eo conſiſtit, quod
aduerſus mulierem putatiuam datur hære-
dibus actio famoſa, *text.in leg.ſi concubina. in*
princ.rer.amot. ſecus aduerſus coniugem ve-
ram,*l.& per totum.rer.amot.*

41 Nonò † differentiam inter coniuges pu-
tatiuos & veros eſſe ex eo apparet: quod do-
natio inter eos facta, matrimonio tali ſolu-
to non conualeſcat,ſicut inter coniuges ve-
tos.*l.32.cum hic ſtatus.§.pen.ſol.matr.& in l.6 ſi*
ex voluntate.C.eod.tit.

42 Plures † differentiæ poſſunt deduci ex
prædictis, & ſparſim ex aliis Authoribus,in
hanc materiam ſcribentibus.

43 Dos † aduentitia de iure Digeſtorum &
Cod.quærit᷑ pleno iure filiæfam.& nō patri,
arg.leg.70.placet.de acquir.hared.& §.1.Inſt.per
quas perſ. nob. acquir.dom. & ibid.communi-
ter Doctor.& vide *leg.6.cum oportet.C.de bon.*
quæ lib.

44 Vnde † etiam infertur, quod pater non
ſit legitimus adminiſtrator ſuæ filiæ, in do-
te aduentitia: Ratio eſt, cum legitima bo-
norum adminiſtratio in bonis filiæ conce-
datur patri, ratione vſusfructus, *leg. prima.*
Cod. de bonis mater. quæ in dote aduentitia
patri non competit. Quo † fit, vt nec patris 45
authoritas requiratur in iudicio, cum de
dote aduentitia iudicium inchoatum eſt.
Bald.*in Auth.quod locum. quæſt.4. Codic. de col-*
lat.

Infertur † pariter, quod huiuſmodi dos 46
aſſignata per mulierem vel ſocerum filiofa
mil. ſibi pleno iure acquiratur, & non pa-
tri. Bart. *in l.contra nurum. §.quoties.rer. amo-*
tarum.

Dos † à patre filiæ locupleti conſtituta, 47
etiam emancipatæ, intelligitur de bonis
ſuis, & non filiæ conſtituta, *leg. final. & ibi*
*Bartol.Codic.de dot.promiſſ.*Cuius exceptio vi-
detur, niſi ſit negotiorum geſtor filiæ ha
bentis bona aduentitia. *Gloſſ. & Bartolus in l.*
*trigeſimaquarta. Neſennius.de nego.geſt.*Sed re-
probatur † per Alex. *in dicta lege final.*& Ro- 48
man.*in lege prima.ſolut.matrimon.* & vide cir-
ca hanc controuerſiam quæ diximus infra
quæſtione decimaſexta & vigeſimaſecun-
da.Hoc † ſpeciale quidam adeo procedere 49
innuunt, vt etiamſi pater diues in conſti
tutione dotis expreſſe adiecisſet, quod do
tem filiæ conſtitueret, tam de bonis eiuſ
dem filiæ,quàm de ſuis, ſicque verborum
proprietas dimidiam dotis duntaxat par-
tem ex bonis paternis eſſe conſtitutam de-
monſtraret,*not. in leg.reos.§.cum in tabulis. de*
duobus reis.& lege prima.Codic.ſi plures vna ſint.
tamen ſingulari dotis fauore illam copu
lam haberi pro diſiuncta,*leg.final.de dot.pro-*
*miſſ.*Baldus Nouel. *et ablatu de dote, parte*
ſexta.priuil.6. quod ſummopere eſt notan-
dum,cum multoties patres, imo & ipſi no-
tarii; inſtrumenta dotalia conficientes in
hoc fallantur.

Ex quo † aliud inſurgit ſpeciale, videli 50
cet dotis fauorem maiorem eſſe fauore ali-
mentorum,cum illa filiæ locupleti & pro
prio ſuo ſucco viuenti à patre non debean-
tur; *leg.ſi quis à liberis. de lib. & poſthum.* dos
vero indifferenter à patre ſit conſtituen-
da.

Rurſus † & aliud ſuboritur,ſcilicet quod 51
huiuſmodi dotis datio, tempore diuiſionis
ſit conferenda,*leg.fin.Cod.de collat.*quod non
obtinet in donatione ſimplici, vel ob cau-
ſam à patre facta,*d.l.final.& l.ſi donatione.eod.*
titul.

Dos † ſemel atque iterum à filia ſine 52
culpa deperdita, eſt de nouo à patre eidem

filiæ conſtituenda. *Auth. ſed quamuis. C. de rei vxor. action.*

53 Dotem † filiæ congruam patet adeo con-
ſtituere compellitur, vt, ſi iudicialiter ad
hoc condemnatus ſoluere recuſet, incar-
cerari poſſit. Ratio in promptu eſt: cum pa-
ter legali quadam cogatur obligatione, quę
paratã facti habet executionem, *l. vigeſima-
prima ſtipulatio. §. 4. ſiue antẽ. de noui operis nun-
ciatione.*

54 Dotans ſi † ſtipulatur dotem ſibi, aut cui
de iure debetur, acquiritur ſoli mulieri a-
ctio, cum illa ſit, cui de iure debetur. Ita de
facto ſe reſpondiſſe inquit Bartol. *in leg. 45.
Gaius ſol. matr.*

55 Dos † æſtimata in defectum aliorum bo-
norum viri, à muliere poteſt repeti, vide
verb. *Repetitio.*

56 DOMINIVM, licet † ex ſolo titulo re-
gulariter non transferatur, *§. tradi. Inſtitut.
de rer. diuiſ. l. 20. traditionibus. C. de pact.* tamen
fauore dotis dominium ex ſolo titulo do-
nationis propter nuptias, ſine alia traditio-
ne transfertur, *Auth. donationem. C. de iure
dot.* Cyn. & alii, *in Auth. permiſſa. C. de donat. an-*
57 *te nupt.* Accedit, † quod etiam ſoluto matri-
monio mero iuris miniſterio dotis domi-
nium illicò ad mulierem reuertatur, *leg. tri-
geſima. in rebus. Cod. de iure dotal.* Cuius exce-
ptio eſt in hæredibus mulieris, ad quos ſi-
ne traditione non transfertur. Bartol. *in leg.
trigeſimaquarta, Neſennius. § ſi fundum. de ne-
got. geſt.* cuius ſententiam Doct. crebriùs re-
ceperunt.

58 Secunda † exceptio eſt quoad patrem,
iure conſolidationis agere volentem, cuius
ratio eſt: quod *d. l. in rebus.* ſe fundet dunta-
xat in ipſam perſonã mulieris ſuperuiuẽtis.

59 Tertiò † excipitur, niſi dos eſſet recon-
ſolidata in ipſam filiam, fundamento quod
dos non fuerit in initio matrimonii, vel
poſt illud ipſius mulieris, quod d. l. ratio re-
60 quirit. Sed † reprobatur per Bald. Nouel. *in
tract. dot. part. 8. priuil. 6. nu. 7.*

61 Quarta † exceptio eſt in dominio, quod
ex re aliena incepit, quia non acquiſiuit ſibi
ex eo publicianam, vel quaſi dominium, *l.
eum qui. §. pen. de publ.*

62 Quintò † non procedit in dominio vtili
ipſi viro acquiſito: Ratio eſt, quia hoc pro-
cedit ex iure merè perſonali, quod de ſui
natura non eſt tranſmiſſibile.

63 Sextò † excipitur: niſi dos conſtante ma-
trimonio fuiſſet in caſu reſtitutionis, fortè
propter inopiam viri, vel ſimilem caſum,
tunc enim illi non competit actio in rem,
ratione dominii, ſed ratione hypothecæ.
Gloſſ. in l. doce ancillam. C. de rei vendic. Baldus
Nouel. *dicto loc. numero decimoquarto.* Sed
communiter † reprobatur, Bartolus *in l. 24.* 64
ſol. matr. & ibi Imol. & Roman. *per leg. vigeſi-
mam nonam. vbi adhuc. C. de iure dot.* quos ta-
men non leuibus fundamentis oppugnat
Nouell. *d. loc.*

Septima † exceptio eſt quoad dotem 65
putatiuã: Ratio eſt, quòd eadem actio non
competat doti putatiuæ, quæ competit ve-
ræ, vt ſupra oſtendimus.

DONATIO, † quòd non præſumatur 66
regulare iuris eſſe axioma, conſtat ex *leg. vi-
geſimatertia, cum de indebito. de probat.* fauore
autem dotis longe aliud dicendum eſt, *l. 1.
§. accedit. C. de rei vxor. action.*

Donatio † pro dote legitimam ſummam 67
excedens, non indiget inſinuatione, *l. fin. in
princ. C. de iure dot.*

Donatio † in bonis profectitiis à patre 68
filiæfamilias facta, etſi regulariter non va
leat, *l. ſecunda. Cod. de inoffic. donat.* tamen fal
lit in donatione dotis cauſa facta, *dict. leg.
2. & l. trigeſimaquinta, Pomponius Philadelphus.
famil. erciſc.* Idem obtinere in donatione
propter nuptias à patre filio facta, aſſerit
Gloſſ. *in d. l. 2.*

Donatio † dotis cauſa facta imputatur 69
filiæ in legitimam, *lege vigeſimanona. quo-
niam Nouella. Codic. de inofficioſ. teſtam.* quod
generaliter non obtinet. *l. 35. ſiquando. Codic.
eod.*

Donationem † inter coniuges eſſe pro 70
hibitam, generalis iuris diſpoſitio docet,
tot. tit. ff. & C. de donat. inter virum & vxorem.
Sed fauore dotis conceſſum eſt mulieri, vt
ſi forte dos in principio non conſtituta,
conſtante matrimonio dotis loco viro do-
nationem conſtituere, *argum. d. l. ſi conſtante.
ſolut. matrimon. & l. final. Cod. de donation. ante
nupt.*

DEBITOR † poteſt delegari inuitus, 71
dotis priuilegio, ſi hoc ſibi non noceat, *arg.
text. in l. 2. ſol. matr. contra l. 1. & l. nec creditoris.
C. de Nouation.*

Debitor † ad certum tempus obligatus 72
poteſt fauore dotis ante tempus cogi ſatiſ
dare, *dict. leg. vigeſimaquarta. ſi conſtante. § quo-
ties. ſol. matr. & leg. 2. eod.* & vtrobique com-
muniter Doctor. contra *leg. 41. in omnibus. de
iudic.*

DELECTATIO, † licet ſit contractus 73
ſtricti iuris, tamen quando dolus dedit

causam

cauſam tali contractui, dotis ratione ipſo iu-
re annullatur, *l. 22. ſi cum dotem. §. 2. ſi mulier. ſol. matr.* regulariter vero ſecus, *l. eleganter, in princ. de dolo. l. ſi id quod aurum. de verb. oblig.*

74 DVPLA † non venit tacite in contractu
emptionis qui ſurgir in dote data æſtimata,
l. 52. non ſolum. de iure dot. contra reg. *in leg. emptori duplam. de Euiction.*

E.

1 EMPHYTEVTICA bona etſi regulari-
ter ſine conſenſu domini legari vel do-
nari non poſſint, Doct. *ad l. 71. ſi domus. § fin. de leg. 1. Bald. in l. fin. C. de iure emphy.* tamen fo-
uere dotis hoc interdictum non videtur,
Bald. Nouel. *in tract. dot. part. 6. priuil. 55.*

2 EVICTIONIS † cauſa mulier non te-
netur quando incepit à traditione. *l. 1. C. de iure dot.* quod reputant Doctores mirabile,
cum vir remaneat in damno, teneaturq; ſi-
3 ne dote matrimonii onera ſubire. Cuius au-
tem exceptio eſt: niſi mulier ſcienter rem
alienam dederit in dotem, quo caſu aduer-
ſus eam de dolo competeret actio, *l. 2. C. de Euictionib.*

EXECVTIO vide in verbo *Ius.*

F.

1 FALCIDIA † non detrahitur de legato
dotis reſtituẽdæ, reſpectu commodi re-
præſentationis, *l. cum vulgari. & tot. tit. de dote præl. g. & vide l. cum dotem. ad l. Fal.* cuius con-
trarium in aliis legatis obtinet, vt conſtat
ex *l. 1. § ſi credit. ri. d. tit.* Et eſſe ſpeciale hoc
in dote, vult Bald. *in l. 1. C. de rei vxor. action.*
dum citat *l. ſed etſi vſusfructus. §. dos, ad l. Falcid.*

2 FIDEIVBENS † mulier pro dote danda
vel reſtituenda, non iuuatur Velleiano. *l. fin. C. ad Velle.* Bald. Nouel. *in tractat. dot. part. 6. priuil. 21. num. 1. & 2.*

3 Fideiuſſor † non poteſt dari pro dote,
imo datus efficitur ipſo iure nullus, *l. 1. & 2. C. ne fideiuſſ. dot. dent.* contra communem re-
gulam, pro quolibet obligato fideiuſſorem
concedentem, *tot. tit. ff. & C. de fideiuſſ.* Cu-
ius ſpecialitatis exceptio prima eſt: niſi per
virum ſoluto matrimonio fideiuſſor detur,
l. 24. §. 2. quoties, ſolut. matr.

4 Secunda † exceptio eſt: niſi detur pro
dote reſtiruenda, *d. l. 1.* Sed communiter re-
probatur per Doct. *in d. §. 2.*

5 Tertia † exceptio eſt: niſi daretur pro-
pter ſuſpicionem inopiæ, vel dilapidationis
viri, Bart. *in d. §. 2. per c. per veſtras. de donat. inter vir. & vxor.*

6 Quartò † excipirur: niſi mulier non vel-
let prius dotem dare, antequam ei maritus
fideiuſſorem conſtitueret, *gloſſ. & Dd. in d. leg. 1.*

Quinrò † non procedit in patre quoad 7
dotem reſtituendam, *l. fin. C. de dot. caut.*

Sextò † excipitur: niſi accedat fideiuſſor 8
in dote promiſſa, per mulierem vel ſoce
rum danda, *gloſſ. per Doctores communiter recepta, in d. l. 1. & probatur per l. fin. C. ad Velle.*

Septima † exceprio eſt: niſi priuilegio *d.* 9
l. 1. & 2. mulier renunciaret cum iuramen-
to. *Doct. poſt. gloſſ. in d. l. 2.*

Octaua † exceptio eſt: niſi conſuetudo 10
loci aliud obtineat, & non obſtat *d. l. 1. C. ne fideiuſſ. dot. dent.* quia reſpondetur quod re-
probet antiquam conſuetudinem, & non
futuram, *gloſſ. in Clem. ſtatutũ. de elect. in verb. conſuetudine.* quam ſequirur Cynus. *in leg. dudum. C. de contrah. empt.*

Nonò † excipitur: niſi coniunctus vel 11
extraneus principaliter ſe pro dote obli-
get, non ſimul cum marito. Paul. de Caſt. *in conſ. 167. & 168.*

FILIAFAM. † tametſi in furioſi patris cõſi- 12
ſtit poteſtate, poteſt & dotem conſtituere,
& pactum de ea lucranda apponere, *l. 8. quoties de pact. dotal.* quæ lex propter *l. 25. ſi furioſi. C. de nupt.* eſt intelligenda, ſi filia maior ſit
vigintiquinq; annis.

Filiçfamilias datur libera ſine patris con 13
ſenſu in iudicio pro dote aduentitia conſi
ſtendi poteſtas, *l. 45. Gaius, in fin. ſol. matr. & l. 2. §. 1. eod.* contra reg. *l. fin. §. neceſſitatem. C. de bon. quæ liber.*

FRVCTVS rei † in pignus dotis ratione da 14
tæ, in ſortem non computatur, *c. ſalubriter de vſur.* contra *l. 1. & 2. C. de pign. action.*

Fructus † vocabulum ab homine circa 15
fructus pendentes in vẽditione prolatum,
etſi intelligatur de integris, & non dedu-
ctis impenſis, *l. ſi pendentes. l. quoties. § ſi colono de vſufruct. & l. ſi fundum Trebatiani. de vſufru. leg.* non tamẽ hoc ſpeciali dotis fauore pro
cedit, *leg. fructus. Cod. de donation. & ibi Ioan. de Imol.*

Fructus † pignoris mulieri à viro dotis 16
ratione dati, & à muliere conſumpti, non
extendunt ſortem dotis, Bald. *in l. penul. C. de pignor. action.* contra reg. *l. 1. & 2. C. eod.* quod
maxime procedit ſi mulier aliunde non ha-
buiſſet alimenta, & vir eiuſue hæredes fuiſ
ſent in mora poſt anni lapſum dotem reſti-
tuere, *l. 1. §. exactio. C. de rei vxor. action.*

G.

GRAVATVS in vno quod in alio ſit re-
leuandus eſſe certæ iuris regulæ, con-
ſtat ex *l. ſecundum naturam. de re iudic.* Sed fa-

uore

uore dotis illa regula non attenditur, atteſtante Bartolo *in l. 24. ſi conſtante. ſolut. matrimon. quaſt. 5. in princ. part. 4. fac. l. Atilicinus. de pactis dotal.*

H.

1 HÆREDIBVS † mulieris quæ & qualia dotis reſpectu dentur priuilegia, paſſim à Doctoribus in hanc materiam ſcribentibus traditur. Nos quæ ſcitu magis digna videntur enarramus, & imprimis priuilegium tacitæ hypothecæ, aliaque quæ dotis dantur conſtitutioni eis competere aſſerimus. Bartol. *ad leg. prim. ſolut. matrimon.*

2 Secundo † nec non priuilegia, quæ ipſi doti conceſſa reperiuntur, eis denegari teſtis eſt Bartol. *in dict. l. 1.* exemplum dat in eo, quod in dubio pro dote interpretatio fiat, *leg. 70. de iure dot. l. in ambiguis. de regul. iur.*

3 Tertio † priuilegia quæ dantur ipſi mulieri regulariter, non tranſeunt in eius hæredes, cuius exemplum eſt in actione perſonali, in qua præfertur mulier aliis, quæ non tranſit ad hæredes, *leg. 1. C. de priuileg. dot.*

4 Priuilegium † autem illud, quod habet: ne conueniatur vltra quàm facere poſſit, tranſit tantum ad ſuos hæredes, putà eius liberos, *l. & ſi fideiuſſor. in fin. & ibi gloſſ. de re iudic.* quod idem in tacita hypotheca, in qua mulier præfertur cæteris creditoribus, obtinere concludimus, *l. aſſiduis. C. qui pot. in pignor. §. fuerat. Inſtit. de action.*

5 Quarto † priuilegium exceptionis non numeratæ pecuniæ, quod competit marito, competit pariter eius hæredibus, caſus & gloſſ. *in l. fin. C. de dote caut.*

6 Quinto † ad hæredes pariter pertinet priuilegium repetendi expenſas in re dotali neceſſariò factas, etiamſi maritus pactus fuerit in contrarium, *l. 4. ſi conuenerit. de pact. dotal.*

7 Sexto † annales induciæ pro dotis exactione in rebus mobilibus hæredibus mariti dantur, *l. vnic. §. exactio. & ibi gloſſ. C. de rei vxo. actio.*

8 Reliqua † mariti priuilegia non reperiuntur eius hæredibus conceſſa.

9 Hæc † eadem priuilegia quæ dantur hæredibus, poſſunt quoque cedendo in alium transferri, *argument. text. in l. quadrageſimaſecunda. ex pluribus. de adminiſtrat. tut.* quod eſt notabile.

10 Plura † circa hunc paſſum calamo poſſemus committere, niſi breuitati ſtudendo ad alia properaremus.

11 Hæredes † occiſæ à marito vxoris, habent ius ſuccedendi in dotem, quam maritus per ſtatutum aut pactum debebat lucrari, *l. 10. ſi ab hoſtibus. ſolut. matrim.* & ibi Bart. quod regulariter iuri non videtur conſonare, cum ab huiuſmodi perſonis, tanquam ab indignis, illud in quod ſuccedunt auferatur, & fiſco applicetur, *l. indignum. de his quib. vt indig. l. Lucius. de iure fiſci.* de quo alibi explicatius.

12 HYPOTHECA † in bonis mariti, maximè ſi ſit expreſſa, incipit à tempore promiſſionis & non ſolutionis dotis, *leg. 1. C. qui pot. in pign.* Cyn. *in l. cum tibi. C. eod. tit.*

13 Hypothecam † expreſſam habentibus nunquid mulier in dotis exactione præferatur, vide infrà in locis controuerſ. *q. trigeſimaquarta.*

14 Hypothecaria † ſi agat mulier contra tertium creditorem, non poteſt ipſe creditor offerendo ius ſuum primo creditori liberari. Cyn. *in leg. 10. cum tibi. C. qui potior. in pignor. hab.* quod tamen regulariter iuri non conſonat. *leg. 12. Paulus. §. 1. quib. mod. pignor.*

I.

1 INDEBITVM † per errorem ſoluenti licet regulariter detur per condictionem indebiti repetendi poteſtas, tamen fallit ſingulari dotis fauore, *l. 32. cum is. de condict. indeb.* Quod intelligit Bart. ibid. procedere in caſu, quo quis pietatis ratione ſeductus dotaret, putans ſibi eſſe officium dotandi. Indebitum verò ſcienter ſoluens iure non repetit. *l. 1. & l. 50. quod quis ſciens. de condict. indeb.*

2 Dotis † autem fauore ſemper ſubintelligitur conditio: ſi nuptiæ ſecutæ fuerint, *l. 21. ſtipulationem de iure dot.* 3 Cuius † exceptio eſt: niſi per viam tacitæ donationis ſolueretur, tunc enim debitor ipſe non poteſt repetere, licet mulieri detur repetendi facultas à marito, *leg. qui ſe debere. verſic. ſed cum ſciret. & ibi gloſſ. de condit. ob cauſ.*

4 INSTANTIA † iudicij de dote tranſit ad hæredem ſingularem, puta filiamfam. *l. vnic. §. 14. & hoc ex rei. C. de rei vxo. act.* Diſſentit Bartol. *in dict. l. vnic. & in leg. ſi cum hominem. de fideiuſſ.* volens iudicij inſtantiam ad quemlibet ſingularem ſucceſſorem tranſire.

5 INSTRVMENTIS † duobus inter ſe contraria diſponentibus, præferen-

dum

Google

dum eſt inſtrumentum dotis fauorem concernens. *Gloſſ. in l. ſcriptura. C. de fideinſtrum. & l. pen. de manumiſſ.*

6 Inſtrumentorũ † editionem pro dotis reſtitutione à mariti hæredibus petendi facultas eſt, Anton. de Butr. *in c. 1. de probat.* & ibid. Imol. licet alias regulariter nemo teneatur aduerſario ſuo ad eius intentionem fundandam, inſtrumenta edere.

7 IVDICIBVS † in ſententiam dando diſcordantibus, licet in dubio eius ſtandum ſit ſententiæ qui pro reo retulit, tamen fauore dotis hoc non obtinet, teſte Baldo Nouel. *in tract. dot. part. 9. priuil. 4.*

8 Hinc † ſi vnus iudicium dotis reſtituendæ cauſa in decem condemnat, alter in quinque, ſtatur ſententiæ eius, qui in decem condemnauit, *Gloſſ. in l. 57. nuptura. de iure dot.*

9 IVDICIVM † fauore dotis inter patrem & filiam poteſt conſiſtere, *l. 19. capit. 35. de ritu nupt.* Venia tamen prius petitâ, *Gloſſ. in l. 44. ſi ſocer. in princ. ſol. matr.* contra reg. *in l. lis nulla. de iudic.*

10 Iudici † ex ſuo officio, etiam filia non petente, datur poteſtas cogendi patrem, congruam filiæ conſtituere dotem, *l. 3. de iure dotal.* cõtra *l. 4. ei autem. de damno infect.* Quod
11 idem † dicẽdum, ſi pater diu abſens dotem non cõnſtitueret, *l. 3. §. 1. & 2. de iure dot.*

12 Iudicium † famil. erciſcundæ fauore dotis datur exhæredato, & ſic non inter cohęredes, quod reputant mirabile, *leg. 2. de dote praleg. l. 2. C. famil. erciſc.*

13 IVS † executiuum ſententiæ tranſit in ſingularem ſucceſſorem, puta in filiamfamil. ex vi conſolidationis, *l. 31. debitorib. de re iudic. l. 31. ſi marito. §. 2. ſol. matr.*

L.

1 LIBELLVS † hæc verba habens inſerta: Age vt ſoluas alteri, quam mihi mulieri, videlicet viro meo, procedit fauore dotis, *arg. l. 2. & l. 44. ſi ſocer. §. 1. ſol. matr.*

2 Libellus † nec litis conteſtatio requiritur in cauſa dotis, cum in ea ſummarie, ſine ſtrepitu iudiciiq́ue figura ſit procedẽdum, *text. in Clem. diſpendioſam, de iudic. Clem. ſæpe. de verbo. ſign f. & gloſſ. in d. Clem. diſpendioſam.* Diſſentit Bart. *in l. 1. ſol. matr. & in l. 24. ſi conſtante. de iure dot. q. 6. part. 3.*

3 LEGATVM † dotis cauſa relictum non admittit falcidiam, *argu. text. in Auth. ſimiliter. C. ad l. falcid.*
4 Cuius † exceptio videtur, niſi legetur mulieri diuiti: Ratio eſt, quia tunc non dicitur proprie cauſa pia, & hoc caſu *gloſſ. in l. 48 tali. de iure dot.* ſaluari, innuit Bald. Nouel. *parte ſexta. priuil. 49.*

Legatum † nummorum dotis cauſa factum in dubio intelligitur de ſumma maiori, & non minori, *leg. 57. nuptura. in fin. & ibi Gloſſ. de iure dot.* quod regulariter iura non admittunt. *l. 75. nummis. de legat. 3.* 5

Legatum † puellæ factum vt nubat Titio, ſi Titius moriatur antequam ei nupſerit, debetur nihilominus puellæ legatum, vt alteri nubat, quia legati ratio finalis eſt, ipſa cauſa pia, *cap. 4. de condit. appoſ.* quæ æque militat in alio quam in Titio. 6

Legatnm † dotis pro filia, velut æs alienum, ante omnia alia legata detrahitur. *l. 2. §. ſi ſponſ. de priuil credit.* 7

Legatum † filiæ dotis cauſa factum adeo validum eſt, vt etiam titulum inſtitutionis importet. ſi in teſtamento talis titulus non ſit expreſſus, *text. in c. 16. Raynutius. de teſtam. & ibi Antonius de But.* Quod regulariter legi non conſonat. 8

Legatum † rei alienæ, licet quoad eius æſtimationem valeat, *not. in leg. 112. ſi quis inquilinos. de legat. 1.* tamen rei dotalis alienæ legatum indiſtincte non valet, *Gloſſ. in leg. 16. dotalem. de teſtam. milit.* Diſſentiunt Cynus & Battolus *in l. 23 ſi prædium. de iure dot.* Ang. & Imol. *in l. 30. apud Iulianum.* (alias) *cum ſeruus. § fin. de legat. 1.* 9

Legatorum † remiſſio à muliere marito facta, non intelligitur remiſſum legatum dotis ſibi prælegatæ. Paul. Caſtr. *in conſ. 234.* 10

LVCRVM † dotis ob iniuriam violati thoti marito competens non acquiritur patri, ſed ipſi filiofamilias. *leg. 38. Lucius. ſolut. matr.* 11

M.

MANDATVM, † licet regulariter finiatur morte mãdantis re integra, *leg. 15. mandatum. Cod. mandat.* tamen ob fauorem dotis non finitur, *l. 9. ſi ego. §. 1. de iure dot.* 1

METVS † in promiſſione dotis non purgatur per actionem de dolo, ſed ipſo iure actus annullatur, *l. penult. §. ſi dos. quod met. cauſ.* contra *l. 2. eod. tit.* 2

MVLIER † à viro eiuſue hæredibus ſoluto matrimonio fideiuſſorem vel pignus recipiendo, non videtur receſiſſe ab hypotheca legali, vide in verbo, *Promiſſio.* 3

Mulier, † ſi dat in dotem nomen debitoris, tranſit vtilis actio in maritum ſine ceſſione, *l. 2. C. de action. & obligat.* communiter Doct. *in l. 1. C. de prohibit. ſequeſt.* contra reg. *in l. 1. C. de hæred. vel act. vend.* 4

Mulier † pro dotis promiſſæ debito poteſt incarcerari, *leg. fin. & ibi Doct. C. ad Velle.* 5

contra

contra reg. *in Auth. ſed nouo. C. de offic. diuerſ. iud.* Cuius exceptio eſt: niſi non haberet mulier quo ſolueret, *l.17. ex diuerſo. §. 1. ſolut. matr.*

6 Mulier † quæ promiſit dotem, vel dedit viro, quem ſciebat non eſſe ſoluendo, poteſt eo non obſtante petere cautionem à viro. Bald. *in Auth. quod locum. C. de collat.* Sed eſt controuerſum inter iuris noſtri Interpretes, vt conſtat infrà *q.17.*

7 Mulier † minor vigintiquinq; annis, habet ratione dotis ſiſtendi poteſtatem in iudicio, *arg. Auth. quod locum. C. de collat. c. fin. de iudic. in 6.* Roman. *in l.24. ſi conſtante. ſol. matr.* Diſſentit ibid. Bart. quem ſequitur Baldus Nouel. *in tract. dot. part. 10. priuil. 17.*

N.

1 NOVATIO † ſiue delegatio, licet ipſo iure primam tollat obligationem, *§. præterea. Inſt. quib. mod. tollat. obligat.* tamen fauore dotis, non obſtante nouatione, ipſo iure manet mulier illæſa, reditque ad priſtinam obligationem aduerſus virum eiuſue hæredes, *l. 22. ſi cum dotem. §. 2. ſi mulier. ſol. matrimon.* quod adeò Interpretes procedere autumant, vt etiam mulier, ſi propria culpa in accipiendo alium debitorem fuiſſet decepta, iſto priuilegio gauderet, fundamento quod *d. l. 22.* indiſtinctè loquatur.

O.

1 OBLIGATIO † ſecundum quorundam locorum conſuetudinem ſine propinquorum interuentu inchoata, licet ſit inualida, tamen ſpeciali dotis priuilegio reputatur valida, *fac. l. fin. C. ad Velle. arg. leg. prædia. C. de præd. minor. & leg. lex quæ tutores. C. de adminiſt. tut.*

2 Huc quoque pertinet, quòd licet † quis præcisè, in obligationibus rem tradi, aliiſue facti obligationibus compelli non poſſit, *l. ſtipulationes non diuiduntur, §. Celſus. leg. ſi rem tradi. de verb. oblig.* fauore tamen dotis longè aliud dicendum eſſe. *leg. fin. C. ad Velle. determinat.*

P.

1 PACTVM † nudum etſi regulariter contractui oppoſitum eius veſtiatur cohærentia, ſicq; eius contractus veterem informet actionem, nouamq; de præſcriptis verbis inducat, *leg. 7. iuris gentium, §. 5. quinimo. de pact. l. 13. in bonæ fidei. C. eod tit.* tamen fallit in contractu dotis à patre promiſſæ, *l. 6. auia. C. de iure dot.* Bald. Nouel. *in tract. de dote part. 6. priuil. 64.*

2 Pactum † tacitum fauore dotis eſt potentius & efficacius, quàm pactum expreſſum patris, licet hoc tacitum ex pacto patris expreſſo deſcendat. Hoc adeo eſſe ſpeciale in dote reputat Nouel. *dict. loc. priuileg. ſexageſimoquinto.* vt aliâs ſit contra omnia iura mundi, volentia, quòd vitiato expreſſo vitietur quoq; tacitum ex ipſo expreſſo proueniens, *leg. 3. qui habet hauſtum. de ſeruit.*
ruſt. præd. l. 3. C. ſi pend. appel. mors interuen. 3
Pactum, † per quod mulier remaneret in-
dotata, eſt inualidum, *l. 2. l. 14. de dot. l. 17. Atti-* 4
licinus. de pact. dotal. Cuius † exceptio prima
eſt: † niſi tale pactum fieret ante matrimo-
nium, *l. 21. & heredi. § 3. filia. de pact. leg. ſeptima.* 5
cum dos. de pact. dotal. Secunda: niſi † matri
monium ſolueretur diuortio, mulieris cul
pa, quo caſu cum dos maneat apud virum,
leg. trigeſimaoctaua, Lucius. ſol. matr. manet pa
riter pactum firmum. Tertia: niſi conſe-
tiret patri ſtipulanti dotem ſibi reddi. *leg.* 6
vigeſimanona. Quoties. ſol. matrimon. Quarta:
niſi † eſſet pactum, per quod committitur
obligatio, puta quòd mulier vult eſſe con-
tenta ſuo debitore, interituſque debiti pe-
riculum in ſe ſuſcipere, *leg. ſexta. Pomponius.*
de pact. dotal. Cuius replicatio eſt: niſi vir ſit
in lata culpa. *lege quinta. illud conuenire. dicto*
titulo. leg. vigeſimaſeptima. Si vnus. §. 3. illud nul 7
la. de pact. Quinta: niſi † eſſet pactum appo
ſitum, per quod veniretur contra natu
ram actionis de dote, exemplum eſt, ſi mu
lier in initio cõtractus matrimonii paciſce
retur, vt dos in re mobili conſiſtens ſibi eo
ſoluto in continenti reſtitueretur, *lege vige*
ſimaſeptima. ſi vnus. §. 2. pactus. de pact. Sexta 8
exceptio eſt: niſi † mulier paciſceretur ſo
luto matrimonio, de qua tamen except. vi
de Bald. Nouel. *dict. tractat. pars. ſeptima. pri* 9
uileg. vndecimo. Septimo: niſi † iuramento
eſſet confirmatum, *capit. cum contingat. de iu*
reiur. vide hunc articulum latè diſcuſſum
per Nouel. *d. loc.* 10

Pactum, † quòd dos promiſſa conſtante
matrimonio non petatur, valet: Ratio eſt,
quia per hoc nihil machinatur cõtra ipſam
dotem, ſed ſolummodò eius actio differ-
tur, *l. 20. Iulian. de iure dot.* 11

Pactum † legis commiſſoriæ, etſi regula
riter in pignoribus improbetur, *l. 1. & 2. C.*
de pact. pign. fallit tamen in caſu dotis. Bald.
in c. 1. de feud. dat. inuicem.

Pacto † nudo cuilibet dotem conſtitu- 12
endi poteſtas datur, *l. 6. ad exactionem. Cod. de*
dot. promiſſ. Gloſſ. in l. 1. ſol. matr.

PATER † in vita ſua tenetur filiæ ratio- 13
ne dotis, aliquam ſui patrimonii partem

conſtituere, *l. 19. capit. trigeſimoquinto. de ritu*
nupt. regulariter ſecùs.

14 Pater † mariti poteſt compelli ad obli-
gandum ſe pro reſtitutione dotis. Dyn. *in l.*
22. ſi cum dotem. §. 12. tranſgrediamur. ſol. matr.
Huius exceptio prima eſt: niſi in loco in
quo dos conſtituitur, eſſet pariter in more
poſitum, donationem conſtituere, *per l. fin.*
C. de dot. promiſſ.

15 Secunda † exceptio eſt, niſi filius accipiat
perſonam inhoneſtam. Bart. *in d. §. 12.*

16 Tertiò † niſi filius eſſet ingratus patri,
fundamento quòd pater tali filio poſſit de-
negare alimenta, & conſequenter obliga-
tionem de dote reſtituenda.

17 Quartò excipitur, niſi dos eſſet prius pro-
miſſa, antequàm pater obligationis cauſa
conueniretur, quo caſu mulieri eſt impu-
tandum, quod ſibi non prouiderit, *arg. l. ſi ab*
arbitrio. qui ſatiſdar. cog. Sed reprobatur per
Bartol. Bald. Alex. Angel. & Imol. *in d. §. 12.*
Caſtr. *conſ. 14.*

18 Quinta exceptio eſt: niſi † filius haberet
bona aduentitia, quib. mulieri cautionem
præſtare poſſet. Imol. *ad d. §. 12.*

19 Sextò † niſi non filius, ſed mulier velit
patrem ad ſe obligandum cogere. Paul. de
Caſt. *in d. § 12. arg. d. l. fin. C. de dot. promiſſ.*

20 Septimò † niſi pater peteret ſibi aſſigna-
ri dotem, velletq; matrimonii onera ſuſti-
nere, quod ſi filius ei denegaret, non eſſet
pater ad obligandum ſe compellendus.
Dyn. *in d. §. 12.* Cuius replicatio eſt: niſi pa-
ter eſſet ſuſpectę vitæ, *arg. d. l. 22. §. 3. eo autem.*

21 Pater † & filius in inſtrumento confeſſi, ſe
ab vxore eiuſue patre dotem accepiſſe, v-
terque in ſolidum vxori eſt obligatus, duo-
que rei debendi reputantur. Cyn. & Bald. *in*
l. fin. C. de dote caut. non num. vide tamen Bald.
Nouel. in hoc diſtinguentem *in tractat. dot.*
part. 7. priuil. 38.

22 POENITENTIA † non habet locum in
donatione dotis cauſa facta, in contractu
innominato, *l. 9. ſi ego. in princ. & in §. 1. de iure*
dot. & l. 10. in poteſtate. de ſponſal. Bald. *in l. man-*
datum. C. mand.

23 PRÆLEGATVM † dotis à patre filiæ
factum non venit in reſtitutione fideicom-
miſſi, *l. à filia. ad Trebel.* Bald. *in Auth. res quæ. C.*
commun. de legat. col. vlt. licet regulariter ſe-
cùs, *per l. Marcellus. §. quidam liberis. ad Trebel.*

24 PRIVILEGIA † quę dantur hęredibus
mariti & mulieris, vide in verb. *Hæredibus.* &
omninò Bald. Nouel. *tract. dot. part. 12.*

25 PROMISSIO † dotis incerta valet, ſed
eſt hoc ſpeciale inter Dd. controuerſum, vt
infrà q. 15. videre eſt.

Promiſſio † dotis in qua mulier minor 26
exceſſit vires patrimonii, ipſo iure annulla
tur, *l. 61. ſiue generaliter. de iure dot.* Cuius exce- 27
ptio eſt quoad curatorē ſciētem adultam
mulierem nō habere tantū in bonis, quan-
tum promiſit, is enim quod deeſt tenetur
de ſuo ſupplere, *l. 43. cùm poſt mortem. §. 1. de*
adminiſtratione tutorum. quod eſt notabile.
Secunda exceptio eſt in † muliere maiori, 28
quæ ſibi debet imputare quod maiorem
dotem conſtituerit, quàm neceſſariū erat,
l. 4. nulla. C. de iure dot. Cuius replicatio eſt: ni-
ſi † duplo dos ſit maior, quàm ſuorū bono- 29
rum quantitati vtriq; conditioni conuenie-
bat, quo caſu ei ex æquitate ſubuenitur, *l. 2.*
C. de reſcind. vendit. Gloſſ. in l. 9. ſi ex cauſa. §. 1. de
minorib.

PROVISIO † mulieris expreſſa, nō tol- 30
lit prouiſionem legis ordinariam neq; ex
traordinariam. *Gloſſ. & cōmuniter Dd. in l. fin.*
C. de pact. conuent.

Q.

QVARTA quæ reſeruatur fideicom-
miſſo, per grauatum de reſtituendo, ſi
ſine liberis deceſſerit, quicquid ex hęredi
tate ſupererit, poteſt per dotis conſtitutio
nem diminui. *Authen. contra rogatos. Cod. ad*
Trebel.

R.

REMVNERATIO † ob merita præce- 1
dentia licet regulariter præſumatur, *l.*
12. ſi verò nō remunerandi. §. 8. inde Papin. mand
tū fauore dotis contrarium tenendum eſt,
l. 10. idemq; d. tit. quem text ad hoc citat Bar.
in l. 33. qua dotis. ſol. matr.

REPETITIO † rei æſtimatæ in dotem 2
datæ, quæ licet faciat emptionem, tamen
fauore dotis in defectū aliorum bonorum
viri, mulieri conceditur, etiam contra ter
tium poſſeſſorē, *arg. leg. 1. C. de dot. quæ ſub. mo.*
& eſt commune Doctorum placitum *in l.*
16. quoties. de iure dot. & vide Bartolum *in l. li-*
cet Imperator. d. l. 1. Bald. *in l. Titius. C. de oper.*
libert. Et datur mulieri hoc caſu actio vtilis
in rem, quæ præfertur dominio directo, *fac.*
l. ſine autem. §. ſi duobus. de public. & communi-
ter Doctores *dictis locis.* quòd ſummoperè
eſt notandum.

RES † ex pecunia dotali per virum em- 3
pta, fauore mulieris efficitur dotalis, etiam
ſi à principio eſſet conuentum, vt non effi-
ceretur dotalis, *l. 55. vxor marito. de donat. in-*
ter vir. & vx. Cuius exceptio eſt, niſi mulie-
ri ſatisfieri poſſet ex aliis viri bonis.

RETEN-

4 Retentio † non admittitur fauore dotis, *l. 1. ſolut. matr.* Cuius exceptio eſt, niſi retentio allegaretur ſolummodò circa fructus dotis.

S.

1 Senatvs Consvl. † Macedonianum filiisfamil conceſſum, ceſſat in mutuatione dotis cauſa facta, *l 7. item ſi filiusfamil.* (vel) *ſed Iulianus. §. 2. ſed etſi, ad SC. Maced. fac. l. fin. C. ad Velle.*

2 Sententia † executinni non eſt mandanda pro debito viri, vel etiã vtriuſq; ſimul, in rebus doralibus. Bald. *in l. 2. ob maritorum. C. ne vx. pro mar. Gloſſ. in l. 5. ſed ſi alia. de bon damnat.*

3 Solvtio † dotis, etſi regulariter ante conditionis euentum facta, dominiũ transferat, eueniẽteq; conditione liberatio contingat immutabilis, *leg 7. dotis fructum. § 1. de iure dot.* tamen fauore dotis eius contrarium leges determinare comprobat *lex 24. ſi conſtante. ſol. matr. & l. 30. in rebus, verſ. omnis. C. de iure dot.*

4 Solurione † dotis per generum ignorantet facta, non datur conditio indebiti ad repetendum, ſed dotis fauore actio de dote, *l. 41. ſi pater ignorans. ſol matr. & ibi Bart.*

5 Seqvestratio † quòd ſit prohibita, non ignoti iuris eſt, *l. 1. C. de probib. ſequeſt.* ſpeciali autem dotis priuilegio conceſſa reperitur, puta ſi vir dote abuteretur, non obſtante quòd opes habeat ingentes, *leg. 22. ſi cum dotem. §. 8. ſin autem. ſol. matr.*

6 Stipvlatio † tacita fingitur in dote, *l. vnic. poſt princ. C. de rei vx. act.* Quod ampliatur etiam procedere, ſi probatũ fuerit, ſtipulationem nõ interueniſſe: Ratio eſt, quia eius naturæ fictio eſt, vt ſit cõtra veritatem, *l. ſi duo, de acquiren. hared. & not. in d. l. 1.* Cuius exceptio eſt in ſtipulatione à iure præſumpta, *not. in l. fin. quod met. cauſ.* 7 Secundò: niſi promiſſio † dotis eſſet in re, vel quantitate incerta: Ratio eſt, quia tunc duo ſpecialia concurrerent circa idem, quod fieri non poteſt, *vide l. 1. C. de dot. promiſſ.* Ampliatur etiam hoc priuilegium procedere in caſu ſtatuti diſponentis, quòd inſtrumenta publica habeant paratam executionem, etiam vt non poſſint cõtra ipſum opponi, niſi certę quędam exceptiones, vt ẽt habeat locũ in ficta ſtipulatione ex ipſo inſtrumento reſultãti, Bald. *in d. l. 1.* quẽ ad hoc citat Nouel. *tract. de dot. part. 6. priuil. 2. nu. 10. verſ. imo dixit.*

8 Ampliatur † ſecundò etiam ꝓcedere ſi procurator nomine vxoris dotem dederit, quo caſu etiam fingitur tacita ſtipulatio, & mulieri ſine ceſſione acquiſita. Doct. *in d. ll.* & Bald. *in l. fin. com. vtriuſq. iudic.*

9 Stipulatio † à patre impetſonalitet facta, vt ſi ſtipularetur dotem reddi, ſubintelligitur ſtipulatio, nõ de ſolo patre, ſed etiam de filia, ita vt ex ſtipulatu actio competat vtriq; *l. poſt dot. ſolut. matr.*

T.

1 Testator † poteſt in teſtamento prouidere, vt vnus cohæredum ſoluat totam dotem, *leg. cum ab vno. de legat. 2. & ibi Bart. & communiter Dd. in l. pro hereditariis. C. de hared. action.* Quod regulariter iuri non conſonat. *l. 1. C. ſi cert. pet.*

2 Tvtor, quod † ne rem minimam quidem donare poſſit, ex *leg creditor. §. Lucius. mand.* compertum eſt. Sed fauor dotis tantus eſt, vt ei dandi poteſtas dotis cauſa puellæ pauperæ pupillo coniunctæ concedatur, *l. cum plures. §. tutor. de adminiſtratione tutorum.*

3 Testes † quando diſcordant, tunc iudicis officii eſt, eis adhærere teſtibus, qui pro dore deponunt, *argum. l. 70. in ambiguis. de iure dot. arg. l. pen. de manumiſſ.* pro qua inducenda *vide c. fin. de re iud.*

V.

1 Viro † in æſtimatione dotis enormiter læſo, etiam ſine dolo culpaue promittentis, iuris æquitas ſuccurrit, *l. 6. iure ſuccurſum. de iure dot.* nam tali in caſu, licer per promittẽtem dolus non committatur, tamen re ipſa dolum interceſſiſſe negari nõ poteſt. *l. 2. C. de reſcind. vend. l. 36. ſi quis. de verb. oblig.*

2 Vir † ſoluendo dotem conſtante matrimonio, eo ſoluto non liberatur, *leg. 1. C. ſi dos conſtan. matr.* licet regulariter eius contrarium iura probent, *l. 38. ſtipulatio iſta. §. 16. inter incert. de verb. oblig.* 3 Cuius † exceptio eſt: niſi ſoluto matrimonio dos penes mulierem non reperiatur diminuta. *Gloſſ. & Doct. communiter. in l. 2. ſol. mat.*

4 Vir, quando † tractatur de mero lucro, tenetur facere quod mulieri prodeſt, & ſibi non nocet, *d. l. 2. ſol. matr.* quod autem generaliter non procedit. *§. præterea. Inſt. de action.*

5 Vir † pro dotis reſtitutione non alibi eſt conueniendus, quàm in loco ſui domicilii, *l. 65. exigere dotem, de iudic.*

6 Viro † ratione dotis quæ competant priuilegia, ſuprà ſparſim enarrauimus, quibus illa adiicere placuit, quòd maritus pro dote conſeruanda, vel tradenda, non teneatur fideiuſſorẽ dare, *tot. tit. C. ne fideiuſſ. dot. dent. & Gloſſ. & Bartol. in l. prima. eod.* Diſſentiunt Cynus, Odofred. & Bald. ibi. Dynus & alii

in l.24. ſi conſtante. §. *quod.ſol.matr.* Item quòd
poſſit pro dote agere rei vindicatione, *l.30.*
7 *in rebus. C. de iure dot.* Item † quòd poſſit age-
re ad impẽſas neceſſarias in re dotali factas,
non obſtante pacto in contrarium facto, &
eſt ratio quòd tales expenſæ ipſo iure mi-
8 nuant dotem. Quo † autem modo ratione-
ue impenſæ probentur, pulchrè oſtẽdit Do-
minus Gilkenius *in tract. de impenſ. part.5.c.1.*
ob cuius ſingularem virtutem, ſummamq́;
doctrinam tota Herbipolenſis Vniuerſitas
redditˀ celeberrima, tantus enim iſtius Do
ctoris in docendo labor eſt, tãta in ſcriben-
do induſtria, tantũq́; in bonos promouen-
do ſtudium, vt nulla dies eius nomen fa-
9 mamq́; terminabit. Itẽ quòd tacitè † eadẽ
dos ſecundo viro competat, quæ primò
competebat, de quo puncto in controuer-
ſiarum locis plura diſſeremus.
10 Item quò l ſeruũ † dotalẽ manumittendi
habeat poteſtatem, *l.1. C. de ſeru. pig. dat. l.3. &*
ſi dotis. C. de iure dot. eundemque vt hæredi-
tatem adeat compellendi. *l.58 ſeruus dotalis.*
ſol.matr.
11 Poſtremò † quòd ei induciæ annales pro
dotis exactione in rebus mobilibus conſi-
ſtentis, competant, *leg. vnic.* §. *exactio. C. de rei*
vx. action.
12 VERBA † enunciatiua de præterito vel
futuro emiſſa, fauore dotis diſponunt, fi-
demq́; faciunt, *l.2. de dot. promiſſ.* exemplum
eſt, quando non expreſsè apparet de dote
promiſſa, ſed pro eius debito de vſuris, quo
caſu non ſolùm marito datur actio pro ipſis
vſuris, ſed ẽt pro ipſa ſorte dotis, vide Gloſſ.
in d. l.2. Regulariter verò verba enunciatiua
nihil diſponunt, *l. Titia. de leg. 2. & ibi Bart.*
13 Verba † in contractu, pacto, legeue pro-
lata, licet ſine virtute operandi non ſint in-
telligenda, *l. ſi ſtipulatus. de vſur.* fauore tamen
dotis ne mulier maneat indotata illud ipsũ
admittitur. Bald. *in l.11. cum pater. de pact. dot.*
quem citat & ſequitur Bald. Nouel. *in tract.*
dot. part.7. priuil.46.
14 Cui † accedit quòd aliquãdo verba con-
trahentium improprientur, vt actus valeat,
c.6. conſtitutus. de religioſ. domib. l.15. ex cõducto.
(aliâs) *ſi vno. locat. Alex. conſ.42. vol 4.*
15 VSVMFRVCTVM † dotis filiofam. pro
ſua vxore datæ hodiè eius patri nõ compe-
tere, *l.6 cum oportet. Cod. de bon. quæ liber.* deter-
minat. Cuius exceptio eſt: niſi pater matri-
monii onera ſuſtineat, *leg. cum his.* §. *ibi dos. de*
iure dot.
16 Vſusfructus † dotis per mulierẽ proprie-
tariam viro conceſſus, ſoluto matrimonio
non extinguitur ipſo iure, ſed per reſtitu-
tionem à viro factam, *leg.57. vſufructu. verſ.*
quod ſi fundi. ſol. matr.
Ex his habes cognoſcere † quænam prin- 17
cipalia dotium ſint priuilegia, & licet ea
iuxta inſtituti noſtri rationem non adeò
prolixè tractauerimus, tamen optimam eo-
rum demonſtrationem nos cuilibet hac
methodo dediſſe, nemo inficias ibit.

ARTICVLVS IV.

Dos, qua ratione modoue repetatur, enarrabit.

SVMMARIA.

1 *Diuiſio huius articuli.*
2 *Dos conſtante matrimonio ob quas cauſas repetatur.*
3 *Dos ſoluto matrimonio quomodo repetatur.*
4 *Dotem repetendi poteſtas quibus perſonis concedatur.*
5 *Dos profectitia mortua filia ad patrem in totum reuertitur. eiuſd. except. nu.6.*
7 *Fructus dotis iuxta proportionem anni quo matrimonium ſolutum eſt, ſunt reſtituendi.*
8 *Dos qua actione repetatur. & nu.9. & 10.*
11 *Fructus omneſq; dotis acceſſiones eadem actione petuntur, qua ipſa dos.*
12 *Dos ob quas cauſas repeti non poſſit. Ad controuerſiarum locos Authoris digreſſio.*

QVONIAM ſuprà de dotis conſtitutio-
ne, cuiuſq; in dominio ſit, deque eius
priuilegiis diſſeruimus, præſuppoſita ſcri
bendi methodus expoſtulat, vt quẽadmo
dum dos repetatur oſtendamus. Quod † vt 1
eò melius breuiuſq; fiat, quatuor recenſen
da operæ pretium fore duximus. Primùm
quo tempore, & à quibus dos repetatˀ. Al
terum qua actione. Tertiũ quæ dotis con
ſtitutio complectitur. Vltimum quæ cauſæ
dotis repetitionem non impediant.
Ad primum quod attinet ſciendum eſt,
quòd diuerſo tempore poſſit repeti, con-
ſtante ſcilicet matrimonio vel eo ſoluto.
Cauſæ † propter quas repetatˀ dos conſtante 2
matrimonio, hę ſunt potiſſimæ. Primò pro-
pter æs alienum patris, maritum dotem re-
ſtituere neceſſitatis rõ expoſtulat. Secundò
pietatis cauſa dotis exactionem concedit,
vt ſi mulier conſanguineis ſuis egenis velit
ſubuenire, aut quempiam eorũ ex carcerib.
hoſtiumq́; poteſtate redimere, *l.20. quãuis.*
& ſeq. ſol. matr. Sed attendendum ꝙ quidem
hoc in caſu maritus reſtituendo dotẽ libe-
retˀ, ſi aũt eam reſtituere noluerit, nõ com
pellatur. *Gloſſ. in l.73 mutus. de iure dot.* Tertiò
propter inopiã viri mulieri repetendi pote

ſtarem dare, non incogniti iuris eſt, *l.29. vbi*
adhuc, & ſeq. C. de iure dot. etiam ſi timeatur
ſaltem ne vergat ad inopiam, & hoc de iure
nouo authent. *c.6. illud. Nouel.97.* Num verò
mulieri cum viro inope ab initio ſcienter
contraheuti eadē detur facultas, inter Dd.
controuerſum eſt, vt infrà in controuerſia-
rum locis, q.17. oſtendemus.

3 Soluto † verò matrimonio (ſiue illud di-
uortio vel morte ſoluatur) pariter dotē da-
ri exigendi poteſtatem, *ex l.240. cum quære-*
batur. de verbor. ſignif. exploratum habemus.
Quam exactionem cum tali diſtinctione
procedere exiſtimam⁹: videlicet, ſi dos cō-
ſiſtat in rebus immobilib. vt tunc ſtatim ex-
actio cōpetat, *l. vnic. § exactio. C. de rei vx. act.*
Ang. *in §. fuerat. Inſt. de action.* Sin verò in re-
bus mobilibus intra annum, cautione inte-
rim à mariti hæredib. pſtita, *l.24. ſi conſtan-*
te. §.2 quoties, ſol. mat. Ratio huius diſtinctio-
nis eſt, φ marito eiuſue hæredibus facilior
poteſtas ſit res immobiles, quàm mobiles
in dotem datas reſtituendi.

4 Quibus † autem perſonis hæc exigendi
poteſtas detur, hîc breuiter recenſemus, &
quidem patri cum filia in dote profectitia
communem eſſe actionem, *l.2. & 3. ff. & l.2.*
& 7. C. de iure dot. oſtendunt. Cuius exceptio
eſt: niſi pater ſit perſona turpis, *l.22. ſi cum do-*
tem. §.6. nec non illud. ff. d. tit. Vel etiam abie-
ctæ conditionis, aut ſuſpectæ vitæ, *l.8. ſi filium-*
fam. verſ. nam quod de procurat. Quæ exceptio
econtrà in filia operatur, videlicet, ſi ſit mu-
lier leuis, admodum iuuenis, *d. §.6.* vel ab-
ſens, quo tamen caſu pater de rato cauebit,
dict. l.2. § vlt. de iure dot. Secundò excipitur,
niſi filia ſit emancipata, *d. l.22. § 5. l. vnic. §.11.*
videamus. C. de rei vxor. action. Cuius replica-
tio eſt: niſi pater in ipſa dotis conſtitutione
dotem ſibi reddi pactus fuerit, *l.29. quotiens.*
de iure dot.

5 Sed † mortua filia dos profectitia ad pa-
trem in totum reuertitur, eiq; ſoli dotem
repetēdi facultas dat. *l. 4. dos à patre. C. de iure*
6 *dot.* Cuius exceptio prima eſt: niſi † aliud tē-
pore conſtitutæ dotis pactum fuerit. *l.12. ſi*
pater. in princ. de pact. dot. Secunda: niſi ſine
culpa viri res dotalis perierit, *l.26. ſemel mora.*
l.49. Mauia. de iure dot. Tertiò excipitur in ca-
ſu paubertatis quoad alimēta mariti, *leg 12.*
maritum. & ſeq. de iure dot. l.172. in condemna-
tione de regul. iuris. Num autem pater poſſit
dotem repetere extantibus eiuſdem ma-
trimonii liberis, inter Doctores controuer-
ſum eſt, vt infrà oſtendetur.

7 Præterea † fructus dotis iuxta propor-
tionem anni, quo matrimonium diſſolu-
tum eſt, eſſe reſtituēdos, determinat. *dict. l.*
11. ſi alienam. & l.31. ſi marito. §. fin. de iure dotal.
de quo puncto vide latiùs quę ſcribunt Dd.
ad d. l.11. & l.7. eod.

Alterum eſt vt † oſtendamus, qua actio- 8
ne dotis repetitio fiat, pro cuius declaratio-
ne breuiter ſcias, quòd tres dotis reſtituen-
dæ cauſa competant actiones. Prima eſt ex
ſtipulatu actio, quæ in locum rei vxoriæ a-
ctionis aduerſus maritum in quantum fa-
cere poteſt, *l. patronus. de re iudic.* ſucceſſit, *l.*
vnic. C. de rei vxor. act. §. fuerat. Inſtit. de action.
quæ etiam eandem vim habet, ſi ab hære-
dibus mulieris proponat. *d. l. vnic. § illo pro-*
culdubio. Bartol. & alii *in l.1. ſol. matr.* Non au-
tem competit hæredib. patris, ſed eo mor-
tuo in filiam conſolidatur. *d. l. vnic. §. & hoc.*

Secunda † actio hypothecaria nomina- 9
tur, cùm ob dotis exactionem mariti bona
vxori tacitè obligata ſint, *d. l. vnic. §. & vt ple-*
nius. Et differt hæc actio à priori, cùm illa
detur in perſonam, hæc verò in rem, *l. pigno-*
ris perſecutio. de pign. act. Sed miraberis quòd
hæc actio detur mulieri pro ſua dote exi-
genda, cùm mulier dotis ſit domina, & pi-
gnus in rebus propriis non cadat, *l. neque pi-*
gnus. de reg. iur. Sed intellige quòd hæc actio
mulieri competat, quando res æſtimata in
dotem data eſt, quæ facit emptionē: Ratio
eſt, quia tūc verum dominium in maritum
tranſit. *l.10. plerunq. l.16. quotiens. de iur. dot.*

Tertiò † ob dotis repetitionem conce- 10
ditur actio, quæ vocatur vindicatio, *leg.17. in*
rebus, de iure dot. quæ datur directa aduerſus
maritum vel alium quēlibet, rem dotalem
immobilem & inæſtimatam, (ſi enim mo-
bilis ſit non competit, *l. pater. de dote præleg.*)
poſſidentem. Bart. *in l.24. ſi conſtante. ſol. matr.*
Si verò res æſtimata ſit, datur vtilis tantùm
vindicatio. *d. l.30. in rebus. C. de iure dot.*

Tertium eſt: vt breuiter ea, quæ in dotis
reſtitutionē veniant, oſtendamus. Veniunt
autem quæ maritus euictis rebus æſtimatis,
ab vxore empti iudicio conſequitur, *leg.16.*
quotiens. de iure dot. nec non fructus direm-
pto matrimonii percepti, *leg.31. ſi marito. §.*
vlt. ſol. matr. dēptis primò impēſis fructuum
percipiendorum cauſa factis, *l.7. fructus. ſol.*
matr. l.8. ſi fundus. eod. Petuntur † verò hi fru- 11
ctus omneſque dotis acceſſiones eadem a-
ctione, qua ipſa dos petitur, *l.31. ſi marito. §.*
vlt. ſol. matr. l.16. quoties. de iure dot.

Et † vt rē breuiter finiamus, vltimò quib. 12
de cauſis dotiū impediatur repetitio paucis
recēſemus. Et inter alias primā cām conſti-

 tuimus, ſi

mus, ſi maritus dotem non accepit, *d.l.maritus. de iure dot.* quod idem de eius additamento iuris ratio concludit, Iaſ. *in §. fuerat. Inſt. de act.*

Secundam dicimus eſſe cauſam, quando coniugium culpa mulieris eſt diſſolutum, *l.38. Lucius. ſol. matr. l. ſi dotem. C. de iur. dot.*

Tertiò impedit dotis repetitio propter pactum de non repetendo dotem, *l.12. ſi pater. de pact. dot. l. vnic. §. illo proculdubio. C. de rei vxor. action.*

Quartò quando res in dotem data ſine culpa viri euicta eſt. *l.49. Mania. ſol. matr.*

Quintò impeditur dotis repetitio propter adulterium vxoris, *leg. vlt. C. ad l. Iul. de adult. c. plerumq. de donat. inter vir. & vx.* Cuius exceptio eſt: niſi mulier ſe viri lenocinio tueatur, *leg.55. cum mulier. ſol. matr. c. intellextmus. de adulter.* Secundò excipitur: niſi matrimoniũ non fuerit legitimè contractum, *c. ſi vero, ab initio. Nouel.22.*

Hæc † de dotis materia in genere nos dixiſſe ſufficiant, nunc ad eiuſdẽ controuer- 13
ſias (diuina cooperante gratia) accedimus. Et primùm quidem de dotis quidditate, quibus eam cõſtituendi officium incũbat, & perſonis quibus conſtituatur, controuerſias proponemus. Deinde intricatas, quæ circa dotium priuilegia occurrunt, quæſtiones enodabimus. Vltimò dotis exactio, pericula, & deterioratio quas habent controuerſias ſuccinctè commemorabimus. Deum omnipotentẽ ſummiſſe orantes, vt noſtrum confortet ingeniũ, quò ad eius diuinæ maieſtatis celebrationẽ, Reipub. ſtudioſorũq; vtilitatem omnia ita ꝓponamus, propoſita explicemus, explicata tueamur, vt etiam ipſi inimici noſtri in cordibus ſuis induſtriæ noſtræ conatum fateantur.

CONTROVERSIAS IPSAM DOTIS QVIDDITATEM, EIVS CONSTITVTIONEM, PERSONAS QVÆ EAM CONSTITVVNT, QVIBVSQVE CONSTITVAtur reſpicientes, vt attingamus, quærimus.

QVAESTIO I.

Quid ſit dos?

SVMMARIA.

1 *Dos quid ſit ſecundum Azonem.*
2 *Dotis definitio ab Azone tradita improbatur tribus argumentis.*
3 *Definitio non admittit fictionem.*
4 *Dotis definitio ſecundum Bartolum quæ.*
5 *Bartoli definitio dotis tribus fundamentis improbatur. & num. ſeqq.*
6 *Definitio cum ſuo definito debet poſſe conuerti.*
7 *Dos non eſt ius vniuerſale.*
8 *Dotis definitionem à Zaſio traditam Author vti meliorem amplectitur.*

VT à dotis definitione eius auſpicemur cõtrouerſias, operę pretium videbatᷣ,
1 vt quid ſit dos primũ attingamus? Pro † cuius cognitione tres diuerſas ponimus definitiones, quarum prima Azoni aſcribitur, & ſic ſe habet: *Dos eſt id, quod à muliere, vel eius patre, marito, vel eius patri, propter onera matri-*
2 *monii datur, vt perpetuò penes eum ſit.* Hæc † definitio improbatur per Bart. *in Rubr. ſol. matr.* & communiter omnes, quorũ fundamenta hæc ſunt principalia. Primùm: definitio bona vltra propriam ſignificationem non patitur interpretationem, *leg.1. de teſta. l.1. de tutel.* & probatur ex eo, quod aliâs definitio non poſſet dici terminus iuſtè demõſtrans quid eſſe, cũ pateretur interpretationem. Sed definitio Azonis vltra propriam ſignificationem patitur interpretationem, vt inter alia colligitur ex verbo: *datur*, quod Ang. ſuſtinendo Azonem iuxta cõmunem loquendi vſum interpretatur, qui dotem à datione denominare conſueuit.

Secundò, ſi nihil aliud dos dici poſſet, ꝙ quod marito datur traditurue, ſequeretur, quod marito debitum remittẽdo dos conſtitui non poſſet, q̃a tunc dos nec traditur, neq; datᷣ. Sed conſequens eſt falſum, *l.41. promittendo. §.1. & l.43. licet. de iure do.* Ergo & antecedens.

Tertiò: definitio † fictionem non ad- 3
mittit, quia fictio denotat improprietatẽ, *l. in leg. Cornel. de teſtamen.* & ibi Bald. quam definitio non admittit, vt ſupra diximus. Ergo Azonis definitio non valet. Probatur conſequentia, quia pater dotis cauſa marito debitori remittendo debitum, non poſſet propriè dos dici data, vel tradita, ſed fin-

geretur data, vel breui manu tradita, *d. l. licet. & ibi Bart.*

4 Hac † igitur Azonis definitione improbata, aliam nobis Bart. ſubſtituit, *d. rubr. ſolu. matr.* dicens: *Dos eſt ius quoddam in ſe continens quod à muliere vel eius patre, marito vel eius patri traditum eſt, vel pro tradito habitum, propter onera matrimonij ſuſtinenda.*

5 Hæc † definitio pariter improbatur per Bald. Nouel. *tractat. de dote. part. 2. nu. 1.* Campez. *eod. tractat. part. 1. q. 1.* Zaſ. *d. rubr. ſol. matr. verſ. quid autem.* Phanuc. de Phan. *tract. de lucro dot. in verb. dote. nu. 8.* & alios, quorum fundamenta potiſſima hęc ſunt. Primum, ſi hęc definitio eſſet vera, ſequeretur quod dos ſine matrimonij oneribus nunquam eſſe poſſet. Sed conſequens iuri non eſt conſentaneum. Ergo, &c. Minor docetur ex *l. 4. in fin. de pact. dotal. & in l fin. de dol. except.* in quibus legibus probatur, quod aliquando poſſit eſſe dos, quæ non ſupportat onus alendi mulierem ex pacto contracti matrimonij tempore appoſito.

6 Secundò † definitio in quolibet caſu debet poſſe cum ſuo definito conuerti. Sed hæc Bartoli definitio hoc non poteſt, vt ſtatim diximus. Ergo, &c.

7 Tertiò † dos non eſt ius vniuerſale, *vt in q. ſeq. dicemus.* Ergo prædicta definitio hoc aſſerens eſt inualida.

8 Refutata hac † Bartoli definitione, reſtat iã tertia dotis definitio, quam Zaſ. *d. rub. ſol. matrim.* in hæc verba deſcribit: *Dos eſt res quæ per vxorem, vel eius nomine, marito ratione matrimonij tradita eſt, vel promiſſa.* Hanc definitionem multi alij in effectu poſuêre, quam nos quoque amplectimur, veramque reputamus, cum per eam non modicæ Doctorum euitentur controuerſiæ, quæ aliâs vix cum difficultate euitari poſſent, vt ſuis locis oſtendemus. Atqui hæc in primis de dotis ſufficiant quidditate.

QVAESTIO II.

An dos ſit ius vniuerſale?

SVMMARIA.

1 *Ius vniuerſale quid ſit.*
2 *Dos eſt ius vniuerſale, contrà num. 7. & ſeq.*
3 *Dos & ipſæ res dotales ſunt ſeparata.*
4 *Fructus non augent res particulares, ſed vniuerſales.*
5 *Particulare non admittit pretium loco rei.*
6 *Libellus generalis & incertus procedit in petitione dotis, modò dos ſit ius vniuerſale.*
8 *Fructus ex re dotali ante matrimonium percepti quo iure augeant dotem.*
9 *Regula, in particularibus non ſuccedit pretium loco rei, non habet locum in caſu dotis.*
10 *Ius vniuerſale cur contineant patrimonium & menſa numularia.*
11 *Dos non poteſt eſſe ſine re.*
12 *Dos vendicatur, ſecùs ius vniuerſale.*

PARS I. AFFIRMANS.

NON inutilis inter iuris noſtri Interpretes controuertitur quæſtio, num dos
ſit ius vniuerſale, pro cuius controuerſiæ
breui reſolutione præmittimus: quòd † ius 1
vniuerſale dicatur, quod in ſuo vniuerſo, ſi
ne rebus poteſt conſiſtere, vt hæreditas, pe
culium, &c. *l. 50. hæreditas, de petit. hæredit. l. 1.*
de peculio. Argumenta † quibus pars affirma 2
tiua probatur, hæc ſunt potiſſima: I. Si dos
non † eſſet ius vniuerſale, ſequeretur quòd 3
non poſſet aliud eſſe quàm ipſæ res dotales
cum ius vniuerſale poſſit eſſe ſeparatum à
rebus, vt diximus. Sed conſequens iuri eſt
contrarium. Ergo, &c. Minor docetur per
textum *in l. 5. quod dicitur, de impenſ. dotal.* vbi
determinatur aliud eſſe corpora dotalia, &
aliud ipſa dos.

II. Fructus augent dotem, *l. 31. ſi marito. § fin. ſolut. matr. l. 8. etiamſi. C. de iure dot.* Ergo
dos eſt quiddam vniuerſale. Conſequentia
probatur: quia † fructus non augent res par 4
ticulares, ſed vniuerſales, *l. 20. item veniunt.*
§. 3. ver. fructus. de petit. hæred.

III. Quod † eſt particulare pretium non 5
admittit loco rei, *l. ſi rem & pretium. de petit. hæred. l. ſi ex ea. de rei vendic.* Ad dos admittit
pretium loco rei, *l. 26. ita conſtante. l. 54. res quæ ex dotali. de iure dot.* Ergo dos non eſt aliquid
particulare, ſed vniuerſale.

IV. Dos dicitur patrimonium mulieris, *l. 3. §. ſed vtrum.* & comparatur menſæ numulariæ. Sed hæc continent ius vniuerſale, *l. 77 cum pater. §. 16. menſa, de leg. 2.* Bald. *in l. prædia. C. de fideicom.* Ergo, &c.

Ex his concluditur quod ſit ius vniuerſale.

Huius concluſionis Aſſertores ſunt Bar. Alex. Socin. Iaſ. *in rubr. ſolut. matr.* Cuman *conſ. 109.* Bald. *in c. ex literis. de iureiur.* Ang. *conſil. 74.* Aret. *in l. 13. Pomponius. §. 6. in dotem. de acquir. poſſ.* Alexand. *conſ. 125. num. 4. vol. 6.* Socin. *conſil. 180. lib. 2.* vbi hanc concluſionem communiter receptam ait. Campez. *tract. de dote. q. 193.* Felyn. *in c. 2. col. 3. de lib. oblat.*

Quorum † ſententia ſi vera ſit, erit magni 6
effectus, cum libellus generalis & incertus
procederet in petitione dotis, vt ſi peteretur: Domine iudex dotem quã dedi quon-

dam marito meo repeto, quare eius hæredes in ea reſtituenda facite condemnari. Iſte libellus licet incertus, ſententiaque ex ea prolata ſecundum prædictorum Doctorum opinionem valeret, quod non modici cenſetur effectus.

PARS II. NEGANS.

7 VERVM † nos reiecta prædictorum Doctorum ſententia, negatiuam vti iuri magis cōſentaneam amplectimur, reſpondendo ad *dict. l. 5.* pro minori I. Argumenti propoſitione cōfirmanda allegatam, quòd eius verba ſint intelligenda de diminutione actionis de dote, & non de ipſa dote, quaſi ea aliquid eſſet ſeparatum à rebus in dotem datis, ſed quòd actio de dote, & res in dotem datæ ſint ſeparatæ.

Vnde pariter concedimus quòd dos quidem reſpectu actionis poſſit dici ius diuiſum ab ipſo corpore in dotem dato, cum talis actio veniat ipſo iure, & non ex re in dotem data, non autem quòd ipſa dos (prout in propoſito conſideratur,) poſſit dici ius vniuerſale.

8 Negatur † conſequentia II. argumenti, quòd enim fructus ante matrimonium percepti, de quibus oppoſitæ leges loquuntur, augeant dotem, non fit ex natura vniuerſi, ſed ex quodam priuilegio doti ſingulariter conceſſo. At dices quomodo hi fructus ante matrimonium percepti augeant dotem, ex ſingulari eius priuilegio, cùm eius temporis reſpectu dos dici non poſſit, ac conſequenter nullum ſingulare eius occaſione poſſe dari priuilegium? Concedimus, attamen plus prodeſt quàm obeſt: ſi enim dotem eius temporis reſpectu negemus, pariter eodem tempore eam aliquid vniuerſale eſſe inficiasimus, cùm iſtud eſſe non poſſit, niſi extrema ſua habilia, id eſt, ipſam dotem, cuius virtute vniuerſale quid eſſe aſſerunt, reperiat.

Vnde hæc verior videtur prædicti contrarij ſolutio: quòd fructus ante matrimonium percepti non augeant dotem, ea ipſa, eiuſue (vt putant) vniuerſo id operante, ſed ex quadam conuentione, inter dotem conſtituentem, eamque accipientem tacitè inchoata.

9 Ad † maiorem III. argumenti propoſitionem, in qua dictum quòd in particularibus non ſuccedat pretium loco rei, reſpondemus, illud procedere niſi alia concurrant quorum virtute prædicta regula: *in particularibus, &c.* infringitur. Hoc verò in caſu alia concurrere, mulieris vtilitas demonſtrat, cui leges ſemper multum fauēte, infinita ei conceſſa priuilegia declarant. Cùm igitur ſit vtile mulieri eique expediat, vt pretium rei loco ſuccedat, illud per vulgarem regulam non impediri fatendum erit, qua de re vlterius vide *l. 12. ex pecunia. & ibi gloſſ. C. de iure dot. & l. 24. ſi conſtante. ſolut. matrimon.* Addendum prætereà hoc vnum arbitrati ſumus, prædictam regulam pariter non procedere, ſi conuentum ſit inter coniuges, vt pretium loco rei ſuccedat. Vnde facilè conſiderabis quòd propter hæc & ſimilia prædicta regula non infringatur.

Reſpondemus † ad maiorem IV. argumenti propoſitionem, dotem nō dici patrimoniũ mulieris, vel æquiparari menſæ numulariç, eo reſpectu quo continent in ſe ius vniuerſale. Patrimoniũ enim poteſt dici ius vniuerſale, quando eius cauſa repręſentant aliorũ perſonæ, ſicut hæres repręſentat perſonam defuncti, cuius ratione hęreditas poteſt dici ius vniuerſale. Item menſa numularia repræſentat eorum perſonas, quorum cauſa exercetur, ſicq; ius vniuerſale dicitur continere, *fac. l. 32. qui tabernas. de contrahen. emp.* Vnde perſpicuũ eſt, dotem hoc in caſu matrimonio vel menſæ numulariæ non æquiparari, cùm nullam repræſentet perſonam, ſed vnà cum rebus extinguatur, *l. 16. cogi. ad Trebell.* 10

Ex his ſolutionibus ſatis ſuperq; probatum exiſtimamus, prędicta argumenta quibus receptior Doctorum ſententia maximè nititur, nihil planè obſtare.

Cæterùm vt ex eis quæ non recenſuimus fundamenta, potiora adiiciamus I. in hunc modum argumentamur: Ius vniuerſale dicitur quod in ſuo vniuerſo ſine rebus poteſt
conſiſtere, vt ſuprà dictũ. Sed † dos non po- 11
teſt eſſe ſine rebus. Ergo, &c. Minor probatur per *l. 1. C. de iure dot.* vbi re euicta in dotem data, mulier manet penitus indotata.

II. Dos † vendicatur, *l. in rebus. C. de iure dot.* Ergo non eſt quid vniuerſale, cùm vniuerſalia non vendicantur, *l. 1. & l. 56. vendicatio. de rei vendic.* 12

III. Si † dos eſſet ius vniuerſale, ſequeretur quod mulier, tanquam vniuerſalis poſſeſſor, teneretur ſtare colono, *arg. not. in l. 25. ſi filio §. 4. ſi vir. ſolut. matr.* Sed conſequens eſt falſum, quia mulier poteſt petere cautionem ſibi præſtari ab hæredibus defuncti, *d. §. ſi vir.* Ergo, &c. 13

IV. Res † dotalis ſi ipſa dos dicatur, non poteſt dici ius. At prius eſt verum. Ergo & 14

poſte-

poſterius. Minor docetur ex *leg. 56. ſi quis Stichum. §. 3. quod dicitur. de iure dot.* vbi appellatur dos pecuniaria, quod fieri cõmodè non poſſet, ſi eſſet ius. Item dicitur dotem dari, *l. 5. profectitia. §. fin. l. 58. ſi ſponſalibus. l. 59. ſi mulier. de iure dot.* dotem numerari, *l. 41. ſi pater ignorans. ſolut. matr.* dotem conferri, *tot. tit. de collat. dot* quod fieri non poſſet ſi dos eſſet ius vniuerſale, cùm ius vniuerſale ſit, quod tradi numerariq; nequit.

Ex his concludimus quòd dos non ſit ius vniuerſale, quodq; exinde ſententia & libellus incertus in petitione & exactione dotis nullius ſit momenti.

Huic concluſioni ſubſcribunt Bald. *in l. fin. C. de ſentent. quæ ſine cert. quant. & in rubric. ſolut. matrimon.* vbi Bartoli doctrinam hoc in caſu fatuam appellat, Socinus iunior *in d. rubr. part. 3. num. 28.* & ibid. Alciat. *in verb. dos.* Paul. de Caſt. Ian. Crot. Bulgar. Camil. Angel. Rapha. Cuman Zaſ. & alij. Bald. Nouel. *tractat. de dot. part. 1. in princip.* Bald. de Bart. *ad l. 1. ſolut. matrim.* Phanuc. de Phanuc. *tract. de lucro dot. in princip.*

QVAESTIO III.

An dos promiſſa propriè ſit dos?

SVMMARIA.

1 *Dos promiſſa propriè non dicitur dos. & num. ſequenti.*

3 *Pactum de lucrando dotem non procedit in dote promiſſa, contrà nu. 7.*

4 *Dos confeſſione non conſtituitur.*

5 *Interpretatio l. 74. de iure dot.*

6 *Interpretatio Nouel. 2. c. 4.*

8 *Accidentia dotis non interrumpunt ipſam dotis ſubſtantiam.*

11 *Dos etiam propriè dicitur ſolut. matr. eiuſdem exceptio num. 12.*

PARS I. NEGANS.

VERAM huius quæſtionis concluſionem, licet perſpicuè *in tractat. noſtro controuerſ. de lucro dot. quaſt. 8.* oſtenderimus: tamen cùm ſubiectæ materiæ methodus eam hîc quoque tractandam exigat, paucis eius declarationem per noua argumenta & rationes faciemus.

1 Primò † pro parte negatiua hæc videntur vrgere argumenta. I. Si dos promiſſa dotis nomine propriè veniret, dotem à ſpõſa datam exemplo dotis condici Hermogenianus I C. non reſpondiſſet. Atqui reſpondit *l. 74. ſi ſponſa. de iure dot.* Ergo, &c. Accedit pro hoc argumento confirmando *l. 4. de fundo dot.* vbi Caius legem Iuliam pleniùs accipiendo, eam quoq; ad ſponſam pertinere aſſerit, quod pleniùs accipere neceſſarium haud foret, ſi dos promiſſa propriè dos reputaretur.

II. Si † dos promiſſa propriè eſſet dos, ſequeretur quòd inter dotem tradere, & pactum de tradẽdo nulla eſſet differentia. Sed conſequens eſt falſum, *leg. 6. legitima. de pact.* Bart. *in l. 7. iuris gentium. eod. tit.* Aret. *conſil. 28.* Ergo, &c. 2

III. Pactum † de lucrando dotem non procedit in dote promiſſa, Nouel. *2. c. 4. aliud verò* Ergo dos promiſſa non eſt dos. 3

IV. Dos † promiſſa ſi propriè eſſet dos, confeſſione conſtitueretur. At poſterius eſt falſum, *l. 1. C. de dot. caut. non num.* ibi: *dotem numeratio non ſcriptura dotalis inſtrumenti facit.* Ergo & prius. Plura huius partis fundamenta vide *in d. q. 8.* Ex prædictis concludunt, quòd dos promiſſa propriè non ſit dos. 4

Huic parti fauent vterq; Socinus, Alex. Alciat. *in rubr. ſolut. matrimon.* Coſtanus *de dotib.* & alij.

PARS II. AFFIRMANS.

NE † per prædicta argumenta in errorem rapiamur, minusq. veram amplecti opinionem videamur, ad *d. l. ſi ſponſa.* in minori I. argumenti propoſitione oppoſitã reſpondemus, quòd ideò ibi Hermogenianus I C. dotem ab ſponſa datam exemplo dotis condici poſſe reſpõdeat, quia matrimonium nõ poterat conſtare inter perſonas de quibus ibi quæritur, ac conſequenter vera dos non intelligebatur conſtituta, vnde I C. fauore perſonæ, quo citiùs nubere poſſet, dotem hanc putatiuam, exemplo dotis veræ condici poſſe reſpondit, quod nobis nõ obſtat, cùm loquamur in caſu, quo dos ratione veri matrimonij cõſtituta eſt. Pari modo non obſtat *d. l. 4. in eod. arg.* oppoſita, cùm ibi quoque loquatur de ſponſo cui dos verè non poterat eſſe conſtituta. 5

Minor 2. argumenti quoad propoſitum noſtrum negari poteſt, cùm per pactum de tradendo dotem, ipſa dotis oriatur conſtitutio, adeò vt eam mutare promittens nequeat. *Gloſſ. in l. 1. § accedit. C. de rei vxor. act. in verb fecerit.*

Reſpondetur † ad antecedens 3. arg. quòd pactum de lucrando dotem non reſpectu dotis promiſſæ *in d. c.* ſit inualidũ, ſed reſpectu inæqualis dotis donationiſuè conſtitutionis. 6

Minor 4. argumenti negatur. Quòd enim dicitur dotem non conſtitui confeſſione,

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ſit reſpectu dotis repetitionis, quæ potiùs veritatem quàm confeſſionem reſpicit, non autem interim negatur, quòd dos ex promiſſione verè conſtituatur.

Prædictis argumentis ſic breuiter ſolutis, vlteriùs pro hac parte tuenda in hunc modum argumentamur.

7 I. Si † dos promiſſa non eſſet dos vera, ſequeretur quòd ſtipulatio vel pactum de dote lucranda, in dote promiſſa, non procederet. At conſequens legi haud conſonat, *leg. 9. ex morte. C. de pact. conuent. tam ſuper dote. gloſſ. & Doct. in dict. c. dotes autem. in verb. percipiente. Nouell. vigeſimaſecunda.* Ergo, &c.

8 II. Accidentia † dotis non interrumpunt ipſam dotis ſubſtantiam, quæ veram dotis denominationem producit. Sed dotem tradere, promittere, confiteri, ſunt accidentia ſiue qualitates dotis.

Ergo per ea non interrumpitur vera denominatio.

9 III. Si dos † promiſſa vera non diceretur dos, leges eam proprio dotis vocabulo non deſcriberent. At deſcribunt, *l. ſi mulier. § ſi dos. quod met. cauſ. l. 43. cum poſt. §. 1. de adminiſtrat. tut. & tot. titul. C. de dot. promiſſ.* Ergo, &c.

10 IV. Dos † eſt res, vt in præcedentibus quæſt. demonſtratum. Sed res ſiue tradita ſit ſiue promiſſa, non deſinit propriè dici res. Igitur, &c.

Ex his & ſimilibus fundamentis concludimus, quod dos promiſſa propriè dicatur dos.

Doctores quorum authoritate hæc confirmatur concluſio, inter alios hi inueniuntur, *in rubric. ſolut. matrimon.* Bulgar. Ruinus *num. 95.* Ioannes Annib. *numero 496* Zaſius, Aretinus, Ripa, *num. 59.* Iaſon, & alij. Angel. *in conſil. 180. & in conſil. 76.* Tiraquell. *de retract. l. gn. §. vlt. nu. trigeſimoſecundo*, qui omnes fermè hanc receptiorem pronunciant ſententiam.

11 Ampliatur † hæc concluſio etiam procedere ſi matrimoniũ ſolutum ſit, vt commune pronnnciat Ripa. *in dict. rubric. ſolut. matrimon. numero 71. & ſequenti.* Cuius exceptio eſt: niſi res reſtituta ſit, vel quidem reſtituta, ſed adhuc alij reſtituenda, vt crebrioribus Interpretum placitis comprobarum affirmat Iaſ. *in l. vnic. nu. 9. C. vnde vir. & vx.*

QVAESTIO IV.

An dos modica ſit dos?

SVMMARIA.

1 Dos modica non eſt dos, contrà num. 7.
2 Exigua non habentur in conſideratione.
3 Dos quomodo & qua ratione conſtituatur, & num. ſeq.
5 Mulier graue onus, contrà num. 8.
6 Muliere in terra nihil grauius.
7 Modica ſunt in conſideratione ſi rei perſonarumq́ fauor hoc ſuadeat.
9 Humanum genus cur bipartito diuiſum.
10 Vita cum vxore non moleſta.
11 Mulier cur quandoque matrimonij onus.
12 Vxor bona quomodo ducenda.

PARS I. NEGANS.

CVM diuerſa inter Doctores reperiatur
ſententia, vtrum dos modica dotis no
mine deſcribenda, inſtituti ratio expoſtu
lat, vt eam paucis diſcutiendam ſuſcipia
mus, & † vt principiò eorum, qui negatiuam 1
conantur tueri ſententiam, fundamenta
proponamus, primùm in hunc modum ar
gumentandum eſſe duximus: Si dos modi
ca eſſet dos, exigua haberentur in conſide
ratione. At poſterius eſt falſum. Ergo & pri
us. Minor † docetur *in l. 12. omninò de impenſ.* 2
in reb. dot. fact. l. 4. ſcio. de in integr. reſtit. l. 46.
ſi quis conduxerit. loc. vbi vnius nummi
conductio nulla eſt, *leg. 10. in fin. de acquir.*
poſſeſſ.

II. Dos † pro modo facultatum, viriq́ue 3
atque vxoris natalium dignitate eſt con
ſtituenda, *l. 69. cum poſt. §. 4. gener. de iure dot.*
Ergo dos in modica rerum ſubſtantia non
conſiſtit.

III. Dos † ratione onerum ſupportan- 4
dorum cauſa conſtituitur, *l. 30 pro oneribus C.*
de iure dot. At modica dos matrimonij onera
non ſupportat. Ergo, &c

IV. Æquitatis ratio expoſtulat dotem
modicam non eſſe dotem, nam † ſi graue o- 5
nus mulier ſit, teſte Licurgo, moleſtumq́ue
rem huiuſmodi poſſidere, & voluptates
comparare ſibi exiſtimantem, dolores a-
ſciſcere, vt Antiphontis teſtimonium eſt.
Si ideò ſimilis res ſit ſenectus & nuptiæ,
quòd maximum triſtitiæ onerumq́ue mœ-
rorem infligant, vt Theodectes apud Sto-
bæ. teſtatur, nec non liberorum eſſe pa-
rentem multas inuitas ſolicitudines adfe-
rat, vt Menandri reſponſum eſt.

6 Imò † ſi in inclyta terra muliere nihil graui
reperiatur, nuptiæque nunquam plus exhi-
larent, quàm grauare ſoleant, vt vterq; Epi-
charmus Euripidesq; teſtis eſt. Profectò, in-
quam, apparet, dotem modicã dotis aſcri
bere nomini, iniquum eſſe, cùm vir per v-
xoris ductionem graue onus incurrens in-
ſuper dotis exiguitate oneraretur. Per præ-
dicta videtur concludendum, dotem mo
dicam non eſſe dotem.

Ex eis qui huic ſubſcribunt concluſioni
inueniuntur Iaſon. *in rubr. ſolut. matrimon.*
Mar. Socin. *conſil. 246.* eſtque, vt inquit
Coſtanus, *de dote. cap. 2.* crebrius Doctorum
placitum.

PARS II. AFFIRMANS.

7 SED † nos rectæ rationi veræque legum
intelligentiæ ſtudendo dicimus, præno
minatam concluſionem iuri haud eſſe con
ſentaneam, quod enim dicitur pro minori
I. argumenti propoſitione cõualidanda, mo
dica non eſſe in conſideratione, non proce-
dit vbi perſonæ rerumq; fauor aliud ſuadet,
*l. 24. in modicis. de contrahend. empt. l. 66. ſi vſus-
fructus. de iure dot.* adeò vt etiam pro ouo da-
ri poſſit actio, atteſtante id Accurſio *in §. 16.
gallinarum. Inſt. de rer. diuiſ.*

Atqui hoc in caſu maximum reperiri mu-
lieris fauorem inficias iri nequit, cùm et-
iam in modicis mulierum vtilitati leges pa-
trocinium præbuêre, vt ſuprà cum de mu-
lierum priuilegiis diſſeruimus, declaratum
eſt. Ergo prædicta regula, quòd modica
non habeantur in conſideratione, noſtræ
ſententiæ non aduerſatur. Eſt textus in ſpe-
cie pro hac parte *in leg. 20. Neratius. §. pen. de
relig. & ſumpt. fun.*

Conſequentia II. argumenti negatur,
quod enim dicitur in antecedenti, ſecundũ
qualitatem perſonarum & diuitiarum do-
tem eſſe cõſtituendam, plus prodeſt noſtræ
opinioni, quàm obeſt. Si enim ſecundum
quantitatem bonorum dos conſtituatur,
eaq; aliquando modica ſit, neceſſariò ſequi-
tur dotem modicã legitimè conſtitui, cùm
plus conſtitui non poſſit, quàm in bonorum
quantitate reperiatur. Præterea dotium
conſtituendarum modus à iure ciuili præ-
ſcriptus, non eo in caſu in quo expreſsè do-
tis conſtitutio inter partes celebrata eſt, ve-
nit obſeruãdus, ſed in eo in quo dubium eſt,
quantum ſit debeatque in dotem conſtitui.
Quocirca cùm nos agamus de dote inter
partes conſtituta, neceſſariò fatendum erit,
illam dotem ſiue modicam magnamue, le-
gitimè eſſe conſtitutam. Ad minorem
II. argumenti propoſitionem reſpõdemus,
quòd licet dos modica in totum matrimo-
nij onera non ſupportet, quòd tamen pro-
pterea non ſequatur, dotem modicam non
eſſe dotem, quia tantum quantum poteſt
ſupportat, quod ſufficit, *leg. 20. Neratius. §.
pen. de relig. & ſumpt. fun.* cùm aliâs abſurdum
ſequeretur, videlicet omnem dotem ma-
gno viro conſtitutam, appellatione dotis
non venire, ſi totius familiæ onera ſecun-
dum eius ſtatum ſupportandi poteſtatem
non præberet.

Ratio † IV. argumenti loco adducta non 8
obſtat. Nam licet quorundam Philoſopho-
rum ſit ſententia, mulierem quandoque
grauiſſimum moleſtiſſimumque matrimo
nij onus præbere, ac ſubinde neceſſita-
tis rationem ſuadere, dotem modicam à
muliere præſtitam, non eſſe dotem: ta-
men cum iſta ratio ratione non tarò vinca-
tur, nihil certi ex ea concludendum erit.
Quòd verò mulier non onus, ſed per ſe ma
ximum oneris leuamen præbeat, certior
veriorq; cùm Philoſophorum, tùm Theo-
logorum Iureconſultorumq; ſententia eſt.
Nam † vt Muſonij philoſophi probatur au- 9
thoritate, nullam aliam ob cauſam totius
mundi opifex noſtrum bipartito diuiſit ge
nus, pudendaque bina ei adiunxit, quàm
quòd mas fœminam appeteret, fœminã
marem, & communi opera vitam inſti-
tuerent, ſe mutuò iuuarent, liberos gigne-
rent atq; educarent, quò humanum genus
poſſet propagari, atque in perpetuum pro-
duci. Quocirca † non inconcinnè ait Hie 10
roclis *lib. de nupt.* non rarò miratus ſum il-
los qui moleſtam opinantur cum vxore vi-
tam: nec enim (per Iouem) vxor onus aut
moleſtia eſt, ſed contrà facillimè ac ſine ne-
gotio ferri poteſt, imò res moleſtas ac per-
graues ipſa leuat, nam nihil tam onero
ſum eſt, quòd vir & vxor non facillimè fe-
rant concordes, & communi opera quic-
quid eſt ferre volentes.

Et ob hoc quidem in initio creati ho-
minis, DEVS hominem talem voluit habe-
re ſociam, non vt illi onus infligeret, ſed
humanæ imbecillitati conſuleret. Ideo-
que mulier non matrimonij onus eſt, ſed
eius leuamen, non dos modica, ſed ma-
gna, non vitæ ſtatum perturbans, ſed con-
cilians, vt ſine qua humanum genus perit,
ac apiculæ inſtar quæ ſola viuere nequit,
mancum diſertumque efficitur. Hoc no-
ſtri conſiderantes Iureconſulti matrimo

nium

nium non dotibus, ſed affectu contrahi aſſeueranter pronunciauêre, *l. iubemus. C. de repud. l. 9. ſi vicinus. C. de nupt. l. cum hic ſtatus. de donat. inter vir. & vxor.*

Vnde euidenter conſtat, mulierem non matrimonij onus ſed leuamen eſſe, ac proinde dotem modicam, dotis venire nomine haud negandum.

11 Quòd † verò vxor quandoque maximum matrimonij onus præſter, non contingit quòd ſua culpa, aut ſuapte natura grauis & oneroſa ſit, ſed quando imperiti ſumus, & non inſtructi ad ducendum ingenuam vxorem, tunc enim vſuuenit vt difficilis ac intollerabilis cum vxore ſocietas ſit. Qui enim nō procreationis liberorum, aut vitæ ſocietatis gratia ducunt vxores, ſed vel propter dotis magnitudinem, excellentiam formæ, aliaſuè iſtiuſmodi ob cauſas ſeducti, ſeu malos conſiliarios ſecuti, nulla habita de ingenio & moribus ſponſæ cura, iſti in perniciem ſuam nuptias celebrant, pro vxore tyrannum accipiunt, & talem quidem cum quo de primatu certare miſerrimum ſit.

Itaque conſtat non propter ſe, ſed has ſimileſque ob cauſas nuptias multis fieri intollerabiles moleſtaſque. Sed propterea neque inculpata culpanda, neque ex imbecillitate imperitiaq; noſtra rebus crimen impingendum.

12 Si † verò vt Solon qui tres tantùm veſtes, & quædam parui empta vaſa, vxorem ſecum importare voluit: Si vt Sopitæ in matrimoniis contrahendis, non dotis, non magni apparatus, ſed formę duntaxat, morumque rationem haberemus: Si, inquam, vt Indi ipſam puellam eiuſque faciem, & pulchritudinē ſtudioſè conſideraremus, idq; non intemperanter, ſed arte quadam ſapienter faceremus, non vxorem onus eſſe, non moleſtiam importare, nō tyrannidem exercere, ſed magnum matrimonij leuamē eſſe, vitam tranquillam & iucundam præſtare, omneq; tædium auferre, re ipſa comperiemus.

Ex prædictis concludimus, dotem modicam legitimæ dotis nomen ſortiri.

Inter alios qui hùic ſubſcribunt parti inueniuntur Bald. *in c. ſi proponente. de reſid.* Clauaſ. *in verb. Dos.* Coſtanus *de votib. c. 2.*

QVAESTIO V.

Frater dotans ſororem de bonis communibus, q̄ pro indiuiſo ab vtroq; poſſidentur, quæritur an quoad ſuam partem animo donandi hoc feciſſe præſumatur?

SVMMARIA.

1 *Frater ſororem de communibus bonis dotans animo donandi de ſua parte dotaſſe præſumitur, contrà num. 4.*

2 *Pater quod pro filio expoſuit, non animo donandi expoſuiſſe præſumitur.*

3 *Extraneus dotem conſtituens in dubio animo repetendi conſtituiſſe præſumitur, contrà num. 6.*

5 *Dotandi officium quibus incumbit, ſi dotent, de ſuo dodaſſe præſumuntur.*

PARS I. NEGANS.

PROPTER diuerſa fundamenta vtrique parti conuenientia, inter Doctores hæc agitatur quęſtio: an frater ſororem de communibus bonis dotans, de ſua parte animo donandi dotare præſumatur? Argumenta quibus † affirmatiua ſtabilitur ſententia 1
hæc ſunt præcipua. I. Si pater qui plus diligit filium, quàm frater, ſororem quod erogauit pro filio bona propria habenti, non animo donandi, ſed repetendi erogaſſe præſumatur, multò magis de fratre dotem ſorori conſtituenti dicendum. At prius. Ergo & poſterius.

Maior † docetur per textum *in l. fin. de pe* 2
tit. heredit. vbi eſt caſus determinans quod pater honoris dignitatiſque cauſa pro filio propria bona habenti expoſuit, quod hoc non animo donandi ſed repetendi expoſuiſſe præſumatur.

II. Extraneus † dotem conſtituens, in 3
dubio præſumitur animo repetendi eam conſtituiſſe, maximè ſi mulier locuples ſit, *Gloſſ. in l. fin. C. de dot. promiſſ.* At noſtro in caſu frater habetur pro extraneo, *l. vnic. §. extraneus. C. de rei vxor. act.* Ergo, &c.

III. In neceſſitatibus nemo præſumitur liberalis, vt vulgare iuris eſt axioma. Ergo frater dotando ſororē, non præſumitur animo donandi eam dotaſſe, cum is legis neceſſitate ad hoc teneatur, *l. 12. §. pen. de administrat. tut.* Huc accommoda quę diximus infrà *q. 16. & 22.*

Ex prædictis concludunt: quòd frater dotando ſororem de bonis communibus, non præſumatur de ſua bonorum parte animo donandi dotaſſe.

Huic concluſioni ſubſcribit Bald. & Ioan. Fab. *in d. l. fin. C. de dot promiſſ.* Roger. *de dote inſpectione 2. nu. 8.*

PARS II. AFFIRMANS.

4 PARTEM † affirmatiuam defendentes
poſſunt negare minorem 1. argumenti
propoſitionem, nam licet veritati conſonet
patrem plus diligere filiũ, quàm frater ſoro-
rem, tamen ex eo non ſequitur, quod idem
de dote à fratre ſorori cõſtituta ſit iudican
dũ, quod iudicat̃ de donatione à patre filio
5 facta. Cur itaq; † ſpecialiter conſtitutũ eſt,
vt pater, frater, aliæue perſonæ, quib. nece-
ſariò officium dotandi incũbit, præſuman-
tur de bonis ſuis dotaſſe, niſi expreſſè aliud
appareat, *text. in l. fin. §. 13. accedit. C. de dot. pro
miſſ.* cuius verba ſunt: *Sancimus ſiquidem nihil
addendum exiſtimauerit, ſed ſimpliciter dotem vel
ante nuptias donationem dederit vel promiſerit, ex
ſua liberalitate hoc feciſſe intelligi, debito in ſua figu
ra remanente.* Et licet ille text. de patre dun
taxat loquat̃, tamen cùm etiam fratri ſororẽ
dotandi officium incumbat, nõ incongruè
prædictus text. ad fratrem extenditur. Ideo-
que cùm dos præſumatur conſtituta de bo-
nis dotantis, niſi aliud expreſſè appareat, &
in hoc diſputationis puncto nõ appareat, ꝙ
frater de bonis ſororis dotem conſtituerit,
neceſſarium eſt vt concludamus, dotem ex
fratris bonis animo donandi cenſeri conſti-
tutam.

6 Negatur † maior 2. argumenti, cùm eius
contrariũ expreſsè *in d. l. vnic. §. 13. accedit*, de
terminetur, cuius verba ſunt: *In præſenti autẽ
non ſic eſſe volumus, ſed ſi non ſpecialiter extraneus
dotem dando in perſonam ſuam dotem ſtipulatus
ſit, vel pactum fecerit; tunc præſumatur mulierem
ipſam ſtipulationem feciſſe, vt et dos ex huiuſmodi
caſu accedat.*

Conſequentia 3. argumenti eſt inualida,
cum iſta regula, in neceſſitatibus, non ha-
beat locum in caſu quo aliud ſpecialiter cõ-
ſtitutũ eſt, quocirca cùm expreſſè lege de-
terminatum ſit, patrem fratremuè dotãdo
in dubio animo donandi dotaſſe prçſumi, vt
ex prçdictis legib. aliiſuè, quç breuitatis cau-
ſa omittuntur, perſpicuum eſt, ſatis patet
prædictam regulam non obſtare.

7 Cæterum † pro harum ſolutionum cõfir-
matione vnũ hoc addimus fundamentum:
Quod donatum præſumitur, iniuſtè datum
non eſſe affirmatur, *l. 6. l. 31. l. 36. verſ. ſancimus.
& l. 43. verſ. planè. de iure dot.* Sed hoc in caſu
prçſumitur dos data, cùm expreſſè aliud nõ
appareat, *d. §. 13. l. fin. C. de dot. promiſſ.* & fac.
pulchrè text. *in l. 43. cum poſt. § præterea. de ad
miniſt. tut.* vbi patruus neptis ſuæ curator ex-
iſtens, ſi locupletiorem dotem conſtituerit,
quam neptis in bonis habebat, reliquũ do-
naſſe præſumitur. Ergo iniuſtè dotem da-
tam haud eſſe affirmatur. Concludimus
quòd frater ſororem de bonis communi-
bus dotando, præſumatur de ſua bonorum
parte animo donandi dotaſſe.

Hanc concluſionem confirmant Cynus,
Imerius de Fano, & Salycetus *in d. l. vnic. §.
13.* & ibid. alij, & vide omninò quæ pro con-
firmatione huius partis diximus infrà, *quæſt.
16. & 22.*

QVAESTIO VI.

Dos per teſtamentum à patre ſub ea
conditione filiæ relicta, ſi nupſe-
rit, quæritur num filia mortuo pa-
tre poſſit quoad legitimam ſtatim
petere dotem, an verò debeat expe-
ctare donec contrahat?

SVMMARIA.

1 *Filia cui dos ſub ea conditione eſt relicta, ſi nupſerit, mortuo teſtatore ante conditionis euentum, dotem petere nequit, contrà nu. 4. eiuſdem ampliatio nu. 9. & except. nu. 10.*
2 *Dos ante matrimonium eſſe nequit.*
3 *Legatum conditionale non niſi eueniente condit. petitur.*
5 *Legatum dotis filiæ relictũ potius caſuale quàm conditionale cenſetur.*
6 *Legata dotis à patre filiæ ratio finalis quæ.*
7 *Conditio vt filia legitimam non capiat, niſi nupſerit, eſt contra bonos mores.*
8 *Dotis cauſa pater filiæ debitor eſt.*
11 *Statutum legitimam tollere nequit.*

PARS I.

Conditionis euentum expoſtulans.

HÆc quæſtio cùm in praxi ſæpiſſimè cõ-
tingat, eam indeciſam non eſſe remit-
tendam operæ pretiũ arbitrati ſumus. Et vt
priùs † eius ſententiæ demonſtremus fun- 1
damenta, qua conditionẽ priùs eſſe adim-
plendam, antequã filia dotis relictæ capax
eſſe poſſit, aſſeritur, primò in hunc modum
argumentamur: Legatũ in diem relictum,
non niſi eueniente die peti poteſt, Bald. *in l.
32. quoniam. C. de inoffic. teſtam.* Sed hoc dotis
legatum in diem, ſcilicet nuptiarum, eſt re-
lictum. Ergo, &c.

II. Teſtator filię nihil aliud quàm dotem
reliquit. Ergo eam ante matrimonij cõtra-
ctum petere nequit. Conſequentia proba-
tur, quia † priùs dos eſſe non poteſt, *l. 3. de iure* 2
dot. l. fin. C. de donat. ante nupt.

III. Legatum † conditionale non niſi exi- 3

ſtente cōditione eſt petendum, *l. 44. qui hæredi. §. fin. de condit. & demonſt. l. 1. §. ſin autem. C. de caduc. tollend.* Sed hoc legatum eſt conditionale, vt per verba iſta, *ſi nupſerit:* conuincitur. Ergo, &c.

IV. Quodcunq; datur contemplatione alicuius cauſæ, nō priùs debetur antequam cauſa ſit impleta, *tot. tit. de cond. ob cauſ.* Atqui hæc dos debetur contemplatione cauſæ, ſcil. matrimonij.

V. Conditio hæc habet ſe ad eſſe & non eſſe. Ergo propriè eſt conditio, ac conſequēter implenda, *c. 34. coram. in fin. de offic. deleg. l. 1. de condit. & demonſtrat.*

Ex prædictis hæc promanat concluſio, q legatum dotis cauſa ſub conditione relictum, nō niſi exiſtente cōditione debeatur.

Hanc concluſionem communiter à Doctorib. receptam ait Paul. de Caſt. *in l. 71. Titio cētum. §. 3. Titio genero. col. 3.* & ibid. Barbat. *de condit. & demonſtrat.* Bal. Nouel. *in tract. de dote. part. 6. priuil. 50.* Iaſ. *in l. 92. ſi Titio. aliâs incip. ſi fundum. nu. 12. de legat. 1.* Couar. *ad c. 3. n. 2. de teſtam.* Ioan. Dilect. *tract. de arte teſtan. tit. 6. caut. 51.* eandem communem teſtatur Corn. *conſ. 229. lib. 4.* Suar. *recept. ſent. D. nu. 318.*

PARS II. NEGANS.

PARTEM negatiuam, quòd conditionis euentus non ſit cōſiderandus, qui veriorem reputant, poſſunt ad prædicta argumēta in hunc modum reſpondere: Ad maiorem 1. arg. quòd illa ſit vera niſi aliud cōcurrat, per quod neceſſariò appoſita infringit conditio, at verò hîc aliud concurrere per quod infringitur conditio, apparet ex eo q in patris non ſit poteſtate, filiam ſine cauſa legitima portione priuare, ſed ſi filia hunc conditionis euentū deberet expectare, neceſſariò interim, antequam conditio impletetur, legitima priuaret, quod per patris diſpoſitionem effici nequit, cùm in locum alimentorū ſuccedat, quæ ipſa naturali iubente ratione debentur. Ergo prædicta conditione non obſtante, dos filiæ ſtatim quoad legitimam debetur.

Reſpondetur ad antecedens 2. argumēti, non ſolùm patrem expreſsè filiæ dotem reliquiſſe, ſed etiam tacitè legitimam doti incluſam, qua ante conditionis euentum frui poteſt, vt ipſa legis indicat neceſſitas.

Ad 3. arg. reſpondetur primò eius minorem propoſitionē negando, quia † huiuſmodi legatum non conditionale, ſed caſuale potiùs, & admonitorium nuptiarum videt eſſe, quàm merè conditionale. Secundò reſpondemus eatenus legatum ante conditionis euentum non deberi, quatenus eſt conditionale, ſed reſpectu legitimæ non eſt conditionale, ergo quoad metam legitimæ, mortuo patre ſtatim debetur.

5

Reſpondemus ad minorem 4. arg. propoſitionē, cauſam hoc in puncto dupliciter accipi, primò pro impulſiua, quæ nō facit ceſſare legis diſpoſitionem, ſecundò pro cauſa finali, qua deficiente deficit quoq; diſpoſitio. Sed q pater conſtituit filiæ dotem fit finaliter † ex amore paterno, impulſiuè verò propter nuptias. Ergo licet eſſent nuptiæ cauſam impulſiuam præbentes: tamen cùm adhuc ſubſit cauſa finalis, negari nō poteſt, quòd eius virtute filia dotis legatum ſaltem quoad legitimam ſuam partem, etiam ante matrimonium capiat. 6

Reſpondetur ad conſequentiā 5. argumēti: conditionem hanc quidem eſſe cōditionem ſecundum quid, non verò ſecundum ſimpliciter, hoc eſt, quoad non excludit legitimam filiæ iure naturali debitam.

Pro his ſolutionib. vlterius confirmandis I. hoc modo argumentatur: Conditio impoſſibilis, vel contra bonos mores in inſtitutionibus vel legatis appoſita, pro nō appoſita reputatur. *§. impoſſibilis. inſtit. de hæred. inſt.* At hæc † conditio, *ſi filia nupſerit*, eſt contra bonos mores. Ergo, &c. Minor docetur ex eo, quòd hæc conditio ſit mixta, quæ vnius voluntate impleri nequit, cùm matrimonium duorum conſenſu contrahatur, & non vnius, ſicq; poſſet fieri vt filia legitima ſemper careret, cùm maritum ſuo ſtatu haud condignum inueniret. 7

II. A legitima omne remouetur grauamen, *l. 32. quoniam. C. de inoffic. teſtam.* Sed hæc conditio importat legitimæ grauamē, quia eam ſuſpendit, & nonnunquam in totum aufert. Ergo hæc conditio quoad legitimam erit remouenda.

III. Patet quoad dotis conſtitutionem filiæ debitor eſt *l. fi. C. de dot. promiſſ.* Ergo legatum à patre filiæ factum, quoad eius cōmodum & non incōmodum cenſet factum, *§. 13. ſi quis debitori. Inſt. de legat. l. ſi debitori. de legat. 1.*

Ex prædictis & aliis quæ breuitatis cauſa omittuntur, deſcendit vera & indubitata huius controuerſiæ deciſio, quod videlicet filia prædicta conditione non obſtante poſſit capere legatum, quoad legitimæ impletionem, reſiduo vſq; ad impletæ conditionis tempus conſiſtente.

Hanc partem tuētur Bal. Ang. Raph. Imo. vbi cōmunem pronunciat (licet eam com

munem

munem neget Suar. *recept. ſent. D. n. 318.)* *in d. l. Titio centum. §. 3. Titio genero.* Bartol & alij *in l. 21. ſi diuortio. in fin. de verb. obligat.* Ang. de Aret. *in §. 29 fueras. Inſt. de act.* Campez. *de dote. part. 1. q. 29.*

Hæc eadem cōcluſio ampliatur, vt etiam mortua filia legatum quoad legitimā tranſmittatur ad eius hæredes. Bald. *in l. generaliter. C. de inſtit. & ſubſtitut.* Cuius exceptio eſt, niſi teſtator de ſua hæreditate interim filiam alimentandam eſſe diſpoſuerit: Ratio eſt, quia tunc videtur ceſſare cauſa propter quam legitima debetur. Campez. *d. q. 29.* Eiuſdem Cōcluſionis exceptio prima eſt, niſi extraneus ſub prædicta conditione dotem conſtituiſſet, ratio eſt: quia extraneus neq; ad legitimam, neque ad dotis conſtitutionem neceſſariò tenetur.

Secunda exceptio eſt, niſi ſit filia naturalis tantùm.

Tertia niſi ſtatutum diſponeret, quòd filiæ debeant eſſe contentæ dote à patre illis conſtituta, ratione quòd legitima portio liberis debita per ſtatutū & minui, & totaliter tolli poſſit, vt frequens Interpretum dogma aſſeuerat. Alex. *conſ. 3. lib. 7.* Iaſ. *in auth. nouiſſima. C. de inoffic. teſtam.* magis commune pronunciat Petr. Rauen. *in alphab. aureo. verſ. legi-*
11 *tima.* Sed † contrarium & receptius, & veritati magis conſentaneum vnà nobiſcum Cagnol. *in l. iura ſanguinis. num. 10. de regul. iur.* Couar. *tractat. de ſponſ. part. 2. cap. 8. §. 6. nu. 4. & ſeq.* Viui. *lib. 1. opin. 316.* aliosque pronunciare inuenimus.

Quarta exceptio videtur, niſi pater expreſsè adiecerit, hanc conditionem eſſe ſeruandam, vt: *conſtituo filiam meam in centum nomine dotis ſi nupſerit, aliâs non.* vel per ſimilia verba, in hunc modum patris voluntatem declarantia. Bal. quem ad hoc allegat Campez. *d. quæſt. 29.* Sed nos eam reprobamus, cum pater nec expreſsè filiæ legitimam auferre poſſit. Couar. *& alij dd. loc.*

QVAESTIO VII.

An pater qui dotauit filiam vltra legitimam, cum adiectione ne vltra aliquid petat, an habeat non obſtante tali adiectione poteſtatem petendi dotem maternam?

SVMMARIA.

1 *Filia num poſſit petere dotem maternam, cui legitima cum tali adiectione legata eſt: ne vltra aliquid petat, diſtinguitur ſecundū Bal. Sed reprobata diſtinctione ſimpliciter affirmatiuè concluditur, nu. 2.*

HANC quæſtionem inter alias paucis attingendo, dicimus † primò ſecundū 1
Bald. *in l. liberti. de oper. libert.* diſtinguendo: aut pater filiæ dotem conſtituendo ſimpliciter poteſtatem plus petendi inhibuit, aut appoſuit verba: *De bonis ſuis.* Priori caſu animo compenſandi patrem filiæ dotem reliquiſſe aſſerit, vt illa inhibitionis clauſula aliquid operetur: poſteriori caſu nihil impedire quò minùs filia dotem maternam petat, exiſtimat.

Sed nos † eiuſmodi teiecta diſtinctione, 2
veriùs reputamus, filiam indiſtinctè maternam poſſe repetere dotem, niſi expreſſo expreſſius appateat, patrē animo cum bonis maternis compenſandi, filiæ dotem aſſignaſſe. Sed de his infrà *quæſt. 22.* plura, ſufficit hîc nos in ſpecie huius quæſtionis feciſſe mentionem.

QVAESTIO VIII.

Quæſtionis eſt: num pater qui in teſtamento pro dote filiæ legauit trecenta, & ſuperuiuens tradidit eam alicui in matrimonium, centum tantummodo in dotem conſtituendo, an per hoc legatum minuiſſe præſumatur?

SVMMARIA.

1 *Dos à patre in trecenta filia conſtituta, dicitur poſteà p patrem diminuta ſi viuens eam matrimonio iungat, centum duntaxat in dotem conſtituendo, contrà nu. 4. replic. nu. 7.*
2 *Alimenta legata per diminutionē prædiorum alimentorum cauſa legatorum, non dicuntur diminuta.*
3 *Dos conſtante matrimonio recipit augmētum.*
5 *Voluntas non ſolùm verbis, ſed etiam facto demonſtratur.*
6 *Legati impleta cauſa ipſum quoq; legatum dicitur impletum.*
8 *Dotis legata à patre filiæ cauſa quæ ſit oſtenditur, & nu. ſeq.*
9 *Ratione vna ceſſante operatur altera.*

PARS I. NEGANS.

HÆc quæſtio propter diuerſa fundamēta vtriq; parti conuenientia, non modicè in vtramq; partem diſputari poteſt. Ar-
gumenta † quibus negatiua ſtabilitur pars 1
hæc ſunt præcipua. I. Teſtamentum ſi non mutetur, legata in eo relicta cuilibet debentur, *l. 19. omnium. C. de teſtam.* Ergo, &c.

II. Legatum in vita teſtatoris ſi in totum
fuerit ſolutũ mortuo eo ex teſtamento non
petitur, *l. 11. filia legatorum. C. de legat.* Ergo à
contrario ſenſu cuius eadem eſt diſciplina,
ſi non fuerit ſolutum, eius reſiduum poteſt
peti.
2 III. Eſt † text. pro hac parte *in l. 12. Lucius.
de alim. lega.* vbi eſt caſus quòd teſtator ex di-
minutione prædiorum pro alimentis lega-
torum, nõ præſumatur alimenta diminuiſ-
ſe. Ergo eodem modo hîc dicendũ videtur,
quòd teſtator licet centũ dederit in vita, ꝙ
tñ per hoc cętera duo non videant᷑ diminu-
3 ta. IV. Dos † conſtante matrimonio recipit
augmentũ, *l. fi. auth. ſed iã. C. de donat. ante nupt.*
Ergo dici non põſt, quòd contracto matri-
monio ceſſet cã præſtationis dotis, vt ꝑ ſuo
fundamẽto aduerſarij opinatores aſſerunt.
Eſt argumentum Bart. *in l. 24. ſi conſtante. ſol.
matr.* ꝙ pro hac parte ſatis validum reputat.

Ex prædictis concluditur, quòd pater in
vita filiæ centũ in dotem conſtituendo, non
præſumat᷑ reſiduũ in teſtamento reuocaſſe.

PARS II. AFFIRMANS.

4 PARTEM † affirmatiuam tanquam verio-
rem reputantes poſſunt ad prædicta cõ-
tratia in hunc modũ reſpondere. Primò ꝙ
minor 1. arg. propoſitio ſit falſa, cùm hoc in
caſu iuris præſumptione teſtamẽtum quo-
ad reſiduum dotis eſſe mutatum probetur,
5 † *argum. l. 4. procurator. rem rat. hab.* vbi doce-
tur quòd voluntas non ſolum verbis ſed et-
iam facto demonſtretur. Igitur ipſo facto
quòd pater ſuperuiuens cõſtituit filiæ cen-
tum in dotem, videtur eius voluntas quoad
reſiduum mutata.

II. Argumentum in totum conceditur,
cùm hîc pater ſuam mutando voluntatem,
per centum in dotem data, legatum dotali-
ter perſoluiſſe credatur.

Reſpõndetur ad antecedens 3. arg. quòd
in d. l. 12. non reperiatur teſtatoris voluntas
mutata, vt in hoc caſu, ſicq; voluntate haud
mutata, meritò legatum integrè debetur.

Ad antecedens 4. argumenti reſponde-
mus, dotem propriè ſumptam poſſe recipe-
re augmentum: ſed legatum reſpectu tem-
poris, quo relictum eſt, non poteſt dici pro-
priè dos. Ergo nec recipere augmentum.
Campez. *de dote par. 1. q. 36.* Vlteriora quę pro
hac parte citantur fundamẽta hæc ſunt po-
6 tiſſima. I. impleta cauſa † propter quam le-
gatur, impletum quoq; ipſum dicitur lega-
tum, *l. 18. libertis. de alim. & cib. legat. arg. l. adige-
re. de iure patron.* Sed hîc impleta eſt cauſa,
ſcil. matrimonium. Ergo, &c.

II. Si teſtator voluiſſet filiæ conſtituere
dotem in trecenta, hoc cõtracti matrimo-
nij tempore benè expreſſiſſet, *arg. l. 29. ſube-
mus. C. de teſtam.* Sed hoc non fecit. Ergo, &c.

III. Ratio inter alias propter quam pater
dotis cauſa legauit filiæ, hæc fuit, vt eo mor-
tuo commodius matrimonium cõtrahere
poſſet. Sed vbi iuncta eſt viro, illa ratio ceſ
ſat. Ergo pariter legatum ceſſabit. *l. 72. cum
tale. de condit. & demonſt.*

Ex his concluditur, quòd pater conſtitu-
endo filiæ centum in dotem, videatur lega-
tum à ſe anteà factum diminuiſſe.

Huic concluſioni in puncto diſputatio-
nis ſubſcribit Campez. *d. tract. de dote. part. 1.
q. 36.* vbi eandem hoc modo diſputatam re-
fert per Ia. de Iſolanis de Bononia. Eandem
tenent Dyn. Cuman. *nu. 7.* Caſt. *nu. 4. Imol. in
fin. in l. Lucius. de legat. 2. Hyppol. in l. vnic. nu. 27.
de rap. virg.*

REPLICATIO.

SED † nos primam concluſionem tàm in 7
diſputando, quàm in decidendo veriorẽ
reputamus, pro qua tuenda primã hoc mo-
do replicamus ſolutionem, quòd ſcil. iuri
rationiq; non conſonet, patrem ipſo facto,
quòd centum filiæ in dotẽ conſtituat, ſuam
voluiſſe mutare voluntatem, quia pater cõ-
ſtituendo filiæ duntaxat centum in dotem,
non tàm animo diminuendi, quàm ſibi le-
gatum ad tempus præſeruandi, hoc feciſſe
præſumitur. Cur ita? quia finalis legati con-
ſtituri cauſa, ipſe ſcilicet amor paternus, etiã
matrimonio contracto ſubeſt, ac cõſequen-
ter eius effectum, ſcilicet ipſum legatũ ſub-
eſſe, nemo inficias ibit. Quod verò ipſe pa-
ternus amor finalis ſit legati cauſa, matri
monium verò impulſiua, patet ex eo, quod
matrimonium quidem ad legati conſtitu-
tionem impellat, amor verò ipſam præſta-
tionis baſin præbeat.

Eodem modo 2. arg. ſolutio replicatur.

Eo ipſo quod ſuprà probatum eſt, teſtato-
ris voluntatẽ per hanc dotis præſtationem
non eſſe mutatam, ſatis apparet 3. argumen
ti ſolutionem eſſe inualidam.

Quod in IV. ſolutione dictũ eſt, reſpectu
temporis quo legatum eſt, non ſubeſſe pro-
priè dotem, concedimus, cùm nos non duo
iſta centũ, hoc eſt legati reſtantiam, ſed cen-
tum in dotem data augmentum poſſe reci-
pere per prædicta iura aſſeueremus.

Argumenta quę vlteriùs ꝑ aduerſa parte
confirmanda oppoſita ſunt, haud multùm
vrgẽt, quòd principiò ex eo oſtendit᷑, quod

8 matrimonium † quidem huius legati cauſam præbeat, vt in minori 2. atg. dictum eſt, ſed impulſiuam ſaltem reſpectu amoris paterni cauſam finalē huius legati præbentis, ac conſequenter huiuſmodi cauſam legati præſtationē baud impedire. Præterea licet vna huius legari ceſſet cā, putà impulſiua, tn̄ adhucaliam & quidem præcipuā ſupereſſe rationem, matrimonij onera luculenter cōprobāt, *l.30. pro onerib. C. de iure dot.* quotū impulſione & dotē eſſe conſtituendam, & quā doq; lucrandam *in tract. noſtro controuerſ. de lucro dot. quæſt. 13.* ſatis explicitè (vt arbitratur) oſtendimus. Quo ſequitur quòd cùm huius legati tam impulſiua quàm finalis non deſit ratio, eiuſdem quoque legati non deeſſe præſtationem.

Ad maiorem 2. argumenti reſpondetur: ſuperfluū fuiſſe, teſtatorem dennò repetiiſſe, quod dotis ratione amplius legauit, cùm hoc ſufficienter in teſtamento expreſſerit. Imò conuertendo prædictum argumētum valemus dicere: quòd ſi teſtator filiam ſui teſtamenti hand capacem eſſe voluiſſet, quòd hoc bene declaraſſet, ſed nō declarauit. Ergo, &c. Maior 3. argumēti ex eo ſubnettitur: quòd non vna duntaxat præſtandi huius le-
9 gati reperiatr̄ ratio, ſed varia, quare vna † ceſſante, rationem alteram operari nō erit negandum, *l. ſi ventri. §. idoneis. de priuil. cred. l. 11. liberorum. §. 4. notatur. de his qui not. infam. gloſſ. in §. affinitatis. Iuſt. de nupt. Bart. in extrauag. ad reprimendum. in verb. nec eorum.*

Cæterùm pro hac parte eſt textùs quaſi in terminis *in l. 22. Lucius. de leg. 2.* cuius verba ſunt: *Quòd ſi non totum pretium militia, ſed partē viuus teſtator legatario dedit, reliqui ſupereſſe exactionem: niſi hæres & ab hoc deceſſiſſe teſtatorem oſtenderit, onus enim probandi, mutatam eſſe defuncti voluntatem, ad eum pertinet qui fideicommiſſum recuſat.*

Quorum verborum producere illationem, cùm per ſe ſatis clara ſint, operæpretium fore haud arbitrati ſumus.

Ex prædictis promanat indubitatam eſſe primæ partis concluſionem.

Huius concluſionis Aſſertores reperiuntur Oldrad. quem ſequuntur Bald. & Ang. *in l. 88. Lucius. de leg. 2. Aret. in l. 137. continuus. §. cum ita. col. 2. de verb. oblig. Alex. in d. l. 88. num. 5. Iaſ. nu. 19. & in l. 84. huiusmodi. §. 6. cum pater. de leg. 1.* eamque celebrem ac famigeratam, omniū fermè Doctorum eſſe ſentētiam pronunciant Alex. *conſ. 7. nu. 10. vol. 1.* Socin. *conſ. 101. n. 3. lib. 3.* Iaſ. *ad l. 11. filia. nu. 3. C. de legat.* Dec. *conſi. 81. nu. 6.* Pariſ *conſ. 61. nu. 38. vol. 2.* eamque omninò veram & indiſtinctè receptam ait Suar. *recept. ſent. ff. nu. 326.*

QVAESTIO IX.

Si pater leget aliquid ſimpliciter filiæ, & poſtea dotet eandem, an dos ſit compenſanda cum legato?

SVMMARIA.

1 *Dos à patre filia relicta cum legato non compenſanda, contra num. 4.*

2 *Res diſiunctim alicui legata bis debetur, niſi aliud expreſſe appareat.*

3 *Res vna in eodem teſtamento bis legata, non niſi ſemel debetur.*

5 *Argumentandi modus à contrario ſenſu non valet, vbi aliud lege expreſſum eſt.*

PARS I. NEGANS.

HANC quæſtionem etſi ſuprà ſatis declarauimus, eius tn̄ hîc in ſpecie mentionem facere, non inutilis eſſe laboris exiſtimamus. Eorum † quibus negatiua magis arridet ſententia, fundamenta hæc videntur 1
præcipua. I. Teſtator filiæ legatum conſtituendo, eamq; poſteà viuus dotando, duplicē & legati & dotis inducit præſtationem, niſi contrariū euidenter ab hærede probatum fuerit. *text. in l. 12. quingēta, de probat.* cuius tenoris hæc verba ſunt: *Quingenta teſtamento tibi legata ſunt: idem ſcriptum eſt in codicillis, poſteà ſcriptis, refert duplicare legatum voluerit, an repetere & oblitus ſe in teſtamento legaſſe id fecerit. Ab vtro ergo probatio eius rei exigenda eſt? paulò poſt: & hîc igitur cùm petitor duas ſcripturas oſtendit, hæres poſteriorē inanem eſſe, ipſe hæres id approbare iudici debet.* Ergo niſi ab hærede contrarium perſpicuè probatum fuerit, dotem ſimul & legatum filiæ deberi, non erit negandum.

II. Res † alicui diſiunctim legata, vel conſtituta, bis debetur, niſi euidentiſſimè aliud 2
appareat, *text. in l. 33. ſi plurib. de legat. 1.* At hoc in caſu diſiunctim dos & legatum filiæ reperitur conſtitutum, neque euidentiſſimè de ſimplici præſtatione apparet. Ergo filiæ tàm legatum quàm dos debetur.

III. Res † vna in eodem teſtamento bis 3
legata non niſi ſemel debetur, *l. 34. planè. §. 1. de legat. 1.* Ergo à contrario ſenſu cuius eadem eſt diſciplina, ſi non in eodem teſtamento, ſed ſeparatim bis eſt præſtita vel conſtituta, bis quoq; debebitur.

Ex prædictis videtur concludendum, quod dos nō ſit compenſanda cum legato.

Hanc concluſionem approbare Bart. *in*

l.84.huiusmodi.§.6.cum pater.circa fin. de legat.1. refert Campez.*tract.de dote.q.37.p.1.*

PARS II. AFFIRMANS.

PRÆDICTIS non obſtantibus pars affirmatiua iuri & ęquitati magis eſt conſentanea; quod enim in 1.dicitur argumẽto rectè intellectum in totum conceditur, cũ res duplici ex capite alicui conſtituta, dupliciter ẽt deberi, niſi aliud euidenter appareat, nos quoq; inficias haud eamus, ſed hoc in caſu in quo dos ſimul & legatum filiæ cõſtitutum eſt, aliud euidenter apparere, ex *d. l. 84 §. 6.* pronunciamus, cuius legis verba in propoſito ita ſe habent: *Cum pater pro filia ſua dotis nomine centum promiſiſſet, deinde eidem cẽtum eadem legaſſet, doli mali exceptione hæres tuius erit, ſi & gener ex promiſſione, & puella ex teſtamento agere inſtituerit, conuenire enim inter eos oportet, vt alterutra actione cõtenti ſint.* Idem text *in l.108. ſi ſeruus.§.4. Stichum. de legat. 1.* Item pulcher text.*in l.22. Lucius.de legat.2.*

Negatur minor 2. argumenti, cum ſimul lex & ratio oſtendant, patrem non voluiſſe vt filia ſimul legatum & dotem accipiat per ll ſuprà citatas, & eſt text.*in l. 48. tali. §.fin.de iure dot.*ibi:*acceptam legatis referri. & ibi gloſſ.*

Reſpondetur ad 3.argumentum: quòd iſte modus argumẽtandi à contrario ſenſu non valeat, vbi aliud expreſsè lege cautum eſt. Ideoq; cùm negari non poſſit, quòd hoc in caſu aliud conſtitutum ſit, prædictum argumentum non obſtat.

Cæterùm cũ pro hac parte ius perſpicuè cõditum reperiat᷑, operæpretium fore haud videtur, multis circa hanc quæſtionem verbis ambagibusq; inſiſtere, eſt.n.textus hanc partem expreſsè determinans, *in l.11. filia legatorũ C.de legat.* cuius legis verba cùm hanc decidant quæſtionem, referre nõ inutile erit: *Filia legatorum non habet actionem, ſi ea, quæ ei in teſtamento reliquit, viuus pater, poſteà in dotẽ dederit.* Ex his cõcludimus, quod dos à patre viuente filiæ præſtita, ſit cum legato cõpenſanda. Hanc concluſionem communem pronunciamus ex Alexan.*nu.3.* Iaſ. *nu.8.in d. leg.huiuſmodi.§.cum pater.de legat.1.* Iaſ.*in l.vlt. num.2.C.de legat.*& Socino, *reg. 232.* refert ſequiturq; Suar.*recept ſent.D.nu.325.*

QVAESTIO X.

Si pater dederit in dotem mille in primo matrimonio, à marito aũt priori eiuſue hæredibus non exacta, & totidem in ſecundo: quæritur, an mulier mortuo patre habeat actionem tam quoad hæredes defuncti mariti, quàm quoad dotem datam ſecundo viro?

SVMMARIA.

1 *Dotem à patre conſtitutã in primo matrimonio ſed nõ exactã, poteſt mulier defuncto marito ab eius hæredibus repetere, nõ obſtante quòd ei ſecundò nubenti ab eodem patre dos data ſit. contrà nu.4.*

2 *Donatio quæ ex libera voluntate procedit, non dicitur fieri animo recompenſandi.*

3 *Pater ſemel dotando dicitur ſuo officio ſatisfeciſſe, niſi noua ſuboriatur ratio.*

5 *Liberalis in neceſſitatibus nemo præſumitur.*

PARS I. AFFIRMANS.

HANC quęſtionem propter eius difficultatem Ioan.de Imo.aliiſq; non modicę authoritatis Doctores indeciſam remiſère, *in l.84.huiuſmodi.§.6 cùm pater.de legat.1.*

Nos † paucis eam attingẽdo pro parte af- 1
firmatiua 1. in hunc modum diſputamus:
Quodcunq; datur † ex libera voluntate, nũ- 2
quam animo recõpenſandi datũ relictumue intellig**i**t᷑, *text.in l. 21.cum quidam. de legat. 2.* vbi eſt caſus determinans, q̃ ſi vir poſt redditam vxori ſuæ dotẽ, eidem poſteà aliquid leget, quòd hoc legatum animo recõpenſandi cum dote non intelligatur relictum, etiamſi maritus ſtudio ſub recõpenſationis pręteXtu legaſſet. At pater dote ab eo in primo matrimonio cõſtituta, poſteà eam in ſecundo matrimonio ex libera voluntate cõ-
ſtituere intellig**i**t᷑, cum † ſemel dotãdo (niſi 3
noua ſuboriatur ratio) ſuo officio ſatisfeciſſe credatur, Gloſ.& Doct.*in l.24.ſi cùm dotem. §.1.ſolut.matr.* Ergo ſecunda dos non intelligitur recompenſata cum prima, ac conſequenter mulieri vtramq; dotem petendi facultas haud denegatur. Hoc eſt principale huius partis fundamentum, quare cætera tanquam ſuperflua amittimus.

PARS II. NEGANS.

PARTEM † negatiuam vti æquiorem am- 4
plectendo, põt ad minorem prædicti cõtrarij propoſitionẽ reſponderi, q̃ licet iuris poteſtate filia cui dos ſemel à patre cõſtituta & non exacta, dotata dicat᷑, quòd tñ in rei veritate pater ſecundò dotando eandẽ dotẽ conſtituere præſumat᷑, quam conſtituerat priori viro, maximè ꝓpter prioris cõſtitutæ dotis retentionẽ, ex qua colligit᷑ patrẽ potiùs ſecundò dotando animũ priorẽ dotem ſoluẽdi, quàm nouã conſtituendi habuiſſe.
Præterea † nemo in neceſſitatibus, vt eſt in 5

dotis conſtitutione, quam pater neceſſariò facere tenetur, *leg. qui liberos. de ritu nup.* præſumitur liberalis. *leg. 18. rem legatam. de adim. leg.* Ergo pater ſecundò dotem conſtituendo, eandem primo viro conſtitutam, & non aliam dare intelligitur.

Conſiderando itaque mentem patris, ipſamq; rei æquitatem ſyncerè perſcrutando, concludẽdum erit, mulierem ad vtrãq; dotem conſequendam non habere actionem, licet aliâs iuris rigorem conſiderãdo, aduerſus defuncti mariti hæredes actionẽ fortè competere non adeò inficias iremus.

QVAESTIO XI.

Pactum inter Titium & Sẽproniam de dote hoc modo factum, vt Titius habeat teneatq; mille in dotẽ, ſi cum Sẽpronia conrraxerit, quæritur ſi Titius à Sempronia requiſitus noluerit contrahere, an Sempronia iſta mille poſſit ſtatim à Titio repetere.

SVMMARIA.

1 *Dos Titio conſtituta vt cum Sempronia contrahat, etiam ſi requiſitus contrahere recuſet, dos ab eo ſtatim non reuocãda, contra. n. 5.*

2 *Amantium natura mirabilis.*

3 *Inter amantes ſæpiſſimè interueniunt iræ.*

4 *Pactum non priùs ſuis caret viribus, antequàm appareat non poſſe dari vel fieri.*

PARS I. NEGANS.

1 PARS † negatiua hiſce ſtabilitur fundamentis. I. Quodcunq; nuptiarum cauſa alicui datur, non priùs repetendum, anteq̃ ipſa nuptiarum ſpes defuerit, *tex. in Auth. cui relictum. C. de indict. vid. tol.* ibi: intra annum quidem non petat, niſi ſpes nuptiarum deficiat, idem text. *in c. quæ verò. Nouel. 22.* Sed eo quòd dicit Titius ſe nolle contrahere, non abiicitur illicò ſpes nuptiarum, quia amor † quo maximè contrahuntur nuptiæ, varios & quidem mirabiles habet effectus, interdum adeò ardens eſt, vt nullo remedio extingui poſſit, aliquã intus ardẽs, ita extrinſecus variabilis, vt vix cognoſcatur, quandoq; tam impetuoſus, tam diſſolutus tamq; ardens, vt nulla arte coërceri moderarique
3 poſſit. Hinc † Plaut. in Amph. non inconcinnè loquitur, quòd inter amantes iræ interueniant, redeant in gratiam, & tãto rurſus coniungantur amore, quanto anteà vnquam fuêre coniuncti. Vnde Terent. in And. non iniuſtè effatur: *Amantium iræ amoris redintegratio eſt.* Et Chryſoſt. *ſuper epiſt. ad Corinth. hom. 24. quos amamus nonnunquàm morſu petimus.* Quocirca cùm ſtatim cognoſci non poſſit, Titium per iſta verba, *ſe nolle contrahere*, contrahendi animum abieciſſe, non erit dicendum, quòd Sempronia dotem ſtatim repetere poſſit.

II. Pactum † vel ſtipulatio de non dando vel faciendo inchoatum, non priùs impletur, quàm cùm deſiit poſſe dari vel fieri, *tex. in l. 115. ita ſtipulatus. de verb. obl.* ibi: *nec ante cõmittetur* (ſtipulatio) *quàm fuerit declaratũ, rem promittendi ſiſti non poſſe.* Sed in ꝓpoſito per iſta verba, *nolle contrahere*, non conuincitur impoſſibilitas, q̃ nõ poſſit cõtrahere. Ergo &c.

III. Pro hac parte eſt Gloſſ. *in l. 8. quod Seruius. de cond. cauſ. dat.* determinans, quòd qñ aliquid datur nomine dotis, pro nuptiis in effectu celebrandis, quòd hoc citiùs non poſſit repeti, quàm cùm ſpes nuptiarum defecerit. Ideoq; cùm hîc ſpes nuptiarum non deficiat, videtur concludendum, quòd mulieri ſtatim dotem repetendi non detur facultas.

PARS II. AFFIRMANS.

SED † prædictis non obſtantibus, pars affirmatiua eſt verior, pro qua tuenda reſpondemus ad maiorẽ 1. arg. ꝓpoſitionem, q; iura pro ea allegata loquantur in eo, cui ſimpliciter nubẽdi neceſſitas eſt iniuncta, & non in eo cui ſub bonorum aliquorum carentia cum certa perſona contrahendi munus eſt impoſitum, & ſic prædictorum iurium illatio non contrariatur: Ratio eſt, quia is cum quo ſimpliciter nubendi pactum eſt inchoatum, licet cum vna nõ contrahat, tamen per hoc eius cõtrahendi propoſitum non dicitur mutatum, cùm plures ſint quibus ſe iungere poſſit, ſecus verò eſt in propoſito, in quo cũ certa perſona contrahere pactum eſt. 5

Reſpondetur ad minorem 2. arg. quòd licet per iſta verba, *nolle contrahere*, non conuincatur impoſſibilitas contrahendi, quòd tamen inducatur impoſſibilitas cõtrahendi ex eodem capite, puta ex eiſdem de futuro ſponſalibus, quæ per huiuſmodi verba diſſoluuntur.

Non obſtat Gloſſa in 3. arg. oppoſita, quia reſpõdemus vt ad primum argumentum reſpondimus, & ſi aliter intelligatur, non erit attendenda, cùm Gloſſa non præualeat legi.

Pro harum ſolutionum confirmatione allegatur tex. *in l. 23. vt ex fratribus. de condit. inſtit.* ibi: *quia illa nubere noluerit.* & paulò poſt:

plerunq; enim hac conditio: Si vxorem duxerit, ſi dederit, ſi fecerit, ita accipi oportet, quod per eum non ſtet, quò minus ducat, det, aut faciat. Idem text. *in l. 1. C. de inſtit. & ſubſtit.* cuius tenor eſt: *non prius eam heredem exiſtere, quàm conditioni* (ſi filio Anthylli nupſiſſet) *paruerit, aut Anthylli filio recuſante matrimonium impeditum fuerit, manifeſtum eſt.* Idem ſunt textus hanc partem expreſsè fundantes *in l. 1. C. de his, qui ſub modo. l. 31. in teſtamento. de condit. & demonſt.* ibidem. *Sed etſi vterq; viueret, & Stichus nollet eam vxorem ducere, cùm mulier parata eſſet nubere, illi quidem legatum deberetur: Stichi autem portio inutilis fiebat,* idem text. *in leg. 71. Titio centum. §. 3. verſ. ante nuptias. eodem titulo.*

Quæ iura cùm expreſsè hanc partem fundent, non aliter erit concludendum, quàm quòd Sēpronia, Titio nuptias recuſante, poſſit repetere illa mille nuptiarum cauſa Titio data.

Pro hac parte conſuluiſſe Bart. *in conſilio 122. lator præſentis.* refert & ſequitur Campez. *de dote. q. 42. part. 1.* Et quaſi in terminis facit, quod commune Doctorum dogma pronunciat, Iaſ. *in l. 1. C. de inſtit. & ſubſtit. num. 8.* videlicet ſi alicui ſub tali conditione legatum factum eſt, vt contrahat cum Berta, ſi ipſa velit, requiſita (nota) recuſauit, & ſi poſtea Berta velit, nihilominus debetur, etſi non contrahat, refert inſignis Iureconſultus & de Republica bene meritus Ioannes Fichardus *in addit. com. opin. ad Villalob. L. numero 11.*

QVAESTIO XII.

An filiæ Iudææ effectæ Chriſtianæ à patre legitima vel dos ſit conſtituenda?

SVMMARIA.

1 *Iudæa filia Chriſtianam fidem profeſſa legitima vel dos à patre eſt conſtituenda, contrà nu. 6. exceptio, nu. 8. & 9.*

2 *Iudæus effectus Chriſtianus melioris eſt conditionis, quàm antea fuit.*

3 *Peccatum minus quandoq; maioris peccati euitandi cauſa permittitur.*

4 *Pœna nulli infligenda, niſi hoc ſpecificè iure cautum ſit.*

5 *Vſurarum exactio Iudæis permiſſa. Chriſtianis prohibita. nu. 7.*

PARS I. AFFIRMANS.

HÆc quæſtio, licet de facto (heu dolor) non ita ſæpè contingat, tamē eius breuem facere deciſionem, haud inutilis laboris eſſe arbitrati ſumus. Partem † affirmati- 1
uam imprimis diſcutiēdo hoc modo argumentamur: Si Iudęus ſuccedat patri Iudęo, etiā in bonis ex vſuris acquiſitis, ergo multò magis Iudæus factus Chriſtianus. At prius. Ergo & poſterius. Minor docetur ex eo, quòd Iudæus effectus Chriſtianus melioris efficiat conditionis, quàm antea fuerat, vt ex illis Chriſti verbis intelligitur: Si hoc in viridi, quid in arido, & eſt text. *in c. 5. Iudæi. de iudæ.* ibi. *Si qui* (Iudæi) *præterea Deo inſpirante ad fidem conuerterint Chriſtianam, à poſſeſſionibus ſuis nullatenus excludantur, cùm melioris conditionis ad fidem conuerſos eſſe oporteat, quàm antequàm fidem ſuſceperint, habebantur.* Si autem ſecùs fuerit factum, Principibus ſeu poteſtatibus eorundem locorum iniungimus, ſub pœna excommunicationis, vt portionem hæreditatis ſuæ, & bonorum ſuorum ex integro eis faciant exhiberi.

II. Maioris † peccati euitandi cauſa, quan- 3
doq; minus peccatum permittitur, cuius ratione Eccleſia tollerat publicas meretrices, & ſub diſſimulatione tranſit, *vt not. in capit. inter opera charitatis. de ſponſal.* Ergo Iudæorū filiabus Chriſtianis factis erit dos & legitima conſtituenda, etiam ex bonis per vſuras acquiſitis. Conſequentia probatur: quia Iudæus ſi ſe ſucceſſione bonorum, etiam ex vſuris acquiſitorum, priuandū ſciret, difficiliùs ad Chriſtianam fidem verteretur, imò fortè nunquam, cùm humanum genus, maximè ad diuitias procliuum, debile ſit atq; inconſtans. Iccirco cùm peius ſit totam perdere ſalutem, quàm vnū committere peccatum, erit conſultius, magiſq; iuris rationi conueniens, vt prædicta bonorum admittatur ſucceſſio.

III. Pœna † priuationis nulli eſt infligenda, niſi hoc ſpecificè in iure ſit expreſſum. *text. in c. 3. cum igitur. Nouel. 1. & in leg. 14. & ſi quis. §. 14. diuus. de relig. & ſumpt. fun.* At ſpecificè in iure non eſt expreſſum, quòd Iudæus factus Chriſtianus debeat carere ſucceſſione bonorum, etiam ex vſuris acquiſitorum. Ergo, &c.

IV. Quodcunq; per delictum non eſt acquiſitum, iſtius hæredes indiſtinctè partici-
pes ſunt. Sed † vſuræ ante fidei Chriſtianæ 5
profeſſionem per Iudæum acquiſitæ, licitè dicuntur acquiſitæ, cùm quia vſurarum exercitium illis à iure eſt conceſſum, vt ex Papali, Martini & Eugenii Bulla probatur, tùm etiam, quia eorum fidei non eſt con-

trarium à Chriſtianis vſuras accipere, cùm eos gentibus æquiparent. Ergo eorum hæredes, etiam Chriſtiani facti talium vſurarum participes ſunt.

Ex his videtur concludendum, q. Iudæa facta Chriſtiana à patre Iudæo ſit dotanda, etiam ex bonis per vſuras acquiſitis.

PARS II. NEGANS.

6 VErùm † hanc quæſtionē maturiùs conſiderando, prædictis non obſtantibus, partem negatiuam iuri magis eſſe conſentaneam, conuerſiſq; Iudæi ſaluti magis proficuam, ex infrà dicendis liberè fatebimur.

Et vt principiò primum ſoluamus argumentum, dicimus maiorem eius propoſitionem eſſe falſam. Quòd enim Iudæus cōuerſus in Chriſtianum melioris debeat eſſe conditionis, quàm priùs fuerat, intelligitur circa licita & non illicita. At participare bona ex vſuris acquiſita, vel in eis ſuccedere, Chriſtianis eſt prohibitum, vt pleniſſimè probauimus in *tractat. noſtro cōtroucrſ. de bon. conſt. matr. acquiſit. quæſtione decimatertia.* Ergo Iudæo Chriſtiano effecto, vſurarum ſucceſſio, vel quicquam ex ea capere, erit illicitum.

Negatur conſequentia 2. argumenti, neque rationi conſonat, quòd aliâs, Iudæus difficiliùs ad ſalutem rediret, ſi ſe fore bonorum ex vſuris acquiſitorum participem diffideret, ſi aliâs.n.ex bono zelo ad orthodoxam fidem conuertendi propoſitum habeat, non ob diuitias, non ob ſucceſſiones opulentas, non quamuis ob cauſam, ſuum mutabit propoſitum, ſed illud firmum atq; immutatum retinebit, cùm integræ fidei homo plus ſuæ faueat ſaluti, quàm omnibus totius orbis diuitiis, vt multorum Martyrum religioſorumque oſtendunt exempla.

Reſpondet' ad minorem 111. argumenti propoſitionem, quòd licet primariò nō ſit interdictum, Iudæum factum Chriſtianum poſſe ſuccedere in bonis ex vſuris acquiſitis, tamen ſecundariò hoc reperiri interdi-

7 ctum negari non poſſe. Nam † certum eſt quòd Chriſtianis ſit interdictum ſumere vſuras, & ſi quas exigerunt eas reſtituere iniunctum, *cap. 5. cùm tu. de vſur. Gloſſ. & Abbat. in capit. Iudæi. de conſecrat. diſt. 4.* Alexand. *conſilio octuageſimoquinto. volumine* 4. Quocirca cùm. Iudæus ſe Chriſtianum profiteatur, pariter ſe Chriſtianorum legib. ſubmittere intelligitur.

Ad minorem quarti argumenti reſpondetur, negari quidem haud poſſe, quod vſuræ licitè per Iudæos à nobis exigantur, ac conſequenter earum diuiſionem inter eos admittendam, ſed hoc eatenus procedere, quatenus acquirit ac participat tanquam Iudæus, cùm tanq̃ Chriſtianus earum particeps eſſe nequeat, vt declarauimus d. q. 13. Sed Iudæus Chriſtianus factus non participat tanquam Iudæus. Ergo, &c.

Cæterùm cùm eo ipſo, quo oſtenditur vſuras inter Chriſtianos ſummè eſſe prohibitas, vt latè deduximus d. q. perſpicuè appareat, earū communicationem inter coniuges eſſe interdictam, ſuperfluū foret pro hac parte vlterius diſputare.

Ideoq; concludimus quòd filia effecta Chriſtiana non ſit dotanda ex bonis à patre Iudæo per vſuras acquiſitis.

Huius † concluſionis exceptio prima videt', vt non procedat ſi filia reſtituat vſuras, pro recipienda parte bonorū paternorum, *d. c. cum tu. & c. Iudæi. de Iuda.* Sed reprobatur, cùm Iudæis non ſit interdictum fœnerari Chriſtianis, vt conſtat ex d. bulla Martini & Eugenii Pontificum, ac conſequenter ratione vſurarum in mutuo licitè eorum bonorum transferre dominium. 8

Secunda † exceptio eſt in bonis paternis ad vſuras non datis, ex quibus licitè & neceſſariò filiæ Iudææ dos eſt conſtituenda, vt eſt *text. in d. c. Iudæi.* 9

QVAESTIO XIII.

Confeſſio conſtante matrimonio de dote recepta, num in dubio præſumatur facta animo donandi?

SVMMARIA.

1 *Confeſſio conſtante matrimonio de dote recepta, præſumitur animo donandi facta.*
2 *Donandi animus inter coniunctas perſonas facilimè præſumitur.*
3 *Numeratio non probatur confeſſione, vbi fraus facilè præſumi poteſt.*
5 *Donatio non præſumitur vbi alia poteſt capi coniectura, quàm donationis.*
6 *Exceptio non numeratæ dotis in dubio conceditur.*
7 *Nullitas actus, quoad fieri poteſt, eſt euitanda.*

PARS I. AFFIRMANS.

AN in dubio cōfeſſio de dote recepta p̄ſumat' animo donādi facta, nō modicè

contro-

1 controuertitur. Nos † eam quæſtionem
paucis declarando, primò pro parte affir-
matiua hoc modo atguimus. Quocunque
in caſu donatiō vel titulus lucratiuus eſt
prohibitus, præſumitur de recepto confeſ-
ſio, in fraudem legis donationem vel titu-
lum lucratiuum prohibentis, *fac. text. in leg.
27. qui teſtamentum. de probat.* ibi: *videtur e-
nim eo quod ille plus capere nō poterat, in fraudem
legis, hæc in teſtamento adiecisſe*, Gloſſ. & ibi Dd.
in l. 13. ſi donatione. C. de collat. At inter virum
& vxorem donatio vel titulus lucratiuus eſt
prohibitus, vt conſtat ex *tot. tit. de donat. inter
vir. & vxor.* Ergo, &c.

2 II. Præſumptio † iuris eſt quòd animus
donandi inter coniunctas perſonas facili-
mè præſumatur, *l. 67. vnum ex familia. §. final.
de l. 2. & l. 26. Procula. de probat.* Ergo vbi mari-
tus confeſſus eſt ſe dotem recepiſſe, quæ ta-
men in rei veritate nondum numerata eſt,
non niſi animus donandi prȩſumatur.

3 III. Quocunque † in caſu fraus facilè
fieri poteſt, atque numeratio expreſsè re-
quiritur, tunc confeſſione nunquam pro-
batur numeratio, ſed donatio, *l. 22. per diuer-
ſas. C. mand.* Imol. *in l. 126. ſi ita ſtipulatus. §. 2.*
Chriſogon. *de verb. ſignif.* quem ad hoc alle-
gat Campez. *tract. de dote. part. 1. q. 52. num. 4.
verſ. pro contraria.* Sed in conſtitutione dotis
cùm fraus facilè fieri poſſit, expreſsè requi-
ritur numeratio, *l. 1. C. de dot. caut.* Ergo in
caſu dotis conſtitutionis non præſumitur
numeratio, ſed donatio.

Ex his aliiſq; fundamentis apparet con-
cludendum, quòd confeſſio de dote rece-
pta in dubio præſumatur facta animo do-
nandi.

Hanc concluſionem expreſsè confirmat
Angel. Aret. *in §. fuerat. Inſtit. de action.* eamq;
confirmare videtur Bart. *in l. 37. cum quis de-
cedens. § 6. Titia. de legat. 3.* & Bald. *in leg. 1. C. de
inoffic. donat.* idem expreſsè Cynus & Bald.
in l. 21. ſi diuortio. de verb. oblig. Iacob. de Ra-
uen. & Salycet *in leg. 2. C. de dote caut.* nec non
confeſſionem recepti, ſi numeratum eſſe
non conſtet, factam eſſe ex cauſa donatio-
nis frequentibus Doctorum calculis rece-
ptum ex Curt. iun. *conſil. 95. numero 3.* pro-
nunciatur, & hanc ſentētiam receptiorem
eſſe expreſsè innuit Alex *conſ. 45. col. 1. vol. 1.*
Anchar. *conſ. 50.*

PARS II. NEGANS.

4 VERUM † meliorem eligendo opinio-
nem, prædictis fundamentis haud ob-
ſtantibus, negatiuam amplectimur ſen-
tentiam, imprimis ad maiorem primi argu-
menti propoſitionem reſpondendo, quòd
d. l. qui teſtamentum, loquatur in vltimis vo-
luntatibus, quæ nunquam ſub ſpe futuræ
numerationis præſumuntur factæ. *Gloſſ. ad l.
1. C. de falſ. cauſ. adiect. leg.* quam adhoc laudat
Baldus *in tit. de pac. conſtitut. verſ. vaſalli.* Præ-
terea poteſt reſponderi: quòd in caſu no-
ſtro alia poſſit capi coniectura, quàm veræ
receptionis, aut in fraudem legis ſimulatæ
confeſſionis, ſcilicet præſumptiua dotis ef-
fectualiter recipiendæ, *tot. tit. C. de dot. caut.*

Ad antecedens ſecundi argumenti
reſpondetur, quòd illud procedat in caſu,
in quo veriſimilior coniectura non poſſit
capi. Sed in propoſito noſtro multò veriſi
milior poteſt capi coniectura, quia in dubio
non prȩſumitur, maritum, qui tot tantaque
matrimonii cauſa ſuſtentaturus eſt onera,
animo donandi, ſe dotem accepiſſe fuiſſe
confeſſum. Ergo, &c.

Negatur quòd in maiori tertii argumē
ti dicitur, prȩſumi eo in caſu donationem,
in quo numeratio expreſsè requiritur, &
non præſtatur, nam eo ipſo quòd numera
tio facienda non præſtetur, datur exceptio
non numeratæ pecuniæ, quod non fieret, ſi
præſumeretur donatio.

Pro harum ſolutionum confirmatione,
primò in hunc modum diſputamus: Quo
cunque † in caſu alia poteſt capi coniectu 5
ra, quàm donationis, in eo nunquam dona-
tio præſumitur, *l. 25. cum de indebito. de probat.*
Sed in caſu quo maritus confitetur ſe do-
tem accepiſſe, poteſt alia capi coniectura,
quàm donationis, ſcilicet futuræ numera-
tionis. Gloſſ. & Bartol. *in l. 1. C. de dote caut.* i-
dem Bartol. *in Auth. ſed iam neceſſe. C. de donat
ante nupt.* Ergo, &c.

II. Si † in dubio præſumeretur donatio, 6
ſequeretur quòd in dubio non daretur ex
ceptio non numeratæ dotis. Sed cōſequens
eſt falſum. *l. fin. & tot. tit. C. de dot. caut.* Ergo &
antecedens.

III. Quilibet actus † vel contractus, quo- 7
ad fieri poteſt, ita eſt interpretandus, vt eius
euitetur nullitas, *l. 80. quoties in ſtipulationib. de
verb. oblig. & Gloſſ. in l. 38. inter ſtipulantem. § 1.
eod. tit.* Ergo confeſſionem de dote recepta
debemus interpretari, vt ſub ſpe futurȩ nu-
merationis ſit facta, quo caſu valet eius con-
feſſionis actus.

Ex prædictis vera promanat Concluſio:
quòd confeſſio conſtante matrimonio de
dote recepta, non præſumatur animo do
nandi, ſed futuræ numerandæ dotis, facta.

Hanc

Hanc amplectuntur concluſionem Cyn. & Salyc. *in d.l. 2.C.de dot.caut.* Bart. *in d. Auth. ſecTam neceſſe.* Gloſſ. & idem Bart. *in l. 1. C.d. tit.* quos ad hoc referunt & ſequunt Camp. *tract. de dote.q.49.poſt nu.4.* Coſtant. Roger. *eod.tract.§.5.nu.12.*

QVAESTIO XIV.

Num pater filiæ propria authoritate nubenti, teneatur conſtituere dotem.

SVMMARIA.

1 *Filia propria authoritate nubenti dos eſt conſtituenda. contrà numer.6. exceptio nu.17. & ſeq.*

2 *Conſenſus parentum de honeſtate tantùm requiritur. contrà nu.8. & 9.*

3 *Pœna nulli infligenda, niſi hoc ſpecificè iure determinatum ſit.*

4 *Matrimonium iure naturali & canonico abſque parentum conſenſu contrahi poteſt. contrà nu. 10.*

5 *Veneris & amoris deſcriptio.*

7 *Filia ſine parentum conſenſu nubens dote priuatur.*

11 *Parentum conſenſus in nuptiis contrahendis de neceſsitate iuris ciuilis requiritur.*

12 *Parentes eſſe honorandos, Philoſophorum authoritate oſtenditur*

13 *Parentibus nihil mali exhibere oportet.*

14 *Parentibus qui non præſtat obedientiã omnes Deos contemptus habet.*

15 *Parentibus vt liberi obedientiam præſtent Authoris ſalutaris admonitio.*

16 *Parentum contemptus quale peccati genus.*

17 *Filia abſque parentum conſenſu digno nubere poteſt.*

18 *Filius emancipatus abſque parentum conſenſu nubere poteſt. Item ſi ſit maior vigintiquinque annis.*

PARS I. AFFIRMANS.

1 QVOD filia † propria nubens authoritate à patre ſit dotanda, non leuibus poſſe probari fundamentis videtur, & inter alia, quæ pro iſta ſententia adducuntur argumenta, hæc ſunt præcipua. I. Si filia abſq; parentum conſenſu matrimonium contrahens eſſet priuanda dote, ſequeretur quòd matrimonialis contractus non eſſet liber, quia metu priuationis dotis ab alterius pẽderet arbitrio. Sed conſequens eſt falſum, *l.2.Cod.de inutil.ſtipulat.* Gail. 2. *obſeruatione octuageſimatertia. numer. ſecundo.* Dec. *ad legem 30. nuptias. numer.89. de reg.iur.* vbi nec ſtatuto matrimonii libertatem poſſe tolli aſſerit, quod idem veriùs & receptiùs pronunciat Iul.Clar. *lib.5.ſent. §.fin.q.82.numer.3.verſ.ego credo.* Ergo,&c.

II. In † matrimoniis contrahendis de honeſtate tantùm parentum requiritur conſenſus, *cap.ſufficiat.27.quæſtione ſecunda.& cap. fin.& ibi Gloſſ.trigeſimaſecunda.quæſt.ſecunda.* & eſt commune omnium Canoniſtarum reſponſum. Ergo eo non requiſito, dotis non inducitur priuatio, cum eo, quod de honeſtate requirit, amiſſo, non inducatur pœna. 2

Tertiò priuationis † pœna nulli eſt infligenda, niſi hoc ſpecificè in iure ſit expreſſum, *text.in c.3. cum igitur. Nouel.2.& in l.14. & ſi quis.§.14. Diuus.de relig.& ſumpt.fun.* At ſpecificè in iure non eſt expreſſum, quòd filia ſine parentum conſenſu matrimonium contrahens dote ſit priuanda. Ergo,&c. 3

IV. Dotis conſtituendæ ratione haud ceſſante, ipſa quoq; dotis cõſtitutio nõ ceſſat. Sed hoc in caſu dotis conſtituendæ ratio non ceſſat, ſcilicet onera matrimonii, *leg.aſſiduis. §. exceptis. Codic.qui pot. in pign. hab.* Ergo,&c.

V. Quod eius iuris reſpectu, quod maximè hoc in caſu conſideratur, non eſt prohibitum, illud non eſt punibile, *l. Gracchus. C. de adulter.* Sed matrimonium † abſque parentum conſenſu contrahere, vtroque iure, naturali & canonico, quod maximè in materia matrimoniali conſideratur, non eſt prohibitum. Ergo non punibile. Minor docetur *ex d.c.ſufficiat. d.l.30.l.2.* & † eſt non paucorum Philoſophorum ſentẽtia, quòd Venus amorq; hoc in caſu dominatum obtineant, ſed vbi hi dominantur, ibi nullus perſonarum reſpectus, nullus timor, nullaque obſeruantia, vt præclarum Euripidis in Hippolyto teſtimonium eſt, is enim Venerem amoremque explicando ſic effatur: 4 5

O pueri certè Venus non ſolùm Venus eſt,
Sed omnium particeps nominum:
Hæc eadem eſt Pluto, & inuicta neceſsitas,
Hæc eſt rabies furioſa, hæc eſt Cupido
Mera, & luctus eſt. Deniq; ei inſunt omnia:
Serium, tranquillum, violentum.
Tabeſcit.n. illorũ, in quorum pulmonibus ineſt,
Anima. Quis verò hanc Deam non patitur:
Piſcium namq; genus natatile ſubit:
Et in quadrupedes in terra exiſtit:
Mouentur & inter volucres ipſius alæ,
Interq; feras, & homines, Deoſq; ſuperos.

Ex quibus verbis aperto apertius pbatur, quòd amor ex Venere deſcendens ita hominẽ cogat, vt ſe ipſum coërcere nõ poſſit,

Digitized by Google

nedum alios adire, eorumq́; conſilia percipere. Vnde Argentarius apud Stobæum:

Video ineuitabilem in ſigillo amorem manibus inſtar auriga moderantem vim leoninam.

Et Plutarchus apud eundem: *Rapit autem (amor) hominum vitas familiasq́; & nuptias, & Imperatores, non ænigmata proponens, ſed ipſemet ænigma inuentu, ſolutuque difficile exiſtens.*

Iccirco cùm matrimoniũ ex contrahentium deſcendat amore, qui ſuper omnia dominatum habet, quique nullam conſiderat authoritatem, videtur concludendum, quòd filiæ etiam ſine patris authoritate nubenti dos ſit conſtituenda.

Hanc concluſionem amplecti Salycet. *in leg. vnic. C. de rei vxor. action.* refert Angel. Aretin. *in § fuerat. Inſtitut. de action.* eandem tenere Iacob. de Arena. Bald. Angel. & Imol. *in leg. mulier. §. penult. ad Trebell.* & Imol. *ad l. 1. ſolut. matrimon.* refert Rogerius *de dote §. 2. nu. 22.*

PARS II. NEGANS.

6 VERVM † hanc quæſtionem maturiùs conſiderando, pars negatiua veritati magis conſentanea videtur, pro qua tuenda negatur maior I. argum. propoſitio. Eo enim quòd parentum in matrimoniis contrahentis requiritur authoritas, contrahendi libertas non aufertur, cùm parentum authoritas non eò tendat, vt matrimonii libertatem auferat, ſed vt eam promoueat, atque vt benè conſultèque contrahatur, proſpiciat, vt hoc huius requiſiti finalis oſtendit ratio.

Ad antecedens II. argumenti reſpondemus verum eſſe, parentum conſenſum de neceſſitate non requiri quoad matrimonii ſubſtantiam, & pariter ſi omittatur eius reſpectu hoc eſſe impunibile. Sed reſpectu reuerentiæ paternæ, cuius ratione huiuſmodi honeſtas maximè exigitur, eſt neceſſaria, & ſi omittatur, hoc non erit ſine pœna, cùm ex eo obedientia & reuerẽtia, quæ debetur parentibus, offendatur.

7 Negatur minor III. argumenti, cùm † imo ſpecificè in iure ſit expreſſum, quòd filiæ abſque parentum conſenſu nubentes dote ſint priuandæ vel exhæredandæ, *text. in leg. decimanona. ſi filiam. clarior textus in Authent. ſed ſi. Codic. de inofficioſ. teſtament. idem text. in capit. tertio. aliud quoque. §. vndecimo. ſi alicui. Nouel. 115. idem text. in leg. 1. 20. & 30. C. de nupt.*

Reſpondemus ad minorem IV. argum. quòd onera matrimonii conſtituant duntaxat impulſiuam dotis rationem, amor verò paternus rationem finalem, quæ tantùm facit ceſſare legem. Ideoque cùm huiuſmodi ratio hoc in caſu propter debitam patri obedientiam haud præſtitam, ceſſit, meritò dotis ceſſabit conſtitutio.

Ad minorem quinti argumenti reſpondemus, quòd quidem liberi de iure naturali & canonico non ſint puniendi, reſpectu meri matrimonii, ſecùs verò reſpectu offenſionis paternæ reuerentiæ, vt ſuprà dictum. Imò † (vt plus dicamus) cuius ratio- 8
ne nec matrimonium ipſum quandoque valere, non infimæ in Eccleſia noſtra authoritatis viri aſſerere non erubuêre, & inter alios D. Ambroſius *in hiſtoria Rebeccæ*, expoſtulat parentum conſenſum, dicitque adeò honeſtum & naturæ conſentaneum eſſe, vt Poetæ quoque hoc idem docuerint, & recitat hus Euripidis verſus in Andromacha:

Sponſaliorum quidem meorum pater meus
Curam ſubibit: nam non eſt meum hoc ſtatuere.

Nec non Sanctus Euariſtus Pontifex & martyr *in epiſtola ad omnes Epiſcopos Aphricanos* præclarè teſtatur, legitimum non eſſe reputandum matrimonium, niſi ab his qui ſuper ipſam fœminam dominationem habere videntur, & à quibus cuſtoditur, vxor petatur.

Cæterùm † pro maiori huius partis con- 9
firmatione I. arguimus hoc modo. Paternæ reuerentiæ cauſa lex diuina parentum in matrimoniis contrahendis conſenſum expoſtulat. Ergo eo haud requiſito filiam dotis priuatione eſſe puniendam non temerè aſſeritur, quia filia contemnens patris honorem, pariter eius dotandi officium videtur contemnere.

Antecedens probatur Coloſſenſ. 3. *Filii obedite parentibus per omnia: hoc enim placitum eſt in Domino.* Eccleſiaſt. tertio. *Iudicium patris audite filii, & ſic facite vt ſalui ſitis. DEVS enim honorauit patrem in filiis: & iudicium matris exquirens firmauit in filios: ſicut qui theſaurizat, ita & qui honorificat matrem ſuam.*

Et paulò poſt: *In opere & ſermone, & omni patientia honora patrem tuum, vt ſuperueniat tibi benedictio à Deo, & benedictio illius in nouiſſimo maneat.*

Prouerbiorum vigeſimotertio: *Audi patrem tuum qui genuit te, & ne contemnas cùm ſenuerit mater tua.* Deuteronomii 21. *Si genuerit homo filium contumacem & proteruum, qui non*

Digitized by Google

audierit patris ac matris imperium, & coërcitus obedire contempſerit, apprehendent eum & ducent ad ſeniores ciuitatis illius, & ad portam iudicÿ. Et paulò poſt. *Lapidibus eum obruet populus ciuitatis, & morietur, vt auferatis malum de medio veſtri, & vniuerſus Iſrael audiens pertimeſcat.*

Et capite 17. *Maledictus qui non honorat patrem ſuum & matrem, & dicat omnis populus amen.* Idem capite 30. *Oculum, qui ſubſannat patrem, & qui deſpicis partum matris ſuæ, effodiant eum corui de torrentibus, & comedant eum filii aquilæ.*

Hæc ſacræ ſcripturę teſtimonia cùm per ſe ſatis clara ſint, ea explicabiliùs proferre oon neceſſarium atbitramur.

10 II. Eandem † ſententiam iuri canonico eiuſque Interpretibus haud adeò diſplicere, ex *cap. 1. & 4. 3a. q. 5.* pronunciamus, cuius rextus verba hæc ſunt: *Qualis debeat vxor eſſe, quæ habenda eſt ſecundum legem: Virgo caſta, & deſponſata in virginitate, & dotata legitimè, & à parentibus tradita.* Et in capite primo eiuſdem q. *Aliter legitimum non ſit coniugium, niſi ab his, qui ſuper ipſam fœminam dominationem habere videntur, vxor petatur.* Vide Caroli *lib. 7. c. 463. Sent. 4. diſtin. 28.* Poly. *lib. 6. tit. 4.* Anſ. *lib. 10. c. 2.*

11 Tertiò eandem † iuri ciuili haud improbatam, *l. 5. de ſponſal. l. 20. de ritu nupt.* præclarè oſtendunt, cuius tituli verba, cùm non modicè hîc ſtringant, non erunt tacitè prætermittenda: *Dum tamen ſi filiiſfamiliarum ſint, conſenſum habeant parentum, quorum in poteſtate ſunt. Nam hoc fieri debere & ciuilis & naturalis ratio ſuadet, in tantùm vt iuſſus parentis præcedere debeat.*

Ex quibus patet iure diuino, canonico & ciuili hanc partem in effectu ſufficienter eſſe probatam.

12 IV. Cæterùm † ſi ab initio mundi tanta reuerentia, tantoq; honore parentes proſequendos eſſe, quanto alia creatura nulla, ipſi naturales Philoſophi vnanimiter docuêre, vt inter alia hæc diuina Platonis verba oſtendunt: *Exiſtimandum eſt* (ait) *nullum apud Deos magis honorandum ſimulachrum habere non poſſe, quàm patres & auos ſenio confectos, matreſque ſimiliter. Nam ſi quis muneribus & honoribus parentes exhilarat, Deus bona rependit. Niſi enim Deo curæ eſſent parentes, minimè eos ſuper filiis precantes exaudiret.* Et paulò poſt: *Quocirca qui erga parentes & auos cæteroſque huiuſmodi rectè ſe gerit, is ad Deos ſibi conciliandos ſimulachrorum omnium optimè poſſidet. Omnis igitur qui ſapis, colat, & veneretur, & timeat parentum preces & execrationes, multas illarũ ſæpè euentu comprobatas ſciens, &c.*

Si mali † quicquam parentibus nec dicto neq; facto exhibere oporteat, ſed obedire, cuiuſcunq; conditionis fuerint, vt Pythagoræ apud Stobæum ſententia eſt, & talem ſe erga parentes præſtare, quales ſe ſibi ſuos liberos exhibere optaret, vt Iſocrat. ad Demonic. ſcribit. 13

Si † inquam naturali inſtructi ratione ipſi gentiles eum, qui parentibus non præſtat obedientiam, omnes Deos contemptui habere aſſerere non dubitauêre, vt Antiphanes apud Stobæum pronunciat. 14

Cur eam filiam, parentum in nuptiis contrahendis aſpernantem coonſenſum, dote eſſe priuaodam, noo liberè aſſereremus?

Sint † igitur, ſint (vt dicendum bis repetendo eloquar) liberi per omnia, modo naturæ legibuſque conſentanea, parentibus obedientes, eiſque debitam præſtent reuerentiam, quò oon ſolùm dotis & ſucceſſionis priuatione puniantur, ſed nec illam à gentibus in eos ferre ſententiam audiant, cuius ſententiæ tenore ob maiorem huius peccati timorem hanc partem concluſam volumus. 15

Contemptus autem † parentum peccati genus eiuſmodi eſt, quòd in viuis ſimulatque defunctis diuinitus damnatur, ab hominibus odio habetur, & ſub terra in loco impiorum vnà cum reliquis improbis perpetuò punitur à iuſtitia & infernalibus Diis, qui his rebus inſpiciendis deſtinati ſunt, Pythagoras *d. loc.* 16

Huius † concluſionis prima videtur exceptio, niſi filia ſuo ſtatu condigno nupſerit. Gloſſ. *in capit. de rapt. 36. quæſtione prima* Archidiac. & Panormit. *in capit. 2. de ſponſal.* text. *in leg. 3. §. ſi emancipatus. de bonor. poſſeſſ. contra tabul.* 17

Secunda exceptio eſt, niſi filius filiaue ſit emancipatus, *l. 25. de ritu nupt.*

Tertia niſi filia nubens ſit maior vigintiquinq; annis, quo caſu non priuatur dote, etiamſi indigno nubat, *d. c. 3. aliud quoque. §. 11. ſi alicui. Nouel. 115.* Cuius replicatio eſt, niſi ſeruo nubat. *d. §. 11.*

QVAESTIO XV.

An dos indeterminatè conſtituta valeat?

SVMMARIA.

1 *Dos indeterminatè conſtituta non valet, contrà nu. 8.*

Digitized by Google

2 *Stipulationem vitiat incertitudo.*
3 *Incertitudo vitiat ſententiam.*
4 *Legatum fundi, non adiecto nomine, eſt inualidum.*
5 *Dos incertè conſtituta quòd non valeat, per l. 1. C. de dot. promiſſ. videtur probari.*
6 *Solutio communis ad l. 1. C. de dot. promiſſ. reprobatur.*
7 *Conuentio nuda non eſt ſpeciale quid in dote.*
9 *Dotis quantitatem lex definit.*
10 *Iudex eſſe deſinit quis, qui ſuam ſententiam ſemel pronunciauit.*
11 *Legata damus in genere, in hæredis eſt arbitrio quamlibet præſtare.*
12 *Legis 69 §. 4. & l. 1. Cod. de dot. promiſſ. conciliatio.*
13 *Author Forcatuli ſolutionem ad. d. l. 1. C. de dot. promiſſ. reprobat.*
14 *Solutionis d. l. 1. oppugnatio & defenſio.*

PARS I. NEGANS.

1 QVOD dos † indeterminatè conſtituta non valeat, ſequentibus argumentis videtur probari. Loco I. argumenti adducitur text. *in leg 30. duo ſunt Titij. de teſtament. tut.* vbi eſt caſus, quòd teſtator duos habens amicos Titios, Titium tutorem conſtituit, ſed cùm ignoratur de quo Titio teſtator ſenſerit, non valet conſtitutio. Eodem modo noſtro in caſu videtur dicendum, quòd cùm parens conſtituit dotem, & neſcitur eius quantitas, quòd tunc dotis conſtitutio non valeat.

2 II. Opponitur † *lex 69. cùm poſt diuortium. § 4. gener à ſocero. de iure dot.* vbi probatur quòd incertitudo vitiat ſtipulationem. Idem eſt textus hoc probans *in leg. 75. vbi autem, in princip. de verbor. obligat.* ibi: *vbi autem non apparet, quid, quale, quantumque eſt in ſtipulatione, incertam eſſe ſtipulationem dicendum eſt.* Idem text. *in leg. 115. ita ſtipulatus. eodem titul.* vbi eſt caſus, quando dies in ſtipulatione per errorem omiſſus eſt, quòd tunc non valeat ſtipulatio. Ex quo omnino dicendum videtur, quòd incertitudo etiam vitiet dotis conſtitutionem.

3 III. Incertitudo † vitiat ſententiam. Ergo etiam dotis conſtitutionem. Antecedens probatur *per tot. tit. de ſentent.* quæ ſine quantitate certa profertur. Vt finge pupillus maior factus repetit res ſuas à tutore, Iudex pronunciauit ſentētiam in hæc verba: *Quæ bona fide accepiſti, reſtitue*, talis ſententia non valeret, *per l. vlt. C. de ſent.*

IV. Contrariatur *l. 3. de adim. leg.* ex qua probatur, quòd quando duobus Titiis teſtator aliquid leganit, & poſteà alteri Titio legatum ademit, quòd iſta ademptio ſit inutilis, niſi teſtatot quem Titium putaret, expreſſerit. Sic in hoc paſſu dici poteſt, quòd quando parens conſtituit dotem, & eius quantitatem non expreſſit, quòd iſta conſtitutio inutilis ſit.

V. Pro hac ſentētia † clarius diſponit *d. lex 69. §. 4.* vbi probatur, quòd quando teſtatot 4
legat fundum, non adiecto nomine, quòd illud legatum non valeat. Sic eodem modo dos à patre conſtituta, ſi illi non ſit adiecta quantitas, non valebit.

VI. Fortiſſimè † pugnat *l. 1. C. de dot. promiſſ.* 5
quæ communem Doctorum opinionem ad nihilum videtur reducere. Verba textus ſunt: *Fruſtrà exiſtimas actionem tibi competere, quaſi promiſſa dos tibi, nec præſtita ſit, cùm neque ſpecies vlla, neque quantitas promiſſa ſit, &c.* Ecce ex illis verbis apertiſſimè videtur probari, quòd hodiè dos incetta nullius ſit momenti.

Nec obſtat communis illa † totius orbis 6
ſulutio, vt inquit Zaſ. *ad. leg. 1. de iure dotal* quæ habet, quòd in dict. leg 1. duo ſpecialia concurrant. Primum ſpeciale eſt, quòd dos ibi nudo pacto ſit promiſſa, quod eſt contra ius commune. Secundum eſt, quòd ſit incerta & indefinitè promiſſa, quod etiam eſt ſpeciale, & ideò ibi dos incerta non valet, quia reſpondetur per Zaſ. *d. loc.* quòd conuentio † ex nudo pacto non ſit ſpeciale 7
in dote, cùm pro tacita habeatur ſtipulatione, vt eſt text. *in l. vnic. C. de rei vxor. act.* ibi: *Rei vxoriæ itaq; actione ſublata, ſancimus omnes dotes per ex ſtipulatu actionem exigi, ſiue ſcripta fuerit ſtipulatio, ſiue non, vt non intelligatur re ipſa ſtipulatio eſſe ſubſecuta.* Itē eſt tex. hoc pſpicuè probans *in l. 6. ad exactionem. C. de dot. promiſſ.* ibi: *qualiacunq; ſufficere verba cenſemus, ſiue ſcripta fuerint, ſiue non.* Ex his verbis clarè patet, quòd nuda conuentio non ſit aliquid ſpeciale in dote, ac proinde dici non poteſt, quòd *in d. l. 1.* duo ſpecialia concurrant.

Præterea poteſt aliter reſponderi, videlicet quòd *in dict. l. 1.* non ſit nuda conuentio, quia ibi fuit dos promiſſa in inſtrumento, & verbum, *Promiſſio*, redactum in inſtrumentum, intelligitur per ſtipulationem, & non per nudam conuentionem, vt ait Zaſ. *d. l. 1.* & probatur per *leg. 30. ſciendum. l. 134. § 2. de verb. oblig. §. 17. Inſtit. de inutil. ſtipulat. §. vlt. Inſt. de fideiuſſ. l. 1. C. de contrahend. ſtipulat. Paul. 5. ſent. 5. §. 2.*

Quibus argumentis ſecundum iura, leges & æquitatem rationis naturalis defi-

niendum

Digitized by Google

niendum & concludendum videtur, quòd dos indeterminatè non poſſit conſtitui.

PARS II. AFFIRMANS.

8 CVM † noua niſi certa ratione & iure fundata, nõ ſint ſine periculo, communi adhæreamus doctrinæ, reſpondendo ad 1. argumentum, quòd *d. l. duo ſunt Titij*. à noſtro caſu valdè diuerſa ſit, quia ibi tutoris datio omninò eſt incerta, hîc autem dotis conſtitutio planè certa, quia licet incerta ſit prouiſione hominis, non autem prouiſione legis. Lex † enim definit dotem ſecundum qualitatem perſonæ & quantitatem bonorum, vt eſt text *in dict. §. 4. gener à ſocero.* ibi: *dotis etenim quantitas pro modo facultatum patris, & dignitate mariti conſtitui poteſt*. Idem Celſus Iuriſconſultus teſtatur *in l. 60. quaro. eodem titul.* cuius verba ſunt: *Modus* (dotis conſtituendæ) *ex facultatibus & dignitate mulieris maritique conſtituendus eſt, quouſque ratio patitur.* Cùm igitur dotis conſtitutio legis prouiſione ſit certa, datio autem tutoris, de qua agitur *in d. l duo ſunt Titii.* neq; hominis, neq; legis prouiſione certa, & ſic valdè inter ſe diuerſa, ſequitur, quòd etiam diuerſum ius inter tutoris dationẽ, & dotis conſtitutionem ſit ſtatuendum.

9

Non obſtant quæ in II. argumento adducta ſunt, quia repetendo prædictam ſolutionem reſpondemus, quòd in dictis legib. generalis fundi ſtipulatio poſſit omninò eſſe incerta, vt ſi promiſſor nullos fundos habuerit, ſi verò habuerit fundos, ſtipulatio omninò nõ eſt incerta, & ideò contra eum datur actio ex ſtipulatu. §. 1. *Inſtitut. de verborum obligatione.* Eodem modo legatum fundi generale valet, ſi teſtator fundos reliquerit, ſi autem nullos reliquerit, legatum nullius momenti erit. *leg. ſi. domus. de legato primo.*

Reſpondemus ad III. argumentum negando eius conſequentiam: quia non ſequitur, ſententia incerta non valet, ergo nec dotis cõſtitutio, quæ incerta eſt. Quod verò ſententia incerta non valeat, hoc ideò fit, quia tam hominis, quàm legis prouiſione eſt incerta. Hominis prouiſione, quia Iudex non expreſſit, quid, quale, aut quan

10 tum reſtitui debeat, neque † hoc poſt ſententiam ſuam corrigere poteſt, *leg. Iudex. de reiud.* vbi Iuriſconſultus ait: quando Iudex ſemel ſuam ſententiam dixit, quòd tunc Iudex eſſe deſinat. Prouiſione legis, quia ipſis legibus huiuſmodi ſententia pro nulla habetur. Sed talis incertitudo non militat in noſtro caſu, vt ſuprà dictum. Ergo, &c.

Non contrariatur IV. argument. quia incertitudo *in dict. leg. 3.* non poteſt aliquo modo vel interpretatione ad certitudinem aliquam duci. Nam ſicut non valet legatum Titio amico relictum, cùm teſtator et iam alium Titium amicum habeat, eodem modo etiam non valet eius ademptio. Incertitudo autem dotis, quæ procedit ex facto hominis, per prouiſionem legis ſatis certa eſt atque expreſſa, *text. in dicta lege. cùm poſt diuortium.* Et ideò hæc incertitudo cum prædicta incertitudine legis & hominis prouiſione incerta non eſt æquiparanda.

Eandem ſolutionem dat Papinianus ad V. argument. in eodem §. *gener à ſocero.* dicit enim quòd inter modum conſtituendæ dotis, & corpus ignotum magna differentia ſit. Nam dos pro modo facultatũ patris & dignitate mariti conſtitui poteſt, quod in fundo qui legatus eſt, & non demonſtratus, fieri non poteſt, quia lex non determinat, quanta portio fundi appellatione fundi veniat, nam licet *in leg. locus. de verborum ſignification.* fundus dicatur etiam locus modicus, tamen per hoc dici non poteſt, quòd ſit aliquid certi hoc in caſu per legem determinatum, quia hæres hoc modo poſſet illudere legatarium, & vnam glebulam ei præſtare, & liberari, quòd legatum potius eſſet deriſorium, quàm vtile, vt ait Iuriſconſultus *in leg. ſeptuageſimo. de legat. 1.* vbi eſt † caſus, quando alicui domus eſt 11 legata, neque adiectum quæ domus, quòd tunc hæres, modò teſtator plures domus habuerit, poſſit legatario quamcunque velit adiudicare, quod ſi nullas habuerit, dicit IC. mag's deriſorium eſſe, quàm vtile legatum. Cùm igitur legatum domus vel fundi tam legis quàm hominis prouiſione ſit incertum, neceſſariò ſequitur, quòd huiuſmodi legatum non valeat.

Sextum argumentum niſi cum diſtinctione intelligatur, valdè opinioni noſtræ obſtar, nam ingenuè fatemur, quòd communis illa Doctorum ſolutio non ſubſiſtat, & ideò meritò à Zaſio & aliis reprobata. Tutius igitur eſt vt Conſtantini Harmenopuli *lib. 4. titul. 8.* amplectamur diſtinctionem, qui diſtinguit inter patrem & mulierem dotem conſtituentem, referrtq; *d. l. 1. C. de dot. promiſſ.* ad mulierem, videlicet quòd illa non habeat poteſtatẽ conſtituendi do-

tem incertam. Rationem differentiæ addit Faius apud Paponem *1. Notar. 4. cap. du contract. de mariag.* nempe intereſſe mulieris quoties ipſa dotem promiſit, dotis promiſſionem ad minimam redigere quantitatem, vt reliqua bona conſeruet ſibi paraphernalia, quod dici non poteſt de patre vel ſocero mulieris nomine dotem conſtituente, & ideò refert *d. l. 69. cùm poſt. §. gener.* ad patrem, *& d. l. 1. C. de dot. promiſſ.* ad mulierem, quæ diſtinctio iuri ſatis conuenire videtur, quia nuſquam in iure legitur, quòd mulieri ſicut patri, pro modo facultatum, & mariti dignitate dotem conſtituendi poteſtas concedatur. Sed hæc diſtinctio non placet Accurſio & Forcatulo, vt refert & ſequitur Gothofred. *ad. dict. l. 1.* putat enim Forcat. maritum hanc indefinitæ dotis promiſſionem poſſe ad omnium bonorum dotem extendere, cùm illud nulla lege prohibeatur. *text. in leg. 4. nulla. C. de iure dot.* neque obſtare quòd Imperat. dicit *in dicta leg. prima. Fruſtrà exiſtimas actionem tibi competere*, quia iſta verba eſſent intelligenda quaſi diceret: Valet quidem promiſſio dotis, ſed fruſtrà nimiam dotem tibi eſſe præſtādam opinaris.

13 Hæc † ſolutio ſi eſſet tàm ſimilis lepori, quàm ſomnio, non eſſet mirum, quòd canes eam diu deuoraſſent. Nam ſi verum ſit, vt Forcatulus aſſerit, quòd hæc indefinitæ dotis promiſſio ad dotem omnium bonorum poſſit extendi, quomodo poſſibile eſt, quòd maritus maiorem dotem poſſit exigere ab vxore, cùm omnia eius bona per hanc promiſſionem illi in dotem data videantur, & ideò ſomnium eſt dicere prædictæ legis verba eſſe intelligenda, quaſi diſponerent: valet quidem promiſſio dotis, ſed fruſtrà nimiam dotem tibi eſſe præſtandām opinaris, q̃a maritus vbi omnia ei vxoris bona in dotem per hanc promiſſionem data ſunt, non quidem maiorem dotem ſperare, nedum exigere poteſt.

Eſt igitur hæc Forcatuli ſolutio, cuius verba apertè inter ſe pugnant, non ſolùm diuinatoria, ſed etiam ridiculoſa, ineptè contra expreſſa legis verba pugnans. Ideò que à priori Harmenopuli diſtinctione, quam Zaſ. Borch. & alii moderni approbāt, non eſt recedendum.

Sed huic ſolutioni videtur obſtare *dict. lex 60. de iure dot.* vbi mulier promiſit dotem incertam, & tamen cogitur marito dare dotem, pro modo facultatum, & dignitate ſua ac mariti? Reſpondemus falſum eſſe, quòd in dicta lege dos indefinitè per mulierem ſit promiſſa, neque lex de hoc diſponit, ſed ponitur ibi quæſtio quando mulier adulta promittit dotem, in quãtum curator ſuum conſenſum accommodare debeat, & reſpondetur, quòd circa hoc facultas & dignitas vxoris maritique ſit conſideranda, & ſecundum eam dos conſtituenda.

Ex prædictis concludimus, quòd dos indeterminatè promiſſa valeat.

QVAESTIO XVI.

Si filia locuples ſit, & bona propria habeat, num à patre ſit dotanda?

SVMMARIA.

1 *Filia locuples non dotanda. contrà numer. 4. 9. & ſeq.*
2 *Alere non cogitur pater filiam locupletem.*
3 *Aduocatus pauperum cauſas gratis agere tenetur.*
5 *Intellectus l. 2. §. 2. de vulg. & pupil. ſubſt.*
6 *Argumenta ab alimentis ad dotem non rectè deducuntur.*
7 *Mater non tenetur filiam dotare.*
8 *Dotare filiam locupletem pater cur teneatur.*
11 *Interpretatio l. fin. C. de dot. promiſſ.*

PARS I. NEGANS.

HÆc quæſtio pulchrè in vtramq; partem diſputari poteſt, omiſſis ſuperfluis priùs pro negatiua † ſententia præcipua 1
quædam argumenta mouebimus. I. Patri munus dotandi filiam incumbit, non iure ordinario, ſed extraordinario, quod in æquitate conſiſtit, *leg. planè. leg. final. de petit. hæred.* & ceſſante æquitate ceſſat. At filia cùm habet vnde ſibi dotē conſtituat, hæc æquitas ceſſat, *leg. vigeſimaſecunda, mulier. § 4. cùm proponeretur, ad Senatuſconſul. Trebell.* Ergo etiam ceſſat ipſum ius, quo pater filiam dotare cogitur.

II. Quod contra ius commune eſt introductum, ſic eſt interpretādum, vt quàm minimè oppugnet ius commune, *leg. 2. ſi ſeruus. Cod. de noxal. act.* Sed onus dotandi filiam patri contra ius commune eſt impoſitum, quia filia in bonis patris eo viuente nihil iuris habet, *leg. prima. §. vigeſimoprimo, ſi impuberi. de collat.* ibi: *prematura eſt enim ſpes collationis, cùm adhuc viuat is, cuius de bonis quarta debetur.* Et dicitur *in leg. 2. §. 2. de vulg. ſubſtit.* quòd improbus ille ſit, qui de viuentis hæreditate ſolicitus eſt. Ita igitur eſt interpretandum, vt quàm minimè oppu-

gnet

gnet ius commune, puta vt tunc demùm
procedat,cùm filia ꝓpria bona non habeat.
III. Quòd ab alimentis ad dotem bonus
ſit argumentandi modus,teſtatur Bartol. *ad*
2 *Auth. res qua. C.commun. de legat.* Sed † pater
non cogitur alere filiam locupletem, *text.*
in l 5. ſi quis à liberis. de agnoſc. & alend. lib. Er-
go ratio dictat quòd nec eam dotare tenea-
tur.
IV. Videtur eſſe textus pro hac parte præ-
clarus in *d. l. 22. mulier §. cum proponeretur. ad*
SC. Trebel. vbi mulier propriam habens hæ-
reditatem, ſibi ipſi ex fructibus eius dotem
conſtituere tenetur. Ergo pater filiam lo-
cupletem non cogitur dotare.
3 V. Quemadmodum † aduocatus paupe-
rum cauſas gratis agere tenetur. Mynſing.
4. obſeru. 32. eodem modo parens filiã ſuam
dotare tenetur, quia in vtroque caſu eadem
fermè militat ratio, ſcilicet paupertas. Nam
filia propterea dotatur à patre, quia nihil
habet quo nubere poteſt, ſicut cliens gra-
tuitò tuetur ab aduocato, cùm nihil habeat
quod remunerare poteſt. Sed vbi ceſſat
paupertas, aduocatus non tenetur fruſtrà
patrocinari. Ergo nec parens, quando ceſ-
ſat paupertas cum filia, eam dotare tene-
tur.

Ex his & ſimilibus, quæ breuitatis cauſa
omittimus, concludendum videtur, quòd
pater non teneatur dotare filiam locuple-
tem.

Hanc partem tenent Alciat. *lib. 7. parerg.*
c. 3. Corraſ. *in l. 19. c. 35. de ritu nupt.* Connan. *li-*
bro 8 c. 8. Duar. *tit. de iure dot.*

PARS II. AFFIRMANS.

4 AFFIRMATIVAM † ſententiam tu-
endo ad prædicta in contrarium poſi-
ta in hunc modum poteſt reſponderi. Pri-
mò ad maiorem 1. argumenti propoſitio-
nem, nempè verum quidem eſſe, quòd pa-
ter iure extraordinario teneatur filiam do-
tare, *vt in d. l. 19. qui liberos.* (aliâs) *capite trigeſi-*
moquinto. modò actioni non cohæreat, hoc
eſt, extra ordinem. Sed extraordinarium
ius vel iudicis officium, quod in æquitate
conſiſtit, actioni cohæret, *vt in dict. leg. final.*
& leg. planè. Igitur ius, quo dos debetur fi-
liæ, in æquitate non conſiſtit, & ſic maior
propoſitio perfectè non procedit. Vnde
etiam minor huius argumenti propoſitio
poſſet confundi, ſed propter *d. §. cum propo-*
neretur, reſpondemus aliter, videlicet quòd
licet mulier ex fructibus, ex fideicommiſſa-
ria hæreditate perceptis, marito dotem
conſtituat, tamen nihilominus intelligitur
dotem dare de bonis paternis, & non de
ſuis, per text. *in leg. decimaquinta. quod de bonis.*
§. 3. quod auus. ad l. Falcid. quia iſta fideicom-
miſſaria hæreditas à patre eſt profecta, & fi-
liæ in fideicommiſſum data.

Ad ſecundum argumentum reſponde-
tur eius minorem propoſitionem negan-
do, non enim contra ius commune eſt in-
troductum, quòd pater cogatur filiæ do-
tem præſtare, quia id ipſum iuris commu-
nis eſt. Præterea quòd in *d. §. 21.* dicitur, non
obſtat, quia ibi tantùm probatur quòd col
latio non habeat locum, cùm adhuc pater
adoptiuus viuat, ex quo non ſequitur, quòd
filius vel filia nihil iuris habeat in bonis pa-
ternis.

Multò minùs † contrariatur *d. l. 2. §. 2.* 5
quia ibi cùm dicitur, quòd is improbus ſit,
qui de viuentis hæreditate ſolicitus eſt,
fit propterea quia improbum eſt, & naturæ
contrarium, quòd filius mortem patris
conſiderat, ſed ex eo non infertur quòd fi-
lius vel filia nihil iuris habeat in bonis pa-
ternis, imò in eis multum iuris habet, vt do-
cetur ex eo quòd pater velit nolit cogatur
filiæ legitimam relinquere. Item docetur
ex eo, quòd filius viuente patre quodam-
modo rerum paternarum dominus exi-
ſtat. § *ſui autem. Inſtit. de hæred. qualit. & differ.*
Et teſtatur Auſonius dicens:

Iuſta quidem ſeries patri ſuccedere verum,
Eſſe ſimul dominos gratior ordo piis.

Ad tertium argumentum reſpondemus,
quòd maior eius propoſitio non procedat,
quia ab † alimentis ad dotem non rectè de- 6
ducuntur argumenta, vt probatur per *l. ſi*
quis à liber. de agnoſc. & alend. liber. Vbi habe-
tur quòd mater teneatur alere filiam. At ex
eo † non ſequitur quòd cogatur dotare fi- 7
liam, contra textum *in leg. decimaquarta. ne-*
que. Cod. de iure dotal. cuius verba ſunt: *Neque*
mater pro filia dotem dare cogitur, niſi ex magna
& probabili cauſa, vel lege ſpecialiter expreſſa.

Item probatur ex eo, quòd liberi tenean-
tur præſtare alimenta parentibus, *d. l. ſi quis*
à liberis.

Attamen ex eo non docetur quòd liberi
teneantur dotem vel donationem propter
nuptias dare parentibus. Præterea poſito
quòd ab alimentis ad dotem benè argua-
tur, tamen illud procedit in caſu in quo in-
ter alimenta & dotem magna differentia
eſt, vt rectè tradit Bartol. *ad l. fin. de his quibus*
vt indign. hæredit. aufer.

At noſtro in caſu, in quo quæritur an pa-
ter filiam locupletem debeat dotare, inter
dotem & alimenta magna differentia eſt.
Alere enim non tenetur, quia aliâs filia lo-
cuples, cùm ſciret ſe alēdam à patre, ad ho-
neſtum exercitium non inuitaretur, ſi ve-
rò non ignoraret ſibi proprio ſumptu vi-
tam agendam, acu, lana, telaque laborando
victum & amictum acquireret, ac ſua bona
8 augeret. Dotare verò † pater filiam locu-
pletem cogitur, vt eò commodiùs & meliùs
nubat, quia intereſt Reipublicæ, vt mulie-
res nubant, *text. in leg. prima. ſol. matrimonio.*
& in lege ſecunda, de iure dotal. Sed filia quæ à
patre dotatur, & inſuper bona habet, quæ
ad maritum deferre poteſt, multò faciliùs
nubet.

Igitur cùm hoc ita ſit, & Reipubl. com-
modo eſſe poſſit, meritò filia locuples à pa-
tre eſt dotanda.

Ad quartum argumentum tollendum
poteſt repeti ſolutio ad I. oppoſitum data.
Et explicando *d. §. cùm proponeretur.* clariùs
poteſt reſponderi: videlicet in iſto § eſſe ca-
ſum, quòd parens inſtituerat hæredem fi-
liam ſuam, ſub ea conditione, ſi moreretur
ſine liberis, vt eādem velit reſtituere Titio.
Filia mortuo patre matrimonium contra-
hit, maritoq; ſuo centum in dotem conſti-
tuit. Poſtea ſine liberis decedens, hæredem
inſtituit maritum ſuum. Sed maritus cùm
non poſſit hæres eſſe propter Titium ſub-
ſtitutum, quærit an ſaltem dos ſibi ab vxo-
re data ſit detrahenda? Reſpondet IC.
quòd ſic, quia hoc patris voto, & mulieris
pudicitiæ conuenit, ſi verò mulier tantos
fructus ex hæreditate percepit, quibus dos
marito perſolui poteſt, tunc iſtā detractio-
nem ceſſare dicit. Iſte eſt verus caſus iſtius
§. Sed ex iſtis poſtremis verbis non poteſt
inferri, quòd filia propria bona habens te-
neatur ſibi ipſi dotem conſtituere, quia li-
cet fructus iſti ad filiam pertinebant, tamen
cùm ex eis dos conſtituitur, non tam ex bo-
nis filiæ, quàm patris conſtituta eſſe cenſe-
tur, quia iſta hæreditas ex qua fructus per-
cepti, non ab alio filiæ eſt obuenta, quàm
ab ipſo patre, & ſic principium conſideran-
do, à quo cauſatur dos, patrem & non filiam
dotem conſtituiſſe dicendum eſt, *vt proba-
tur in d. l. quod de bonis. § quod auus. ad l. Falcid.*

Reſpondemus ad V. argumentum, quòd
ea ſimilia non ſint, quæ in eo de aduocato
ad patrem extenſa ſunt, quia parēs non ſo-
lùm propter paupertatem tenetur dotare
filiam, ſicut aduocatus patrocinari, ſed et-
iam vt eò meliùs & honeſtiùs poſſit nube-
re, vt ſuprà dictum eſt.

Prædicta † confirmantur I. hoc modo: 9
Lex vbi non diſtinguit, nobis quoq; diſtin-
guere illicitum eſt. vulg. Sed leges de dotis
conſtitutione diſponentes non diſtinguūt
inter filias egenas & locupletes, ſed ſimpli-
citer ſtatuunt dotem filiabus à parentibus
deberi, *vt in d. l. 19.* Ergo, &c.

II. Confirmatur † per tex. *in l. fin. C. de dot.* 10
promiſſ. vbi eſt caſus quandò pater filiæ lo-
cupleti dotem dedit, & nihil expreſsè ad-
didit, quòd eam daret ex propriis filiæ bo-
nis, quòd tunc præſumatur, dotem ex ſuis
bonis eſſe conſtitutam. Verba textus ſunt:
*Sancimus, ſiquidem nihil addendum exiſtimaue-
rit, ſed ſimpliciter dotem vel ante nuptias dona
tionem dederit vel promiſerit, ex ſua liberalitate
hoc feciſſe intelligi, debito in ſua figura remanen-
te, &c.* Hanc legem tibi perpetuò pro huius
quæſtionis deciſione menti commenda
tam habe, etiam † pro maiori eius legis in 11
telligentia ſcias, quòd eius deciſio talis ſit,
vt quando pater dotem donationemue pro
ſuis liberis indiſtinctè promiſit vel dedit,
quòd tunc dotem vel donationem de ſolis
ſuis bonis dediſſe dicendus ſit. Si verò hoc
modo diſtinxerit: *Ex meis filiæque bonis dotem
donationemue do vel promitto:* quòd tunc ſub
diſtinguatur: aut parens penitus inops eſt,
aut non inops eſt. Si inops, quòd tunc ex fi-
liæ bonis in totum conſtituta cenſeatur: ſin
diues, quòd tunc in totum dos vel dona
tio ex bonis paternis ſit præſtanda. Addit
ibidem Imperator huius deciſionis ratio
nem his verbis: *Poterat enim ſecundum ſuas
vires dotem pro filia, vel ante nuptias donationem
pro filio dare, & conſentire filiis ſuis, quando vo-
luerint partem, vel fortè totam ſuam ſubſtan
tiam, quam habent, paternæ liberalitati, pro dote
vel ante nuptias donatione aggregare. Vt reuera
appareat, quid ipſe velit dare, & quid de ſubſtan-
tia filiorum proficiſcatur, ne dum effuſo ſermone ſe-
ſe iactet, in promptum incidat ſui periculum.*

Sanè licet hæc verba bona ratione niti
videantur, tamen ſi Leonis Nouellæ 21. fi
des eſſet adhibenda, diceremus diſtinctio-
nem in ea poſitā eſſe meliorem & æquio-
rem, quia licet parens nō expreſſerit, quan-
tum in dotem vel donationem dare ve-
lit, tamen propterea non eſſet coërcendus,
cùm hoc facilè per æqualis partis taxationē
ſciri poſſit, vt pulchrè declarat dict. Nouel.
in hæc verba: *Quamobrem et ſtatuimus, vt ſe-
cundū parētis verba promiſſorū ſolutio procedat, ac*

Digitized by Google

ipſoque ſolo, quando ſe ſolum daturum pollicitus eſt, promiſſum exigatur: quando verò cum filio ſe daturum promiſit, filius etiam ſolutioni obnoxius ſit, eaque ex æqualibus partibus, quando illæ definita non ſunt, fiat: ac tum ex inæqualibus etiam, quum vtrique certæ partes diverſæ aſſignatæ ſunt. Addit etiam ſuæ deciſionis rationem: *Quoniam ſæpe numero parens, quum ad diſpendium reſpicit, ideoque illud tempus, quod filio efficaciter promittendi poteſtatem facit, ineundo nuptialis contractus expectat, quod conducibile ſit filio perdit.*

Sunt alij qui putant ſpectandum eſſe, quonam iure pater dotem dederit, nam ſi tanquam tutor, vel bonorum adminiſtrator dotem filiæ præſtiterit, quòd tunc non præſumatur dotem de ſuis bonis dediſſe. VVurmſer. *1. obſeruat. 37. §. 2.* Sed ſi nulla ſit authoritas Leonis Nouel. vt vult Cuiac. *17. obſeru. 31.* tutius tibi erit prædictæ *l. fin.* obſeruare deciſionem.

III. Quòd pater filiam locupletem teneatur dotare, id ipſum etiam per alias leges cautum fuiſſe probatur *in d. leg. fin.* ibi: *neque enim incognitæ ſunt leges, quibus cautum eſt omninò paternum officium eſſe, dotem & donationem propter nuptias pro ſua progenie conſtituere.*

His verbis Iuſtinianus diſertè ſignificat, quòd per alias leges etiam cautum ſit, patrem oportere filiam locupletem dotare, quia diſponit de filia locuplete, & poſteà pro ſuæ deciſionis ratione prædicta verba addit. Vide etiam quæ de hoc articulo diximus infrà q. 22.

Concludimus quòd filia locuples à patre ſit dotanda.

Hanc concluſionem amplectuntur Azo Bart. Bal. Caſtrenſ. & alij *in d. l. 19. de ritu nupt.* eandem communiter ſequuntur Dd. *in leg. fin. C. de repud.* vt refert & ſequitur Gail. *2. obſeru. 95. nu. 14.* Idem Alex. *conſil. 7. nu. 11. vol. 2.* Borchold. *ad tit. de iure dot.*

QVAESTIO XVII.

An mulier obærato viro ſcienter nubens poſſit dotem conſtante matrimonio repetere?

SVMMARIA.

1 *Mulier obærato viro ſcienter nubens non poteſt dotem conſtante matrimonio repetere. contrà nu. 8.*

2 *Scienti & conſentienti non fit fraus neque iniuria.*

3 *Mulieri propter inopinatam viri inopiam ſuccurritur.*

4 *Creditor debitorem de fuga ſuſpectum accuſare non poteſt, ſi eius conditionem contractus tempore notam habuerit.*

5 *Fideiuſſor ſcienter pro homine & inope vel prodiga obligatus, nō habet actionem mandati.*

6 *Beneficium l. 2. C. de reſcind. vend. non habet locum in ſciente læſionem vltra dimidium iuſti pretij.*

7 *Cautela pro mulieribus obæratis viris nubentibus.*

8 *Mulierem contrahentem ſcienter cum viro obærato poſſe conſtante matrimonio repetere dotem, varia ratione ab Authore demonſtratur. & nu. ſeq.*

10 *Argumentum à maiori ad minus in iure validiſſimum.*

11 *Dotis conditionem mulier per pactum expreſſum deteriorem facere nequit.*

12 *Argumentum à pacto expreſſo ad tacitum hoc in caſu procedere Author defendit.*

13 *Iaſonis fundamenta Author refutat.*

14 *Nuptiarum cauſam Reipub. commodum reſpicere, & Iureconſultorum & Philoſophorum probatur authoritate.*

15 *Gailij diſtinctio ab Authore refutatur.*

PARS I. NEGANS.

PRo negatiua † huius quæſtionis ſententia primò hoc modo poteſt argumentari: Ceſſante cauſa propter quā lex ſe fundat, ceſſat etiam ipſa lex, *arg. l. adigere. §. quamuis. de iure patron.* Sed noſtro in caſu ceſſat ratio vel cauſa, propter quam lex tribuit vxori viro ad inopiam vergente, poteſtatem repetendi dotem, ſcil. iniuria vel incommodum quod aliâs vxori inferri cenſetur. Ergo etiā ceſſat ipſa lex. Minor probatur ex *l. 145. nemo videtur. de reg. iur.* ibi: *nemo videtur † fraudare eos qui ſciunt & conſentiunt.* Idem probatur *in c. 27. ſcienti & conſentienti. de reg. iur. lib. 6. l. 1. in fi. de act. emp. l. 1. §. 3. depoſ. l. 1. § 5. de aqua plu.* 1 2

II. Mulieri propter † inopinatam mariti inopiam ſuccurritur *l. 3. ſi is à quo. vt in poſſ. leg. l. pen. §. his illud quoque. C. de ſponſal.* Ergo vbi iſta inopia priùs à muliere eſt cognita & præuiſa, ei non ſuccurritur, quia tunc propter ſcientiam, perſonam moreſque mariti approbaſſe præſumitur, text. *in leg. 26. inter cauſas. §. ſecundo. abeſſe. mand.* ibi: *quia bonum nomen facit creditor qui admittit debitorem delegatum.* clatior text. *in leg. 16. ſi legibus. C. de Epiſc. audiend.* vbi eſt caſus quòd quando mulier ſcienter cōtrahit ſponſalia cū hæretico, q tunc à pœna non excuſet, ſin verò igno- 3

tanter contraxerit, quòd tunc ſit excuſanda. Idem eſt text. egregius *in l. 41. promittendo. §. 3. ſi à debitore. de iure dot. & in l. fin. C. de ſponſal.*

III. Facit in argumentum qund nntatur per Bart. *in d. l. ſi is à quo.* per illum text. *num. 2. & in d. l. fin. C. de ſponſal.* videlicet quòd creditor debitorem de fuga ſuſpectum accuſare nequeat, ſi eius conditionem contractus tempore notam habuit. Adde text. *in l. 13. qui bona, §. de illo. locat.* vbi probatur quòd inquilinis non detur actio ex cnnducto, ſi præſciuerint ædes eſſe vitioſas, ſecus ſi non præſciuerint, idem text. *in l. 3. qui ſatisdare. in fin. de fideiuſ.* Sic etiam determinat ſuper hoc caſu Pannrm. *in c. 2. de pignor. num. 3.* Iaſ. *in §. 1. num. 82. Inſtit. de act. & in l. 24. ſi conſtante. ſolut. matrimon.* Alex. *in conſil. 241. per ſpectus ſtatutis, num 2. volum. 6.* Ang. *in l. ſi ab arbitrio. §. qui ex cauſa. num. 2. qui ſatisda. cog. & in l. apertiſſimi. C. de iudic.* & Socin. *reg. 406. fal. 1.*

IV. Hæc pars fundatur ex eo, quòd fideiuſſor ſcienter pro homine inope vel prodign obligatus, non habeat actionem mandati, etiamſi diu fideiuſſionis nexu fuerit obligatus, *text. in l. creditores. de priuil. cred.* Bald. *in l. pro ea. per illum text. num. 1. C. mand.* Ratio eſt, quia ei non eſt ſuccurrendum, qui ſe vltrò neceſſitati exponit, *text. in l. 7. ſi fideiuſſor. §. ſi neceſſaria. qui ſatisdar. cog.* Canoniſt. *in c. quemadmodum. de iureiur.* Bar. & Doct. *in l. 24. ſi conſtante. ſol. matr.*

V. Mulier propter renunciationem priuilegij de repetendo dotē propter inopiam viri, non poteſt eam poſteà marito ad inopiam vergente tepetere, arg. eorum quibus probatur quòd mulier poſſit renunciare priuilegio dotis ratione aliorum creditorum. At mulier ſciens inopiam viri æquiparatur renuncianti, *text. in l. 1. § fin. de act. emp.* Ergo, &c.

6 Hoc † argumentum corrobnratur ex communi Doctorum ſententia, qna probatur quòd beneficium *l. 2. C. de reſcind. vend.* non habeat locum in ſcienti læſionem vltra dimidium iuſti ptetij, quia tali in caſu partim vendere, & partim alienare cenſetur, textus *in l. 14. quæritur. §. 9. ſi venditor. de ædil. edict.* Alex. *conſil. 127. vol. 2.* Dec. *conſil. 583. nu. 2.* vbi commune effatur.

VI. Adducitur text. *in c. decreuit. de hæret. libr. 6.* quem ad hoc allegat Alex. *in d. l. ſi conſtante.* probatur enim per iſtum text. quòd mulier ſcienter hæretico nubens, amittat dotem, & ea fiſco applicetur, quod aliâs non fieret, ſi ignoranter cum hæreticn contraxiſſet, vt latè diximus *in tractat. noſtro controuerſ. de bon. conſt. matr. acquiſ. quæſt. 14.* Eodem modo dicendum videtur quando mulier ſcienter conttahit cum viro obærato, quòd tunc nō habeat priuilegium repetendi dotem propter inopiam viri, quod aliâs habuiſſet.

Ex prædictis concludunt, quòd mulier obærato viro ſcienter nubens dotem conſtante matrimonio repetere non poſſit.

Hanc concluſionem tenent Cyn. *in l. vbi adhuc. C. de iure dot. quæſt. 4.* Dyn. Alber. Bald. Ang. Imol. Roman. Aretin. & Iaſ. *in dict. l. ſi conſtante.* vbi eam *num. 187.* magis cnmmunem eſſe aſſerit. Eandem dicit Gail. in puncto iuris eſſe veriorem, *2. obſeruat. 84. nu. 6.*

Huius cnncluſionis exceptio eſt, quoad cautionem quam muliet à viro ratione dotis exigit, quia licet mulier obęrato viro nubat, per hoc tamen non videtur remiſiſſe talem cautionem, *argu. l. Sabinus. §. ſed et ſi. communi diuid. & l. Labeo. cum l. ſeq. de aqua plu. arc. & eſt text. in cap. per veſtras. de donat. inter vir. & vxor. vt eum ad hoc allegant Alex. in d. l. ſi conſtante. num. 17. & ibid. Iaſ. num. 172.* Non obſtat quod de iure cōmuni fideiuſſores dotium reprobentur, *l. qui ita. §. 1. & l. cogi. §. idem quærit. ad SC. Trebel.* quia hoc non procedit in caſu inopiæ mariti, *text. in d. c. per veſtras. & ibi Panorm. nu. 13.*

7 Huc † pariter pertinet pulcherrima iſta cautela, in praxi propter hunc caſum maximè obſeruanda, quam tradit Epiſcop. Calagu. *in repert. ad Ioan. Lopez. in verb. maritus ſi malè nō adminiſtrat.* Videlicet quòd licet mulier non poſſit repetere propter hanc vel aliam cauſam dntem à marito, tamen eam repetere poteſt à creditoribus.

PARS II. AFFIRMANS.

8 SED † prædictis non obſtantibus æquitatis ratio, mulierumque fauor, affirmatiuam huius quæſtionis ſentētiam eſſe veriorem demonſtrant. Quare ad eam tuendam dicimus, minorem 1. argumēti propoſitinnem nnn eſſe veram, nam iſta regula qua dicitur, quòd ſcienti & cnnſentienti nnn fiat iniuria, in hoc caſu non procedit, quod dupliciter probatur. Primò quia mulier quando contrahit ſcienter cum viro obærato, non cnntrahit, vt cupiat renunciare priuilegio repetendi dotem, ſed vt cupiat hominem obæratum habere in maritum, in hunc enim conſentit, ad hunc animum applicat, diuitias non conſiderat, ſed ſolum virum expetit, reputans ſecum amorem

hone-

honeſtum non diuitiis ſed ſolis animis æſtimari, *l.3. de donat inter vir. & vxor.*

Neque credimus vllum ſani capitis exiſtimare, mulierem in ipſum maritum non duntaxat conſentire, quia abſurdum eſt dicere mulierem cum viro propter eius obærationem, vel inopiam contrabere, cum mulierum genus auariſſimum ſit, & aduerſa fortuna nunquam veniat in conſideratione, *leg. inter ſtipulantem. §. ſacram. de verb. oblig. & ibi not.*

Ideoque cùm eius animus ad nullum alium finem applicari poſſit, quàm ad ipſum matrimonium vel maritum, neceſſariò ſequitur quòd eius conſenſus vel animus ad alium caſum nõ ſit extendeodus. Nõ obſtat ſi quis diceret, mulierẽ ſcienter contraheotem cum viro oberato, videri etiam conſentire in hoc, vt non cupiat repetere dotem, quia cõſentiendo in matrimonium, videtur etiam conſentire in omne periculum & incõmodum, quod eius ratione accidit, quia reſpondetur hoc procedere, quoad perſonã ipſam. Quicquid enim infortunij marito accidit, illud patienter vxori eſt conferendum, ſecus verò quoad obærationẽ vel debita mariti, quia tali caſu ſpecialiter mulieri per legem prouiſum eſt, ne damnum ratione debitorum mariti patiatur.

Cæterùm ſi verum eſſet ꝙ hæc renunciatio totaliter cauſaret ex matrimonio, ſequeretur ꝙ non ſolùm ea quæ ſcienter cõtraxiſſet cũ viro obærato, huic renunciaſſe priuilegio præſumeret, ſed etiam ea quæ ignorãter contraxiſſet, quia vtroq; in caſu verum eſt matrimonium. Sed cõſequens aduerſarij opinatores ipſi noo admittunt. Ergo etiam antecedens admittere non cenſentur.

9 Secuodò † poſito quòd mulier ẽt conſentiat in hoc, vt non cupiat dotẽ repetere, ſed ea in perſoluendis debitis maritum coadiuuare, tñ adhuc iſte conſenſus nihil obſtaret, quia priuilegium repetẽdi dotem nõ datur duntaxat propter ipſam mulierẽ, ſed etiam propter Reipub. vtilitatem, cuius intereſt, vt mulieres ſint dotatæ. Et ſic poſito quòd per iſtum conſenſum vna tollatur cauſa: tamen cùm adhuc alia ſuperſit, dici non poteſt quòd priuilegium repetendi dotem ſit ſublatum, per text. *in l. ſi prius. de aqua plu. arc. & in l. ſi domus. de ſeruitut. ruſtic. præd.* & vide Dec. *conſ. 396. nu. 3.* Hęc ſolutio pulchrè corroboratur per ea quæ dicit Bart. *in l. 1. §. vſq. ideò. de iniur.* quod licet iniuria non inferatur conſentienti, iudex tameo agere poterit pro intereſſe publico, perinde ac ſi verè facta eſſet iniuria. Non contrariatur ſi quis diceret, ergo mulier renunciando priuilegio dotis propter neceſſariam cauſam, non videtur renunciaſſe priuilegio, cùm adhuc alia ſubſit cauſa, quia reſpondemus hæc ſentilia non eſſe, quando enim mulier renunciat priuilegio dotis ob cauſam neceſſariam, licitè renunciat, quia in eius commodum hoc fieri cenſetur, & conſequeoter Reſpub. ex tali tenunciatione non læditur.

Contraheodo autem cum viro obærato matrimonium, oon neceſſariò dotis priuilegio renunciat. Ergo, &c.

Antecedeus 2. arg. non probatur ex *d. l. 3.* qua cauetur quòd is qui ſcienter minus idoneos fideiuſſores elegit, caueri ooo poſſit, cùm ſibi debeat imputare quòd minùs idoneos elegerit, quia reſpondetur ex eo non ſequi, vt mulier ſcienter cum viro obærato contrahens non poſſit dotem repetere. Quia licet ſcienter cum viro contraxerit, eumque quoad dotis fructus & ſeruitium dominum conſtituerit: tamen ex eo, vt diximus, inferri non poteſt, quòd dotem quandocunque ei neceſſarium erit, repetere nequeat, quia hoc in caſu non ſumitur argumentum à perſonis ad res ipſas, putà ad dotem & ſimilia. Non igitur bene ex *d. leg. 3.* ad noſtrum caſum illatum eſt. Sed ſi quis velit hoc modo ex *d. l.* arguere: Mulier ſcienter cum viro obærato, malo vel prodigo contraxit. Ergo ſibi debet imputare, ſi poſteà ab eo malè tractetur. Hoc argumentum valeret.

Ad 3. & 4. arg. tollendum repete eaſdem ſolutiones, quas modò dedi ad 1. & 2.

Negatur aſſumptio 5 arg. prout eſt inducta, ſcilicet quòd mulier ſcienter viro obærato nubens, videatur renũciaſſe priuilegio dotis repetendæ, quia hoc ex *d. l. 1.* oon conuincitur, nam hoc in caſu mulieris ſcientia nõ plus operatur, quàm quod mulier inopia non obſtante, videatur plenè in virum conſenſiſſe. Non igitur aliter ex *d. l.* quàm hoc modo argumentari poteſt: Mulier ſcienter cum viro obærato contrahens, habetur pro conſentiente, vel ſuo diſſenſui etiam inopia non obſtante, renunciante. Sed hîc mulier ita contraxit.. Ergo, &c. Hoc modo argumentum & prædictam communem Doctorum opinionem ex *d. l. 1.* colligendo, prout in rei veritate colligi debet, noſtro propoſito non obſtabit.

Noo aduerſatur *d. c.* decreuit loco 6. arg. oppoſitum, quia per iſtud c. tantum pro-

batur, quòd dos ob delictum mulieris amittatur, cum mulier hæretico ſcienter nubendo delinquat, ſed mulier contrahendo cum viro inope non delinquit, quia matrimonia non diuitiis, ſed affectu contrahuntur, *l. fin. in princip. C. de repud. & l. fin. C. de donat. ante nupt.*

Prædictas ſolutiones confirmo hoc mo-
10 do: Argumentum † à maiori ad minus in iu-
re noſtro validiſſimum eſt, teſtante Gloſſ. *in
l. 2. in verb. adoleſcentia. C. in quib. cauſ. in integ.
reſtit. non eſt neceſ.* Nicol. Euerhar. *in loco à ma-*
11 *iori.* Hoc præmiſſo ſic inſtamus: Vxor † per
pactum expreſſum dotis conditionem de-
teriorem facere nequit, *text. in l. 14. de die. de
pact. dotal.* ibi: *De die reddenda dotis hoc iuris eſt,
vt liceat paciſci qua die reddatur, dum ne mulieris
conditio deterior fiat.*

Ex his verbis expreſsè probatur, quòd quidem mulier habeat poteſtatẽ paciſcendi ratione dotis, modò eius conditio ex pacto non fiat deterior, ſi verò fiat deterior, quòd tunc nõ habeat poteſtatem paciſcendi. Ad idem eſt text. *in l. 17. eo. tit.* cuius verba ſunt: *Quod ad diem reddenda dotis attinet, pacto exiſtimo meliorem conditionem mulieris fieri poſſe, deteriorem non poſſe.* Idem eſt text. *in l. 7. iurigentium. §. 5. quinimò. de pact.* Ex quibus legibus perſpicuè oſtenditur, quod per pactũ expreſſum mulier non poſſit dotis conditionem deteriorem facere, ergo multò minus per pactum tacitum, quod eo ipſo (vt diſſentientes aſſerunt) cenſetur fieri, quando mulier ſcienter dotem dat viro inopi.

12 Neq; † obſtat quorundam Doctorum ſo-
lutio, qua dicunt argumentum à pacto ex-
preſſo ad tacitum hoc in caſu non procede-
re, *argum. l. fin. in princip. C. de bon. quæ lib.* vbi
probatur quòd expreſſa repudiatio filij de
hæreditate ſibi delata, non prẹiudicet patri,
tamen repudiatio reſultans per lapſum tẽ-
poris à lege communi, municipali aut à in
diće ſtatuti bene præiudicat patri, *l. fin. quis
ord. in bon. poſſeſſ. ſer.* quia ad hoc poſſumus re
ſpondere: quòd tacita renunciatio per ne-
gligentiam inducta magis prẹiudicat quàm
expreſſa, & hoc videtur ſpeciale propter ſo
lam negligentiam, *vt in d. l. fin.* Sed hanc ſo-
lutionem videtur Iaſ. nobis rurſus contra
prædicta obtrudere, dicit enim: licet mu-
lier per pactum expreſſum non poſſit dotis
conditionem deteriorem facere, tamen re-
ſpectu negligentiæ per pactum tacitum po-
teſt.

Vnde mulier noſtro in caſu contrahendo cum viro inope, videtur per tacitum pactum renunciare priuilegio dotis, & ſic ſibi præiudicare quod per pactum expreſſum non poterat. At huic obiecto ita obuiare valemus, quòd mulier coniungendo ſe viro inopi neque tacitè neque expreſsè ſuo priuilegio renunciet, cùm eo reſpectu eum egeno non contrahat, vt cupiat dotis priuilegium perdere, ſed vt ex honeſto amore petat eum in matrimonium, ex quo facto eſt potiùs laudanda & præmianda, quàm ſuo priuilegio priuanda.

Addit præterea † Iaſ. *in d. l. ſi conſtante. nu-* 13
mero 186. duas rationes, quas contra noſtram
demonſtrationem dicit multùm ſtringere.
Primam inducit à maiori ad minus, dicens:
ſi mulier crediderit marito dando ſibi cor-
pus ſuum, debet multo magis fidere illi de
dote quam dedit.

Secundam dicit eſſe quod ratione retentæ dotis vtriq; daretur occaſio adulterandi Has duas rationes dicit ſe decidere ex textu *d. cap. per veſtras.* pro noſtra parte adducto. Sed errat Iaſon, errat inquã longè, cùm ſuæ rationes adeò parum ſtringant, vt vix aliqua indigeãt refutatione, mulier enim cùm dat viro corpus ſuum ſecundum legem à Deo coniugib. præſcriptam, meritò etiam ei dat dotem, ſecũdum ſtatutum vel legem hoc in caſu conditam, vt *d. c. per veſtras.* decidit, & nos non oppugnamus. Sed colligere, vt Iaſon. Mulier dat viro corpus ſuum, ergo multò magis viro ad perdendum vel conſumendum dotem ſuam videtur dediſſe, eſt planè erroneum, nam ſi iſta cõſequentia eſſet vera, neceſſariò in antecedenti eſſet ponendum, quòd mulier in eundem modum viro corpus ſuum dediſſet, quod eſſet abſurdum.

Secundam rationem vt pariter tollamus, dicimus ſi illa vera eſſet, quod tunc ſequeretur, mulierem nullo vnquam tempore ex cauſa inopiæ poſſe dotem repetere. Sed cõſequens eſt falſum. Ergo etiam prædicta ratio (vt eam intelligit Iaſon) eſt falſa.

Cæterùm † expreſsè facit pro hac opi- 14
nione quod ſuperius monuimus, videlicet
Reipub. intereſſe, vt mulieres ſuas dotes
ſaluas habeant, vt *in l. 1. ſolut. matrimon.* deter-
minatur, ibi: *Dotium cauſa ſemper & vbiq; præ-
cipua eſt, nam & publicè intereſt dotes mulieribus
conſeruari, cùm dotatas eſſe fæminas ad ſobolem
procreandam, replendamq; liberis ciuitatem, ma-
ximè ſit neceſſarium.* Idem eſt text. *in l. 2. de iu-
re dot. & in l. 7. §. 3. de bon. damn.* Hinc etiam
Reipub. naſci dicimur, *leg. 1. §. 15. de ventre in
poſſ. mit.* & conditionem viduitatem indu-

cens

cens Reipub. vtilitati repugnate fertur, tex. *in l.64. in fi. de condit. & demonſt.*

Quæ eadem ſententia non inconcinnè Philoſophorum authoritate probatur, Ariſtotelis videlicet *2. Politic. 7.* Plutarch. *in Laconicis & in Lycurgo.* Catulli *ad Himenaũ.* Hierocles *in lib. de nupt.* vbi ait primam & præcipuam ſocietatem eſſe, quæ per nuptias initur, addit rationem: quia ciuitates ſine familiis eſſe non poſſunt, & familia innupti manca eſt, integra autem & perfecta illius, qui nuptus fuerit.

Vnde non immeritò Spartani mulctam ſtatuêre, vt refert Ariſto in ſuis commentariis, primam non ducenti vxorem; alteram ſerò ducenti: tertiam & grauiſſimam illi qui malam duxerit.

Deniq; cùm hic caſus quibuſdam dubius videtur, dotis cauſam neceſſariò præcipuã & fauorabiliorem eſſe iudicare debemus, per tex. *in d. l. 1. & eſt text. in l. 70 ambiguis. de iure dot.* dicens: *In ambiguis pro dotibus reſpondere melius eſt, cum id dotis fauor exigat. text. in l. 9. §. 1. eod. tit. l. 1. ſol. matr. l. vlt. C. ad S.C. Velle. l. 12. C. qui pot. in pign hab.*

Huius partis veritas etiam ex eo apparet, quòd cautio mulieri per maritum oblata, de dote reſeruãda & reſtituenda, non excludat mulierem à remedio *l. ſi conſtant. ſol. matr.* etiamſi mulier expreſsè in eam cautionem conſenſerit. Ratio eſt, cùm non ſit æquum, mulierem ſe committere fragilitati cautionis, vt eſt commune Doctorum reſponſum, teſte Alexand. *in d. leg. ſi conſtante. colum. 8. verſic. item in quantum. & vide Bartol ibid.*

Ex prædictis concludimus, quòd mulier obærato viro ſcienter nubens poſſit dotem conſtante matrimonio repetere.

Huic aſſentiunt concluſioni Bart. *in dict. l. ſi is à quo. §. fin. num. 2. & in d. l. ſi conſtante. numer. 22. & ſequenti.* vbi eandem tenent Cyn. & Anton. Alexand. *in d. leg. ſi conſtante. num. 17.* Panorm. *in d. c. per veſtras. num. 15.* & alij *dd. loc.* Idem ſentit Campez. *tract. de dote. part. 3. q. 25.*

15 Pro † huius conflictus concordia diſtinguit Gail. *d. obſeruat. 84. nu. 7.* videlicet quod pars negatina procedat, quando mulier plene viri inopiam exploratam habuiſſet. Partem verò affirmatiuam tum demum obtinere aſſerit, quãdo mulier cum viro de dilapidatione populari tantum rumore ſuſpecto contraxiſſet.

Sed tu dic abſque fuco iſtam diſtinctionem eſſe erroneam, mulier enim quãdo ex populari duntaxat rumore ſcienter nubit viro obærato, non dicitur ſcienter nubere, quia talis rumor nullam facit inopiæ ſcientiam. Non igitur opus fuiſſet Gailio mulierẽ ex rumore duntaxat ſcienter contrahentem, in quæſtionem trahere, cùm ne dubium quidem ſit inter Doct. hanc propter viri inopiam dotem repetere poſſe.

Non obſtat ſi quis diceret ex rumore tamen aliqualem naſci præſumptionem, quia reſpondeo hoc in caſu non aliqualem præſumptionẽ, ſed integram plenamq. requiri ſcientiã, cùm pœna maximè hoc in caſu nõ ſit extendẽda, ſed abbreuianda. Quòd verò hoc in caſu perfecta non ſit ſcientia, probatur ex eo, quod ignorantia regulariter præſumatur, niſi probetur ſcientia, *text. in l. 21. Verius. de probat. & in §. quod autem. Inſtit. de legat.* Sed per rumorem non probatur ſcientia, *not. in l. 18. teſtium. C. de teſtib. & in cap. licet ex quadam. de teſtib.* Ergo præſumitur ignorantia.

Prætereà maritus, vxore ignorantiam allegante, tenetur probare ſcientiam inopiæ, vt probat Iaſ. *in d. l. ſi conſtante. num. 186.* quem refert & ſequitur Gail. *d. loc.*

Sed per rumorem vt diximus non probatur ſciẽtia. Ergo habetur vxor pro ignorante, etiamſi per rumorem audiuerit virum eſſe obæratum.

Vel pone per famam aut vulgi opinionem, alicuius probari inopiam ſecundũ Azonem *in ſumma de iure dot.* Dyn. *in d. l. ſi conſtante.* Iacob. de Arena *in l. paupertas. de excuſa tut.* & ſimiles, & fateberis prædictam diſtinctionem non procedere.

Non igitur diſtinguit Gail. neque vllam concordiã facit, ſed in effectu non magis infert, quàm quod mulier ſciẽter viro obærato nubens nõ poſſit repetere dotẽ, ignoranter verò poſſit, q; vltimum nemo oppugnat. Iccirco neceſſariò abſq; vlla diſtinctione vel affirmatiua vel negatiua tenẽda eſt ſententia. Sed reiecta negatiua ſecundũ iudicium meum tibi affirmatiuam elige, quam ſi vltimam legum medullam reſpexeris, veriorem & æquiorem eſſe iudicabis.

QVAESTIO XVIII.

Mulier tradens vel promittens omnia ſua bona indefinitè marito in dotẽ, an cenſeatur huiuſmodi bona indiſtinctè, vel pro mariti dignitate bonorumque ſuorum quantitate in dotem dediſſe?

Svmmaria.

1 *Mulier indefinitè dotem conſtituens, cenſetur omnia ſua bona in dotem dediſſe, contrà num. 9.*
2 *Authoritas Philoſophorum quandoq; in iure arctat.*
3 *Dare eſt dominium transferre.*
4 *Dotis definitio.*
5 *Vniuerſale ad ſe trahit accidentale, & nu. 8.*
6 *Actus indefinitus æquipollet vniuerſali.*
7 *Dignum magis ad ſe trahit minus dignum.*
10 *Bartoli collectio in leg. 23. de iure dot. reprobatur.*
11 *Ariſtotelis authoritas quoad dotis conſtitutionem reprobatur.*
12 *Proprietas verborum non attenditur inter laicos.*
13 *Dos per verbum, Do, cenſetur conſtituta, etiam non adiecta quantitate.*
14 *Dotis cauſam non reſpicit quòd expreſſè in dotem datum non eſt, & nu. 15.*
16 *Vniuerſalia per ea duntaxat augentur, quæ ex eis procedunt.*

PARS I. AFFIRMANS.

Mulierem præſumi omnia bona in dotem dediſſe.

1 QVOD per † indefinitam dotis promiſſionem omnia vxor cenſeatur in dotem dediſſe bona, per ſubſequentia fundamenta videtur probari. I. Ius ciuile rectè conſtituit, in promiſſione quę ratione dotis fit, non eſſe neceſſariam dotis adiectionem, tex *in l. 23. quia autem. l. 30. dotem. & leg. 40. Diuus. de iure dot.* Ratio eſt, quia dos quando indefinitè eſt promiſſa, cenſentur omnia bona ab vxore marito in dotem data, vt ibid. Bart. & alij ſentiunt.

2 II. Et † dictam *l. quia autem.* ſecundum Bar. opinionem eſſe intelligendam, ſummi Philoſophi confirmatur authoritate, *in Topic.* vbi habetur quòd mulier nubens omnia ſua bona in dotem, etiam abſq; traditione dediſſe videatur. Ergo à Bartoli opinione non eſt recedendum, cùm Ariſtotelis authoritas tanta ſit, vt etiam eam ipſi Iuriſconſulti ad ſuas ſententias comprobandas allegare non erubuerint, vt videre eſt *in l. 36. ſi pater. de ſolut.*

3 III. Dare † eſt dominium transferre, tex. *in l. 25. vbi autem. § fin. de verb. obligat. l. 34 quod autem. in verb. dationem. de iure dot. §. ſic itaque. Inſtit. de action.* Ergo mulier vbi huiuſmodi verbo vtitur, videtur viro omnia ſua bona in dotem dediſſe.

Hinc nõ immeritò Doctores diſtinguunt inter dationem & traditionem, videlicet, aut mulier vſa eſt verbo dationis, aut traditionis.

Priori caſu mulier transfert omnium bonorum ſuorum dominium in maritum per iura ſuprà allegata. Poſteriori vero caſu mulier non transfert dominium, niſi iuſta aliqua & idonea præceſſerit cauſa, propter quam traditio ſequeretur, *l. 31. nunquam nuda. in princip. de acquir. rer. dom.* & vide Bal. *ad l. fin. num. 8. verſic. ſed quid ſi tradidit. C. de ſent. quæ ſine cert. quant.* ſequitur Bald. Phanuc. de Phan. *in tractat. de lucro dot. gloſſ. 10. num. 46.*

IV. Dos † eſt ius continens quicquid à 4
muliere vel eius patre traditur marito, vel pro tradito habetur propter matrimonij onera ſuſtinenda. Bart. *in rubric. ſolut. matrimon. num. 21.* & ibi communiter Doct. Socin. *conſil. 57. caſus legis. num. 4. volum. 1.* Ergo quando mulier ad ſuſtinenda matrimonij onera, omnia ſua bona marito confert, intelligitur indiſtinctè ea in dotem dare.

V. Quod † eſt vniuerſale reliqua particu- 5
laria, quæ non ſunt excepta, ad ſe trahit, ſecundum regul. quòd quicquid non inuenitur exceptum manere ſub regula debeat. Dec. & Doct. *ad leg. 1. de regul. iur.* Atqui dos eſt vniuerſale quiddam. Igitur reliqua bona quæ non ſunt exeepta ad ſe trahit. Aſſumptionem probamus hoc modo: Actus † indefinitus æquipollet vniuerſali. *Iaſ. in leg. 19. ſub prætextu. num. 5. C. de tranſact. l. 4. ſed et ſi. §. quæſitum. num. 33. ſi quis caut. l. 83. ſi fundum. § ſi libertus. num. 2. de leg. 1.* & hoc maximè in fauorabilibus. *Iaſ. in l. 4. placet. numer. 6. de lib. & poſthu.* cuiuſmodi præcipuè dos eſt, *leg. 1. vbi Doct. de ſolut.* Sed hîc dos per actum indefinitum eſt promiſſa. Ergo, &c.

VI. Probatur † hæc ſentẽtia ex communi 6
Doct. theorica, qua dicitur quod magis dignum ad ſe trahat minus dignum, *c. 2. quod. in dubiis. de conſecr. Eccleſ.* & vide Tiraquel. *de retract. prox. §. 1. gloſſ. 7. num. 81. & §. 30. gloſſ. 2. num. 1.* potentius minus potens. Panorm. *in cap. 33. cum non ſit, in 3. notab. de dec.* Tiraquel. *in cap. ſi duo. de offic. deleg. lib. 6.* & maior pars minorem, *leg. 1. vbi Salyc. & Doct. c. vbi de hæred. l. 50 ſi fideicommiſſum. in princip. & §. 1. de iudic. Tiraquel. d. tractat. § 36. gloſſ. 3. num. 6.* Sed dos indefinitè promiſſa eſt dignior, potentior, & maior aliis bonis, *argument. l. 1. & ibi Doctor. de rei vend. & in rubric. C. de inoffic. te-*

ſtatu. & de petit. hæred. Igitur alia bona ad ſe trahit.

VII. Si verum eſſet quod omnia bona ab vxore ad maritum tranſlata, non cenſerentur totaliter in dotem data, ſequeretur quòd mulier in omnibus bonis non haberet priuilegium, *l. 12. aſsiduis. C. qui pot. in pign.* & ſimilia doti conceſſa.

Sed conſequens eſt abſurdiſſimum, quia mulier plerunque aut nihil, aut certè parum bonorum in initio ad matrimonium confert, poſteà verò ei obueniunt hæreditates ex ſucceſſione parentum, cognatorum, aut aliundè, in quibus ſi aduerſa opinio procederet, mulier dotis priuilegium non haberet, quod dicere eſt abſurdum. Conſequens igitur cum abſurdum ſit, antecedens etiam abſurdum eſſe inficias iri nequit.

8 VIII. Natura † vniuerſalium eſt quòd recipiant augmentum, *leg. 20. item veniunt. de petit. hæred.* Sed dos eſt quiddam vniuerſale, vt ſuprà probatum. Igitur debet recipere augmentum, hoc eſt, omnia bona quæ vel ante matrimonium, vel eo durante mulieri obuenerunt, *vide auth. æqualitas. verb. augmentum. C. de pact. conuent. & §. eſt & aliud. in verb. augeri etiam dotes. Inſt. de donat.*

Ex his & aliis, quæ breuitatis cauſa omittimus, concludendum videtur, quòd mulier dans vel tradens omnia ſua bona marito, videatur omnia ſua bona ei in dotem dediſſe, maximè ſi dationis verbo vſa fuerit.

PARS II. NEGANS.

9 CONTRARIAM † vti æquiorem & in iure magis fundatam opinionē eligendo, reſpondemus ad I. argumentum, quòd ex *d. l. 23.* nō poſſit probari quòd dote indefinitè promiſſa, cenſeant omnia bona in dotem data: dicit enim ibi ſimpliciter, quod in promiſſione vel ſtipulatione dotis adiectio non ſit neceſſaria. Ratio eſt quia ſecūdum dignitatē viri, & quantitatem bonorū mulieris dos cenſet conſtituta, & ideò dos licet hominis prouiſione nō ſit determinata, tamen cùm legis prouiſione ſit certa, parùm intereſt an definitè vel indefinitè à muliere ſit cōſtituta. Sunt textus hoc probantes *in l. 69. cum poſt diuortium. §. 4. gener à ſocero. de iure dot.* ibi: *Dotis interim quantitas pro modo facultatum patris, & dignitate mariti conſtitui poteſt.* & *in l. 60. quæro. eod. tit.* vbi Celſus I C. ait, quòd modus conſtituēdi dotem ex facultatibus mulieris, & dignitate mariti ſit petendus, & vide omninò quæ diximus ſuprà *q. 15.*

Et hæc eſt veriſſima *d. l. 23.* ratio, quòd dotis adiectio non ſit neceſſaria. Colligere † autem ex *d. l.* ſecundum Bart. quòd omnia bona cenſeantur in dotē data, minus iuri conuenit, imò oppugnat expreſsè *d. §. 4. & l. 60.* ideoq; prędictum argumentum ſecundum Bartoli collectionem illatum minimè obſtat. 10

Secundò reſpondetur quòd *d. l. dotem. & d. l. dum.* procedant, quando mulier in primo matrimonio bona omnia, aut partē eorum in dotem dedit, quia tunc præſumuntur eadem bona ſecundo viro in dotem data, Angel. *in §. fuerat. Inſt. de action.* Alex. *in conſ. 122. volum. 3.*

Neq; † confirmatur contraria pars in 2. arg. ex authoritate Ariſtotelis (modò dictum hoc eius authoritati ſit aſcribendum, veriùs enim eſt, eſſe Ciceronis *in Topic.* & per Ariſtotelis interpretem ei additum) quia iſta hoc in caſu non ſolùm Doctorum authoritate oppugnatur, ſed etiam expreſſis legibus refutatur, *text. in d. leg. 69. cum poſt. § 4. d. l. 60 gloſſ. in l. 73. de iure dot.* Bald. *in leg. fin. num. 8. verſic. ſed quid. C. de ſent. quæ ſine certa quant. profer.* Alexand. *conſilio 144. circa primum dubium. numer. 1. volum. 5.* Ang. *in l. 1. ſolut. matrimon.* Caſtr. *in auth. præterea. num. 2. C. vnde vir. & vxor.* Salyc. *in d. l. mulier. & in leg. fin. per illum text. C. de repud.* Et ideò hóc in caſu nullius videtur eſſe momenti, Bald. *d. leg. fin.* Bartol. *in quæſt. mulier habens magnum patrimonium, nu. 15.* & eſt tex. *in c. conſideremus. auth. de trient. & ſemiſſe.* 11

Quod dicitur in eodem argumento, Bartolum fuiſſe in contraria opinione, falſum eſſe oſtenditur per Alexandrum *in dict. conſil. 144. numer. 3. verſic. nec obſtat. volum. 5.* quia contrariam opinionē diſputando tantum cōmemorat, & poſteà in noſtram ſententiam reſidet. Et licet in contraria etiam fuiſſet opinione; tamen cùm talis opinio expreſſis oppugnatur legibus, non eſſet attendenda.

Reſpondemus ad antecedens 3. argumēti, quod verbum illud, *Dare*, accipiatur hóc in caſu impropriè pro tradere, nō enim mulier dando dotem transfert dominium in maritum, vt plenè conſtat per text. *in l. 30. in rebus. C. de iure dot.*

Præterea † iſta proprietas verborum non attenditur inter laicos, verborum proprietatum ignaros, *l. 9. regula. in princip. de iur. & fact. ignor. l. 2. in fin. de iure fiſci.* Et ideò verba non tàm ſecundum eorum proprietatem, quàm ſecundum vulgatem & com- 12

munem loquendi modum ſunt interpretanda, Bal. *ad l. 1. nu. 9. C. de ſeru. fugiti. & eſt text. in leg. 31. ſi ita quis. in fin. de euict. & in cap. 41. ſecundo requiris. de appellat. cap. 15. in his. & in cap. 6. intelligentia. de verbor. ſignificat.* quibus in locis dicitur quod verba menti & intentioni demonſtrandæ, non autem ex contrario intentionem verbis deſeruire oporteat. Idē notat Panor. *in c. 4. nam concupiſcentiam. nu. 3. de conſtit.* & vide de hoc Bal. *in c. 1. in princip. de ſucceſſ. feud.* Paul Leon. *in tract. ſubſtit. in materia compendioſa ſubſtit. num. 292. & Matth. de Afflict. in d. c. 1. nu. 143.* Eſtq; commune Doctorum placitum, quod verba ſecundum vulgarem loquendi vſum ſint intelligenda; atteſtante Mar. Salomo. *in repetit. l. omnes populi. col. pen. de iuſt. & iur.*

13 Sed his † non obſtantibus animaduerte, quod verius ſit dotem per verbum, *Do*, cenſeri cōſtitutam, prout expreſsè tenet Bal. *in l. fin. col. fin. C. de ſent. quæ ſine certa quant.* vbi dicit quod ſi in inſtrumento contineatur: Berta cōtraxit cū Titio, deditq; ei bona ſua: quod intelligantur ipſa bona data viro in dotem. Idem Bal. *in l. 4. nulla. C. de iure dot. Alex. in conſ. 144. col. 2. ver. non obſtat. vol. 5. Rom. in conſil. 44. col. 2. Ang. in l. 1. col. 2. ſol. matr.* & Rol. à Vall. *in tract. de dote. q. 72.* vbi dicit hanc ſententiam ab omnibus videri approbatam.

Reſpondemus ad IV. argumentum conſequētiam eius intrepidè negando, quia ex definitione in antecedenti poſita, nō ſequitur quod ratione onerū matrimonij omnia bona indiſtinctè in dotem data videantur:
14 Ratio † eſt, quia nihil ad cauſam dotis ſpectare intelligitur, niſi quod nominatim vel expreſsè in dotem datum eſt, *leg. 10. ſi ego. §. dotis autem. de iure dot. l. fin. §. eodem modo. C. de repud.*

Ideoque licet admittamus, quod dos ſit ius continens quicquid à muliere vel eius patre marito traditur, &c. tamen hoc reſtringendum eſt ad illud quod nominatim vel per legem, vel per hominem in ea expreſſum eſt. Hocq; ex ipſa regula in contrarium allegata dilucidè conuincitur: ſi enim verū ſit, quod quicquid non inuenitur exceptum ſub regula manere debeat, ſequitur neceſſariò illud quod exceptum eſt ſub regula non conſiſtere. At cùm dos ſecundum dignitatem mariti, & facultates vxoris conſtituta eſt, cætera bona ſunt excepta. Ergo, &c.

Ad minorem VI. argumenti reſpondemus, concedendo dotem cæteris bonis eſſe digniorem, ſed ex eo ſequi quòd cætera bona ad ſe trahat conſtanter negamus. Nam quod dos melior & præſtantior eſt cæteris bonis, hoc duntaxat procedit quoad iſta bona quæ in dotem data ſunt, & non quoad cætera bona, quæ in dotem tradita non ſunt, atq; ideò cætera bona ſecundum communem iſtam Doctorum theoricam (quæ hoc in caſu locum ſibi non vendicat) ad ſe trahere nequit.

Minor VII. argumenti apertè falſa eſt. Nam ſi abſurdum non ſit, quòd mulier nullam dotem marito conferat, & nihilominus nuptiæ conſiſtant. *l. fin. §. eodem modo. C. de repud.* abſurdum profectò non erit, vt mulier viciſſim nullum in bonis mariti priuilegium habeat.

Nam † priuilegio dotis illis tantum in bonis locus relictus eſt, quæ reuera marito in dotem tradita ſunt vel promiſſa, *eſt text. hoc probans in dict. leg. 12. aſſiduis. in fin. verſic. cum enim. C. qui pot. in pignor. hab.* ibi: *ſi tamen reipſa fuerint pariter mariti data.* 15

Ergo ſi non reipſa fuerint mulieri res dotales datæ, nō habebit mulier in eis priuilegium. Fac etiam optimè text. *in l. 1. C. de dote caut. non num. & auth. ſed quæ nihil. C. de pact. conuent.* vbi probatur, quòd donatio propter nuptias ei mulieri nō competat, quæ ex dote etiam promiſſa nihil marito præſtitit: clarior text. eſt *in auth. ſed iam neceſſe. verſ. ſi enim. C. de donat. ante nupt.*

Quod in † maiori 8 arg. propoſitione dictum eſt, naturam vniuerſalium eſſe, vt augmentum recipiant, *d. l. 20. item veniunt.* procedit quoad ea duntaxat quæ ex ipſis vniuerſalibus cauſantur, vel oriūtur, vt (exempli cauſa) fructus quæ ex re dotali naſcuntur accedunt doti. Item partus ancillarum in dotem datarum augent dotem, *text. in l. 32. ſi marito. § fin. ſol. matr. Ioan Campeẓ. in tractat. de dote. part. 1. q. 4 nu. 3.* 16

Ratio eſt, quia ex re in dotem data procedunt, ideoq; diſponit tex. *in d. l. item veniunt. in princ.* quòd res quę hęreditatis cauſa comparatæ ſunt, veniant in hæreditatem, non autem quæ hæreditatis cauſa comparatæ non ſunt. Cum igitur ea duntaxat bona quę ex re dotali procedunt, doti accedant, neceſſariò ſequitur quòd cætera bona, quæ ex ea non procedunt, dotem etiam non augeant. Nam quæ per ſe veniunt & conſiſtunt, alteri rei acceſſionis loco non cedunt, niſi ſpecialiter eidem ſint adiecta, *l. 23. in rē actio. §. item quæcunq;. verſic. at in his corporibus. de rei vendic. & c. 1. §. econtrario. & ibid. Doct. de inueſt. de re alien. fact.*

Quam-

Digitized by Google

Quamobrem cùm prædicta argumenta nõ obſtent, tutiùs & ęquiùs videtur, vt iſtam q̃ ſuprà dedimus ſententiam obſeruemus, vtpotè quando mulier indefinitè omnia ſua bona marito in dotem tradit, quòd tunc videatur dos conſtituta ſecundum qualitatem bonorum mulieris, & dignitatem mariti, per text. *in d. §. 4. & d. l. 60.*

Cuius ſententiæ aſſertores mecum ſunt Bald. *in l. nulla. C. de iure dot.* Alex *conſi. 122. nu. 9. & conſ. 147. nu. 2. volum. 7.* Iacob. Thoming. *quæſt. illuſt. deciſ. 18. num. 9.* Roland. à Valle. *in tractat. de lucro dot. q. 73.* vbi ab hac ſententia in iudicando non eſſe recedendum ait. Et vide quæ diximus ſuprà *q. 15.*

QVAESTIO XIX.

An bona vxoris nulla dotis mentione facta, ad maritum illata, cenſeantur dotalia?

SVMMARIA.

1 *Vxoris bona ſine dotis mentione ad maritum illata, cenſentur dotalia, contrà nu. 8. eiuſdem exceptio. nu. 15. & ſeq.*
2 *Vxoris bona triplicia.*
3 *Dos eſt acceſſorium quiddam ad matrimonium.*
4 *Patientia in his quæ iuris ſunt conſenſum operatur.*
5 *Dos peculij inſtar eſt.*
6 *Peculium ſola patientia conſtituitur.*
7 *Dotem in bonis immobilibus mulier minor conſtituere nequit.*
8 *Contractus qui in facto conſiſtunt in dubio nũquam celebrari præſumuntur.*
10 *Variabile quod eſt non præſumitur.*
11 *Vir indotatam ducere præſumitur, ſi contrahat abſq; dotis mentione.*
12 *Potentia nihil operatur, niſi actus potentiæ effectum inducens ſequatur.*
13 *Patientia reuerentiæ vel obſeruantiæ cauſa facta conſenſum non inducit.*
14 *Mulierum genus auariſſimum.*
16 *Libellus quo exigitur dos à muliere ſecundò nubenti.*

PARS I. AFFIRMANS.

1 AFFIRMATIVAM huius † quæſtionis videri amplectendam ſentẽtiam I. hoc modo probatur. Cui cõuenit definitio dotis, ei cõſequenter conuenit definitum, *l. 1. §. 1. de dolo. l. omnis definitio. de reg. iur.* At iſto in caſu, in quo vxoris bona abſq; dotis mentione ad maritum ſunt illata, militat dotis definitio. Ergo, &c. Aſſumptio probatur hoc modo: Conſtat quod dos ſit ius continens quicquid à muliere vel eius patre, traditur marito vel pro tradito habetur, propter onera matrimonij ſuſtinenda. Bart. *ad rubr. ſol. matr. nu. 21. & ibi communiter Doct.* Igitur licet mulier non exprimat ſe bona ſua in dotem dare: tamen cùm quicquid à muliere ad maritum illatum, ratione onerum ſuſtinendorum ſub dote contineatur, non eſt neceſſe vt dotis mentio fiat.

II. in † *l. 21. maritus. C. de procuratorib.* Doct. 2
communiter triplicia mulieri conſtituunt bona, & inter ea diſtinctionem faciunt, de quibus etiam pulchrè diſſerit Alexand. *in conſil. 144. num. 4. volum. 5. circa primum dubium. & in conſil. 42. ſuper præmiſſo. num. 15. volum. 2.* Bald. *in conſil. 478. quadam ſunt res. per tot. volum. 5. & conſ. 276. verba ſtatutorum. nu. 4. volum. 3.* videlicet, dotalia, paraphernalia, & receptitia.

Sed ſi veritati conſonaret, quòd bona mulieris ad maritum ſimpliciter illata, non cẽſerentur dotalia, ſequeretur quod hæc bonorum diſtinctio à Doctorib. facta non valeret, quia omnia bona indiſtinctè ad mulierem pertinerent. At conſequens eſt falſum, vt ipſi Doctores fatentur. Ergo & antecedens.

III. Traditione conſtituitur dos, tex. *in l. 46. quemadmodum. de iure dot.* Ergo vbi mulier viro tradit bona, videtur dos conſtituta.

IV. Dos † eſt quiddam acceſſorium ad matrimonium, cùm ſine ea eſſe non poſſit, per 3
text. *in leg. 3. dotis appellatio. de iure dot.* ibi: *vbicunque igitur matrimonij nomen non eſt, nec dos eſt,* idem text. *in leg. prim. & ſecunda. de regul. iur.*

Sed acceſſorium regulatur ſecundum naturam ſui principalis, *leg. 2. C. per quas perſ. nob. acq. l. & 2. de pecul. c. acceſſorium. de reg. iur. in 6.* Ergo ſicut matrimonium nudo conſenſu contrahitur: ſic etiam videtur dos nuda bonorum traditione conſtituta.

V. In † his quæ iuris ſunt, patientia con- 4
ſenſum & traditionem operatur, *l. 46. quemadmodum. de iure dot. l. pen. de ſeruit. l. ſeruitutes. in princ. de ſeruit. vrban. præd.* At dotis nomen iuris eſt. *Gloſſ. in leg. 5. quod dicitur. de impenſ. in rebus dot. fact.* Ergo mulier ſinendo virum vti bonis ſuis videtur dotem tradidiſſe.

VI. Dos † peculij inſtar eſt, *d. l. quod dici-* 5
tur. & ibi gloſſ. Sed † peculium ſola patien- 6
tia conſtituitur, text. *in leg. 49. non ſolum. de*

pecul. Ergo dos etiam ſola mulieris patientia conſtituitur.

VII. Dos incerta ſi promiſſa ſit, debetur, *text. in l. 69. cum poſt. §. 4. gener. de iure dot.* Ergò multo magis dos ipſi marito à muliere conſtituta videri debet, ſi vxor res ſuas vito tradiderit, *d. l. 46. quemadmodum. §. traditione*, eundemq; rebus ſuis patiatur vtifrui, *arg. l. 2. C. ſi quis alt. vel ſibi.*

VIII. In ambiguis pro dote interpretatio facienda eſt, *l. 70. in ambiguis. de iure dot. & l. 85. de reg. iur.* idque fauor dotis exigit, *l. 1. ſolut. matr. l. vlt. C. ad SC. Velleian.* Ergo cum hoc in caſu de dote ambigatur, pro dote iudicandum eſt.

IX. Facit optimè in argumentum, quod dicitur *in c. 21. ſi quis enim. Nouell. 22.* videlicet virum non facilè vxorem repudiare, vbi dos conſtituta eſt. ideoq; vt hoc incommodum euitemus, ſufficit dotem videri conſtitutam.

Huc accommoda quæ ſparſim diximus in quæſtione præcedenti. Ex prædictis concludunt, quòd bona vxoris abſq; dotis mentione facta ad maritum illata cenſeantur dotalia.

7 Huius † concluſionis exceptio eſt quoad mulierem minorem, ratio eſt, quia mulier in minori ætate conſtituta, non poteſt quidem expreſsè bona ſua immobilia in dotem dare, nedum tacitè, *l. 22. lex quæ tutores. in princip. C. de adminiſtrat. tut. not. in l. 62. Titia. de iure dot.*

PARS II. NEGANS.

8 PRÆDICTA † concluſio licet quibuſdam probabilis videatur, tamen cõmunem non deſerẽdo opinionem, negatiuam ſequentibus ſolutionibus & fundamentis defendendã ſuſcipimus, & ad ea quæ ad minorem I. arg. propoſitionẽ probandam ſunt allegata, reſpondemus, quòd illa procedant quoad iſta bona quæ nominatim in dotem data ſunt, vt ſuprà in præcedenti quæſtione ad quartum argumentum reſpondimus.

Ad omnem autem cauillationem tollendam melius eſt, vt dotem definiamus, eſſe rem per vxorem vel eius nomine, marito ratione matrimonij traditam vel promiſſam. Zaſ. *ad rubr. ſol. matr.* Hæc definitio eſt melior, ex qua nihil aduerſus noſtram opinionem inferri poteſt.

II. Argumentum rectè intellectum, non obſtat, nam quòd Doctores diſtinguunt inter bona mulieris, fit eam ob cauſam, vt quando dos conſtituta eſt, ſciatur quibus in bonis mulier maiorem poteſtatem habeat, ſciaturque vnde bona mulieri obuenta, ſed quando dos conſtituta non eſt, hæc diſtinctio non eſt neceſſaria, quia tunc omnia bona mulieris indiſtinctè eius eſſe cẽſentur. Ideoque non ſequitur bona vxoris ſimpliciter ad maritum illata, non cenſentur dotalia: ergo diſtinctio bonorum vxoris à Doctoribus facta non valet, quia iſto in caſu Doct. nullam ſtatuêre diſtinctionem, ſed duntaxat in eo quando dos conſtituta eſt.

Non contrariatur III. argumentum, quia nuda traditione non conſtituitur dos, niſi dotis mentio vel determinatio anteà facta ſit, vt ex ipſa *l. 46.* in contrarium allegata conuincitur, nam ibi dicitur traditione rei dotalis conſtituitur dos, non alterius rei in dotem haud datæ.

Soluitur etiam hoc modo, nimirum thema noſtrum non loqui de traditione (de qua in except. dicemus) ſed de nuda illatione. Ideoque licet concedamus traditione conſtitui dotem: tamen cum thema noſtrum de traditione non loquatur, non obſtat.

Ad V. argumentum reſpondetur, quòd plus in eo concludatur, quàm ex præmiſſis conuincitur, nam præmiſſa duntaxat probant, ꝙ dos ſit acceſſoria ad matrimonium, & quod matrimonium nudo cõſenſu contrahatur. Cõcluditur verò: ergo nuda traditione conſtituit' dos, quæ concluſio falſa eſt, debebatur enim ſic cõcludi: ergo ſicut matrimonium nudo conſenſu contrahitur, ſic ẽt dos nudo conſenſu conſtituitur, cùm acceſſorium reguleť ſecundum naturam ſui principalis, quæ concluſio per ſe bona eſt, & nobis non obſtat.

Poteſt etiam hoc modo reſponderi, quòd licet dos non poſſit eſſe ſine matrimonio, matrimonium tamen cum poſſit eſſe ſine dote, non ſequi vt contracto matrimonio dos eſſe incipiat.

Reſpondetur ad maiorem V. argumenti, in qua dictum, patientiam in his quæ iuris ſunt conſenſum & traditionem operari, quod hoc procedat in indiuiduis. At dos à matrimonio eſt ſeparata, cùm matrimonium ſine dote poſſit conſiſtere.

Retorquendo 6. argumentum poteſt reſponderi, quòd eum patrimonium vxoris, eius proprium ſit peculium, multò melius eſſe, dotem non eſſe conſtitutam, vt peculium ab vxore non auferatur.

Ad 7. argumenrum reſpondemus, quòd ideò dos indefinitè promiſſa valeat, quia ad certam & definitam quantitatem referri poteſt. Sed vbi nulla dotis mentione facta, mulier bona ſua marito tradidit, dos ad certam quantitatem referri nequit, & ideò nõ valet, eum ſtipulatio protſus eo in caſu inutilis ſit, *l.1. C. de dot. promiſſ.*

Quod in 8. argumento dictum eſt, in ambiguis pro dote eſſe iudicandum, procedit quando dos ſemel conſtituta eſt, *dict. l. 6. ad exactionem. Cod. de dot. promiſſ.* Sed dos noſtro in caſu nondum conſtituta eſt. Ergo, &c.

Non obſtat 9. arg. nam licet nulla dos cõſtituta ſit, tamen vir vxorem repudiare nequit, *d. cap. 21.* maximè cum matrimonium poſſit eſſe ſine dote. *Gloſſ. in d. c. 21.*

Prædictę ſolutiones I. hoc modo pręmu-
9 niri poſſunt. Contractus † qui in facto conſiſtunt, *l. 7. conſil. in fin. de curat. furioſ.* in dubio nunquam celebrari præſumunt͛, ſed legitimam omninò probationem deſiderãt, *l. 15. quæcunq. §. fin. de public. in rem act. l. vnic. C. de mand princ. l. 1. C. de probat.* At dotis cõſtitutio eſt genus quoddam contractus, *tot. tit. C. de dot. promiſſ. l. 6. dotis promiſſio. de iur. dot. tot. tit. de pact. dot.* quod in facto conſiſtit, *l. eas. de cap. dim.* Bald. *ad leg. 4. nulla, in princip. in lect. antiq. C de iure dot.* Phanue. de Phan. *d. tractat. de lucro dot. gloſſ. 10. numer. 38. verſic. ſed caue.* Ergo in dubio nunquam præſumitur conſtitutio dotis, ſed legitimam probationem deſiderat.

10 Item † quod eſt variabile non præſumitur. Sed dos eſt variabilis, quia quandoq; maior cõſtituitur, quandoq; minor, aliquando in rebus, aliquando in pecunia. Ergo in dubio non præſumit͛ conſtituta. Vide Cyn. ad *l. 1. C. de contrahen. & commut. ſtipul.* Item tituli non præſumuntur. *§. alia. Inſt. de act.* Sed dos eſt titulus. Ergo, &c.

11 II. Quandoeunq; † mattimonium contrahitur nulla dotis mentione facta, vit indotatam vxorem ducere intelligitur, Bart. *in d. q. nu. 15. ad fin. verſ. ſecundo caſu. text. ſecundum eum. in l. fin. C. de repud.* Sed noſtro in caſu matrimonium abſq; vlla dotis mentione facta contractum eſt. Ergo, &c.

12 III. Sola † potentia nihil operatur, niſi ipſe actus potentiæ effectũ inducens conſequat͛ Bart. *d. q. n. 6. in fi.* Ioan. Andr. *in c. 50. actus legitimi. in princ. de reg. iur.* Ergo licet obiiciatur, mulierem habere poteſtatẽ dandi viro ſuo omnia bona in dotem, tamen cum iſti potẽtiæ actus legitimus, per quem conſenſus declaratur, non accedat, ipſa potentia nihil operatur.

IV. Ex dote incettè promiſſa nulla cõpetit actio, *l. 1. C. de dot. promiſſ.* Ergo multò minus vbi nulla promiſſa eſt, *l. qui vas. §. 1. de furt. l. 1. §. quæ oneranda. & ibi gloſſ. quar. rer. act.*

V. Quando † quis patitur ab aliquo reue- 13
rentiæ ac obſeruantiæ cauſa, ipſa potentia cõſenſum nõ inducit, *l. 1. in fi. C. de bon. mater. & c. 16. ſi verò. Nouel. 22.* Sed quòd mulier patitur à viro vtifrui bonis ſuis, reuerentiæ ac obedientię cauſa facit. Igitur talis patientia conſenſum non inducit.

VI. Cùm † mulierum genus auariſſimum 14
ſit. Zaſ. *in l. 3. nõ ſolum. verſ. quid autem. ſol. matr.* & potius ſemetipſum obligare, quàm aliquid dare ſoleat, *l. 16. ſi à ſponſo. §. quod ſi ſponſa. C. de donat. ante nupt.* non eſt præſumendum, mulierem viro ſuo adminiſtrationẽ rerum ſuarum concedendo, *l. obligationum. §. placet de act. & oblig.* videri bona ſua in dotę dediſſe.

VII. Ad huius opinionis comprobationẽ adduci poteſt, ꝙ matrimonium ſine dote conſiſtere poſſit, vt ſuprà diximus, & probat͛ *in l. 11. iubemus. in princ. C. de repud.* Quodq; ad poſitionem actus matrimonij non ſequatur poſitio actus dotis, q ab actu matrimonij ſeparari poteſt, *l. 20. pro hærede. §. ſi quid tamen. de acquir. hæred. l. 5. naturalis. §. at cum. de præſcript. verb.* Vnde neceſſariò decidẽdum eſt, quod contracto matrimonio, dos tacitè conſtituta eſſe non prȩſumatur, eum matrimonium à dote poſſit eſſe ſeparatum.

VIII. Eſt tex. pro hac parte *in l. vnic. iunct. auth. ibid. C. de diuort.* vbi matrimonium ſine dote eſſe cenſetur, quamuis mulier matrimonium contrahens bona habeat. Iſtum text. ad hoc ponderat ibid. Salyc.

Ex prȩdictis vera promanat concluſio, ꝙ bona vxoris abſque dotis mentione ad virum illata, non cenſeantur dotalia.

Huic concluſioni communiter Doct. ſubſcribunt, vt teſtatur Iacob. Philip. Port. *conſi. 83. nu. 1. & 2.* Roland à Vall. *q. 71. num. 2. & 10.* quos refert & ſequitur Thoming. *d. deciſ. 30. num. 21.*

Huius † concluſionis exceptio prima eſt, 15
vt non procedat in vidua ſecundò nubenti, modò priori viro dotem dederit, ea .n. cenſetur eadem dote denuò nubere, per text. *in l. 40. diuus. & in l. 31. dotem quæ. de iure dot. l. pen. §.*

uxor.ſol.matr.l.20.cum maritus.§.Titius.de pact. dotal. vide Bart. *in q. mulier habens magnum patrim.in ſolut.contrar.in princ.* Bald. *in l.nulla. verſ.tamen habes.C.de iure dot.* Roland. à Vall. *d. tractat.quaſt.75.nu.1. & 6.* Huius exceptionis replicatio eſt, niſi mulier ex priori matrimonio liberos habeat, tunc enim maritus tantum lucratur ratione dotis, quantũ vnns ex liberis primi matrimonij, cui minus per diſpoſitionẽ vltimæ voluntatis relictum eſt, *text.in l 6.hac edictali.in princ. C.de ſecund.nupt.& 19.ſi conſtante.C.de donat.ante nup. & in c.31. de augmentis. Nouel. 22. vide Bartol. d. quaſt.*

16 Et † tu marite obſerua quòd aduerſus mulietem, in hoc caſu dotem tibi denegantem, ad hunc modum agere poſſis. Domine Iudex cùm iuris ſit, quòd mulier ſecundò nubẽs eadem dote, ſibi in primo matrimonio conſtituta, nupſiſſe præſumatur: Iccirco cùm Berta, post ſecundum meenm contractum matrimonium, mihi eandẽ dotem q̃ priori viro attuletar, iniuſtè deneget, peto hnmiliter à vobis vt Bertam meam vxotẽ, ad prædictam dotem mihi dandam, ſimnl cum intereſſe expenſarumq; teſuſione cõpellatis, nobile veſtrum officium ſuper hoc humiliter implorando. Saluo, &c.

17 Secunda † exceptio eſt, niſi muliet contractus matrimonij tempore diceret, ſe bona ſua nouo marito tradere aut committere, Bald. *ad l.fin.num.8. verſ.ſed quid ſi tradidit. C.de ſent. quæ ſine cert. quant. profert.* Cauſam addimus, quia tunc ex ratione ſubiectæ materiæ & inſtantis matrimonij, cauſa dotis facta præſumitur, Bald. Nouell. *in tractat. de dote, part. 6. 14. priuileg.numer.3.verſic. ſi autem nulla.* vbi arguit à præſumpta dotis promiſſione, de qua traditur *in leg. 24. quod autem de iure dot.* ad traditionem per *l. fin. C. ad leg. Falcid.* Cuius exceptionis replicatio eſt, niſi dos ſit cõſtitura, quia tunc per traditionem bonorum non cenſetur mulier magis in dotem dare, vel nouam conſtituere dotẽ, cum hoc in dubio nõ præſumatur, *d. l.19.* Secunda replicatio eſt, vt dicta exceptio non procedat quoad omnia vxoris bona, ſed quoad ea duntaxat quę ſecundũ vxoris facultatem viriq; dignitatem in dotem traduntur, cùm dos indefinitè tradita vel promiſſa ſecnndum hunc modum conſtituta cenſeatur, *text. in l.69. cum poſt diuortium. §. gener à ſocero. de iure dot.* & vide quæ diximus in quæſtione præced.

18 Tertia † dictæ concluſionis exceptio eſt ſecundum quoſdã, niſi maritus vxoris bona, ea ſciente & patiente, tanquam dotalia poſſideat. Ratio eſt, quia talis patientia in certam contractus ſpeciem cadit, & vxoris conſenſum inducit. Cyn. *in leg.17.inuitus. C. de procurat.* Dyn. *in c.is qui tacet.de reg.iur. lib.6.* Thoming *illuſt.quaſt.q.30.num.34.*

Sed videtur reprobanda per ea quæ diximus *in tractat. noſtro controuerſ. de lucro dot. quaſt.42.*

Quartò † excipitur, niſi per conſuetudinem cenſeretur mulier dotem dediſſe. 19
Roland. *tract.de lucro dot.q.71.nu.11.* quem refert & ſequitur Phanuc. *eod. tract. gloſſ. 10.nu. 38.verſ.aduerte.*

Quinta † exceptio eſt, niſi mulier eſſet 20
plebeia, maritus verò in dignitate conſtitutus, Dec. *in conſ.521.nu.8.* Soc. *in conſ. 81. nu.6. vol.3. Alex.conſ.122.vol.7.Fulgoſ.in conſ.133.*

QVAESTIO XX.

Pater ſi filiam ſuam alicui nuptui tradat, eiq; duo prædia cõſtituat, quorum vnum in dotem dedit, alterum verò ei tacitè vtendũ reliquit, quæritur ſi iſta filia mortuo marito ad ſecundas tranſeat nuptias, eique pater eandem dotem conſtituat, quam ei in priori matrimonio conſtituerat, an vnum iſtud prædium, tacitè in priore matrimonio vtendum relictum, ad ſecundum matrimonium translatum cenſeatur?

SVMMARIA.

1 *Prædium citra dotem in priori matrimonio adiectum cenſetur etiam adiectum in ſecundo, contrà nu.5.*
2 *Pacti taciti exceptio per temporis diuturnitatem inducitur.*
3 *Dominium non impedit error in venditione, quò minus emptor illud conſequatur.*
4 *Legatum non impedit error demonſtrationis.*
5 *Dotis menſuram in priori matrimonio conſtitutæ, pater in poſteriori matrim. non poteſt minuere.*
6 *Error iuſtus in vſucapione operatur.*
8 *Matrimonium non dotibus celebratur, ſed perſonarum affectione.*
9 *Intellectus Authoris ad l.26.de probat.& l.69. de iure dot.*
10 *Interpretatio l.9.§ 4.de iur.& fact.ignor.*

11 *Praſcriptio ſine bona fide nihil operatur.*
12 *Permiſſum in vno, in cæteris intelligitur prohibitum.*
13 *Veritas magis conſideranda, quàm opinio falſa.*
14 *Nemo aliquid dixiſſe præſumitur, quod priùs mente non agitauerit.*
15 *Dominium ex errore non transfertur.*
16 *Habendi verbum ad illud duntaxat referendum quod iuſtè haberi poteſt.*
17 *Pilei diſtinctio reprobatur.*

PARS I. AFFIRMANS.

1 PARTEM affirmatiuam † quòd cenſeatur dominium translatũ, pro maiori huius quæſtionis declaratione I. hoc argumento confirmamus: Maritus non eſt defraudandus commodo earum rerum, quo deficiente matrimonium non contraxiſſet, *l. ſi ducturus. § ſi quis indebitum. de cond. & demonſt.* Sed veriſimile eſt maritum hoc in caſu matrimonium nõ contraxiſſe, niſi anteà parentem etiam ſibi iſtud prædium dotis occaſione relicturũ credidiſſet. Ergo, &c.
II. Thema noſtrum loquitur, quòd pater eandem dotem filiæ ſecundò contrahenti dederit, quam dedit ratione prioris matrimonii. At ratione prioris matrimonii præſumitur patrem duo iſta prædia filiæ in dotem dediſſe, quia diu tacuit, & alterum prędium ab ea nunquam reuocauit, text. *in l. 26. Procula. de probat.* melior text. *in leg. ſexageſimanona, cùm poſt diuortium. in princip. de iure*
2 *dot.* cuius verba ſunt: *Cùm † poſt diuortium viro ſciente mulier in poſſeſſione prædiorum, quæ in dotem promiſit, longo tempore fuerit, conueniſſe tacitè videtur, ne dos quæ promiſſa fuerat, petatur.* Ex quibus verbis apertè conſtat, quòd ex temporis diuturnitate taciti pacti inducatur exceptio. Iccircò cùm parens diu tacuerit, & permiſerit priori viro frui huiuſmodi prædio, in dotem anteà expreſsè haud dato, videtur poſteà per tacitum pactũ in dotem dediſſe, & conſequenter mulieri ad ſecunda vota tranſeunti etiam conceſſiſſe.
III. Plùs valet quod eſt in opinione, quàm quod eſt in veritate, *text. in leg. 15. is qui putat. de acq. vel amitt. hæred.* ibi: *nam plùs eſt in opinione, quàm in veritate.* Ergo licet in rei veritate pater non dederit prædictum prædium filiæ ſuæ in dotem: tamen cum opinabatur ſecundus maritus, patrem ratione prioris matrimonii, dictum prędium in dotem dediſſe, iſta opinio debet plùs valere, quàm ipſa veritas, hoc eſt, quòd pater illud in dotem non dederit.

Quartò † error ab vna parte intercedens, 3
puta emptoris, vel ab vtraque parte, *leg. 36. cùm in corpus. de acquir. rer. dom.* non impedit quò minùs emptor dominium conſequatur, nimirum ſi emptor putaret ſe emere rem à non domino, cùm tamen dominus eſſet, tunc iſto errore non obſtante, emptor dominium conſequitur, quod aliâs conſecututus non fuiſſet, eſt textus hoc probans *in leg. 9. regula. §. 4. qui ignorauit. de iur. & fact. ignor.*

Atqui hîc error ab vna parte, ſcilicet ſecundi mariti intercedit, qui verè putauit ſe occaſione matrimonii etiam alterum prædium, quo prior maritus fruebatur, acceptutum. Ergo iſto errore non obſtante, dominium quoad fructus iſtius prædii verè in maritum tranſit. Ad hoc argumentum
corroborandum † facit quod dicitur *in §.* 4
proximè. Inſtit. de legat. & in l. 33. falſa demonſtratio. de condit. & demonſt. quibus in locis probatur, quòd error falſæ cauſæ, vel demonſtrationis non impediat legatum. Ad idem facit quod dicitur *in l. 97. Clodius. de acquiren. hæredit.* vbi probatur, quòd errans non poſſit repudiari.
V. Pater † non poteſt expreſsè prioris do- 5
tis menſuram diminuere, *text. in Authen. ſed quamuis. C. de rei vxor. act.* ibi: *non tamen licet ei* (patri) *filia denuò nubente, diminuere priorem dotis menſuram.* Ergo multò minùs præſumitur patrem tacitè ademiſſe, *leg. 14. qui ad certam. locat.*
VI. Licet quis diceret per prædicta non poſſe probari, dominium prædii in ſecundum maritum non fuiſſe translatum: tamen iſtud ipſum per præſcriptionem maritum eſſe nactum inficias iri nequit. Neque
obſtat † quòd quidam dicunt, errorem in 6
vſucapione non prodeſſe, quia hoc non procedit, vbi error iuſtus reperitur, vt eſt text. *in l. 3. hominẽ. & l. fin. pro ſuo.* vbi ſi quis iuſtam traditionis cauſam eſſe putauit, valet traditio, aliâs non.

Ex his & ſimilib. videtur concludendum: quod non ſolùm vnum prædium expreſsè in priori matrimonio in dotem datum, ſed etiam alterum tacitè conceſſum ad ſecundum maritum translatum cenſeatur.

PARS II. NEGANS.

CVM † ipſa rei veritas per ſubauditos ar- 7
gumentorũ intellectus euerti non poſſit, *fac. tex. in l. 23. filio quẽ pater. de libe. & poſthu. & l. 8. ſi fortè. de caſtrenſ. pecul.* prædicta argum. in contrarium allegata ſecundum nos hoc

modo reſoluas. Ad minorem I. argumenti propoſitionem reſponde, quòd veriſimile non ſit, maritum aliâs matrimonium non contracturum, niſi alterum prædium ſe accepturum crediddiſſet, cùm quia hoc in dotem non fuit datum, & igitur maritus ſecundus, cùm ſit priori dote contentus, non habet vltrò aliquid poſtulare, tùm etiam quia matrimonium non dotibus vel bonis, ſed earum quæ coniunguntur perſonarum affectione celebretur, *tex. in cap. 4. neque illo. Nouel. 18. in fin.* cuius verba ſunt: *Dotem etenim celebrāt nuptiæ, nuptias autem dotes non faciunt, ſed coniunctorum affectus. text. in l. 15. cui ſuerit. de condit. & demonſt. l. 32. cùm hic ſtatus. §. 13. ſi mulier. de donat. inter vir. & vxor. leg. 30. nuptias. de reg. iur. Nouel. 74. c. 4. I. ſufficiat. 27. q. 2. c. 14. cui locum. de ſponſal.* ibi: *matrimonium autem ſolo conſenſu contrahitur, & vide quæ de hoc plenè diximus in tractatu noſtro controuerſ. de lucro dot. q. 13.*

9 Ad ſecundum argumentum † reſponderi poteſt, quòd *d. l. 26. de probat. & l. 69. de iure dot.* determinent ſuper alio caſu, à noſtro propoſito longè diuerſo. Nam *in d. l. 69.* erat dos promiſſa, & poteſtas eam exigendi viro conceſſa, ſed cùm vir poſt diuortium longo tempore tacuerit, dotemque non exegerit, videtur nouo pacto tacitè introducto, priori contractui renunciaſſe. Sed noſtro in caſu ratione alterius prædii nullus contractus initus eſt, ſed ex paterno amore ad aliquale tempus conceſſum, Ergo pater contractui, qui nunquam fuit, non videtur renunciaſſe, vel nouum tacendo iniuiſſe, cùm nullam aliam ob cauſam taceat, quàm quòd illi adhuc placeat, vt filia ſua prædio tacitè ſub conditione, quamdiu non reuocabit, conceſſo fruatur. Et licet thema noſtrum expreſsè huius conditionis mentionem non faciat: tñ patrem tacitè ſub hac conditione prædium filiæ vtendum reliquiſſe, non eſt dubium, cùm prius dotem conſtituerit, & deinde prædium reliquerit, quod eſt manifeſtiſſimum ſignum, patrem non voluiſſe hoc prædium in dotem dare, ſed tantùm in initio ad tempus concedere, quò melius & honeſtiùs vitam in coniugali ſtatu agere poſſent, cùm principium plerunq; hoc in caſu coniugibus graue & difficile ſit.

Ad tertium accedendo argumentum, dicimus generalem iſtam regulam in maiori poſitam noſtro in caſu non procedere, nam hic dici non poteſt, maritum putare patrem etiam alterum prædium filiæ ſuæ in dotem dediſſe, cùm hoc aliter ex inſtrumento dotali in priori matrimonio facto potuerit cognoſcere.

Eodem penè modo ad quartum argumentum poteſt reſponderi, in qua dictum, maritum verè putare ſe occaſione matrimonii alterum prædium accepturū. Nam quòd hoc opinari non poſſit, apertè cõuincitur ex inſtrumento dotali in priori matrimonio facto, ſcit enim quòd parens dote iam conſtituta ſibi vltrò non ſit obligatus.

10 Præterea † *d. l. 9.* regula principaliter loquitur in emptore & venditore, hoc verò in caſu nulla emptio vel venditio interceſſit, & ideò diſpoſitum in emptore in marito locum habere nequit. Quòd verò emptori lex ſuffragetur, dicaturque plus eſſe in re, quàm in exiſtimatione mentis, eam ſit ob cauſam, quia emptor certiſſimè putauit ſe à vero domino rem emere, & ideò ſuccurrit lex emptori, ne iniuſtè damnum patiatur, talem autem noſtro in caſu non ſubeſſe rationem, ſuprà ſatis demõſtrauimus. Ideòque cùm non ſubſit eadẽ legis ratio, eadem quoq; legis diſpoſitio ſubeſſe nequit, *l. adigere. §. quamuis. de iure patronat.*

Cæterùm quòd in *d. l. 33.* dicitur, errorem falſæ cauſæ vel demonſtrationis non impedire legatum, noſtram demonſtrationem nõ oppugnat. Nam ibi certè legatum relictum erat, & ſaltem in eius demonſtratione erratū, ideòque fauore vltimæ volũtatis talis error non impedit legatū: hic verò alterum prædium in dotem haud datum, ſed ſaltem ratione paterni amoris filiæ indefinitè ad tempus tacitè relictum. Et ſic videtis quòd noſter caſus à priori ſit longè diuerſus, & conſequenter diuerſum ius ſtatuendum.

Quòd in quinto argumento dictum eſt, non oppugnamus, cùm hoc per ſeueritati conſentaneum ſit. Sed dicere patrem recipiendo alterum prædium diminuere tacitè priorem dotem, id per ſe falſiſſimum eſt, cùm nunquam hoc in dotem dederit.

11 Non † contrariatur ſextum argumentum, quia hîc præſcriptio locum habere nequit, cùm non ſubſit iuſtus error vel bona fides, qua deficiente, præſcriptio nunquam procedit, *arg. d. l. 3. hominem. & l. fin. pro ſuo. l. Celſus. de vſucap. l. 1. pro donat. l. 2. pro legat. §. error. Inſtit. de vſucap.* maximè de iure canonico, per text. *in c. fin. de præſcript. c. malefidei. de reg. iur.* hocque procedere tã in realibus vitiis, quàm perſonalibus, probat Socynus *conſ. 187. verſ. præterea. circa col. 8.* Et ius ciuile

hoc in

hoc in caſu per ius canonicum eſſe corre-
ctum, ait Zaſ. *ad l. 13. Pomponius. §.1. cùm quis.*
de acquir. vel amitt. poſſeſ.

Licet iam mi frater extortis aduerſario
rum telis, tibi armis non opus ſit, tamen ad
certiſſimum victoriæ finem obtinendum,
hæc tibi ſume. I. Quod in vno permittitur,
in cæteris prohibetur, *l. 12. cùm prætor. in prin.*
de iudic. Sed vnum prædium in dotem dari
pater permiſit. Ergo alterum in dotem dati
prohibuit.

13 II. Magis † conſiderandũ eſt, quòd eſt in ve-
ritate, quàm quod in eius falſa opinione,
tex. in §. 11. ſi quis rem ſuam. Inſt. de legat. ibi: *nam*
plus valet quod in veritate eſt, quàm quod in opi-
nione. At pater in veritate alterum prædium
nnn dedit in dotem. Ergo illud magis con
ſiderandum, quàm falſa opinio ſecũdi ma-
riti. Iam poſito maritũ opinari, alterum p̃
dium in priore matrimonio etiam fuiſſe in
dotem datum, tamen cùm iſta opinio erro-
nea ſit, aduerſus veritatem nihil operatur.
III. Pater præſumitur tantùm de his ſen-
ſiſſe bonis, quæ donauit, vt perpetuò penes
maritum ſint. Ergo de aliis, quæ tali modo
conceſſa non erant, non videt̃ ſenſiſſe. An-
tecedens probatur *in l. 44. ſi fundus. de legat. 3.*
l. 32. debitor. de pign. cuius verba ſunt: *Reſpon-*
dit eos duntaxat, qui hoc animo à domino inducti
eſſent, vt ibi perpetuò eſſent, non temporis cauſa ac-
commodarentur, obligatos.

Iureconſultus interrogatus, an omnes
ſerui à debitore in prędium inducti ſint ob-
ligati creditori? Reſpondit eos duntaxat; q
eo animo à debitore in prædium inducti
ſunt, vt perpetuò ibi manerent, non eos qui
temporis cauſa accommodati ſunt. Nos ſi
Iurecõſultum interrogaremus, an duo iſta
prædia, de quibus nobis inſtituta eſt diſpu-
tatio, in dotem data eſſe cenſeantur, abſq;
dubio eodem modo nobis reſponderet, il-
lud duntaxat prædium in dotẽ cenſeri da-
tum, quod eo animo marito ratione vxoris
cõceſſum eſſet, vt p̃petuò, hoc eſt, ad vitam
vxoris illius maneret, non verò iſtud quod
ad tempus conceſſum eſſe reperiretur.
IV. Non exiſtimatur patrem dixiſſe, ſe il-
lud in dotem dediſſe, de quo anteà mente
14 nõ † agitauit, *text. in l. 7. Labeo. ad fin. de ſupel.*
leg. ibi: *nemo exiſtimandus eſt dixiſſe, quòd non*
mente agitauerit. Et paulò poſt. *nõ videri quen-*
quam dixiſſe, cuius non ſuo nomine vſus ſit. Sed
certum eſt, quòd noſtro in caſu pater non
cogitauerit anteà, quòd velir alterum præ
dium in dotem dare, neq; hoc proprio dotis
vocabulo expreſſerit. Ergo impoſſibile eſt
dicere, patrem hoc prædium in dotem
dare dixiſſe, vel ſaltem hoc tacitè voluiſſe.
V. Ea quę prior maritus in dotem habuit,
ſunt data. Ergo ea quæ nõ habuit in dotem,
non videntur data, *arg. l. 18. cum de laneonis. §.*
11. cui fundum. de inſtruct. & inſtr. leg. vbi p̃ hac
opinione videt̃ textus eſſe præclarus: nam
ibi deciditur quæſtio, an is qui mãcipia fun-
di inſtructi nominatim legauit, videatur et-
iam reliqua mancipia, quæ non nominauit
legaſſe. Et dicunt Caſſium IC. reſponſum
dediſſe: *tametſi mancipia inſtructi fundi ſunt,*
tamen videri eos ſolos legatos eſſe, qui nominati eſ
ſent, quod appareret non intellexiſſe patrẽfam. in-
ſtrumento quoque ſeruos adnumeratos eſſe. Idem
text. *in §. 13. quidam. eiuſd. leg. & in l. 12. quæſi-*
tum. §. 43. idem reſpondit domo inſtruct. eod. tit.
ibi: *maximè inquit in propoſita ſpecie, proponeba-*
tur enim qui legauerat, argentum & rationes ac-
cepiſſe, &c. Quibus verbis intelligitur, quòd
ſpecificata aliqua re videantur cæteræ res
exceptæ. Ideóq; cùm noſtro in caſu prædiũ
vnum ſpecificè in dotem datum ſit, videtur
alterum prædium exceptum.

Sextò argüimus † *ex l. 54. inter officium. de* 15
rei vindic. & l. 35. ſi procurator. de acquir. rer. dõ.
quibus in locis dicitur, quòd nemo errans
videatur tranſtuliſſe dominium. Poſito igi-
tur quòd pater tacitè vel inconſideratè fi
liæ ſuæ in priori matrimonio etiã alterum
prædium fruendum reliquerit: tamen per
hoc non videtur amiſiſſe dominium. 16

Septimò verbũ † Habendi, ad illud dun-
taxat referendum eſt, quod iuſtè quis & le
gitimè habere poteſt, *argum l. 35. ſi quando, in*
princ. C. de inoff. teſt & l. fin. C. de his, qui ven. a-
tat. impet. Item ad illud tantùm quod quis
cum effectu habere poteſt, vt euincari non
poſſit, verba. n cum effectu ſunt accipienda,
arg. l. 1. in fin. quòd quiſq; iur. & l. p̃. §. pen. nequis
eum qui in ius vocat. Sed hoc in caſu prior ma
ritus prædictum prædium non legitimè ha-
buit, neque cum effectu, ita vt ab eo auocari
non poſſit, vt ex ſuprà dictis cõſtat. Ergo
verbum Habẽdi, ad hunc caſum non eſt re-
ferendum.

Per prædicta fundamenta concludimus:
quòd ratione dotis illud dũtaxat prædium
ad ſecundum tranſeat maritum, quod in
priori matrimonio ſpecificè in dotem fuit
datũ. Pro concordia † prædictorum argum. 17
torum diſtinguit Pileus Modicenſis *q. 5*
aut pater ſciuit priorem maritum prædium
habuiſſe, aut nõ ſciuit. Si ſciuit, videtur illud
cõceſſiſſe, cùm ſibi debeat imputare, quare
legem apertiùs non explanauit: ſi autem i-

gnorauit, intelligẽda ſunt verba ſecundum quod ipſe volebat, hoc eſt, ſecundum eius diſpoſitionem anteà ab eo ratione dotis factam, allegat notata in *l. 2a. quo loco. §. 1. de hared. inſtit.* Sed hanc diſtinctionem non putamus eſſe veram, per ea quæ ſuprà ad comprobationem prædictæ concluſionis allegauimus, quare reiecta hac diſtinctione noſtram concluſionem tibi conſerues.

QVAESTIO XXI.

Titius Seiam ambiebat habere in vxorem, ſed Titius cùm pauper eſſet, Seia eum recuſabat. Hoc animaduertens frater Titij, colluſit cum eo dando aliquot bona ſua ſub conditione: vt ſi quam donationem in eum conferret infecta & ſimulata foret. Titius hoc modo diues putatiuus factus, accepit Seiam in vxorem, poſteà eo mortuo quæritur, an Seia eius vxor ratione dotis contra fratrem, huiuſmodi bona anteà ab eo ſimulatè data poſſidentem, poſſit vti hypothecaria, vel actione de dolo?

SVMMARIA.

1 *Actio dotis cauſa mulieri non competit aduerſus eum, qui ſimulatè eius marito donationem fecit, quò citiùs mulier contraheret. contrà nu. 7.*
2 *Proxeneta non tenetur ex eo quòd rem laudauerit, quò pluris vendatur, niſi cauſa decipiendi hoc fecerit. nu. 8. & 15.*
3 *Dolo facere non intelligitur, qui aliquid facit non ſui lucri cauſa.*
4 *Amor excuſat quandoque à pœna.*
5 *Amor fratrum qualis meritò ſit.*
6 *Matrimonium non dotibus, ſed ſola perſonarum affectione contrahitur.*
7 *Authoris ſolutiones ad ſingula argumenta in contrarium allegata.*
9 *Decipere aliquem, ipſam naturalem rationem oppugnat.*
10 *Veritatem qui occultat, mortale committit peccatum.*
11 *Iuſtitiæ ſeruandæ ſaluberrimum Zeleuci exemplum.*
12 *Dolus bonus quis ſit.*
13 *Obligare res ſuas tanquam proprias dolosè permittenti, iuris auxilio non ſuccurritur.*
14 *Simplicitas ne alicui damnoſa ſit, de dolo datur actio.*
16 *Decipere neminem oportet in pactis dotalibus.*
17 *Fidem fallere graue eſt.*

PARS I. NEGANS.

CVM in iure noſtro potiſſimum habeatur, quod ad ſpeciem directum eſt, *l. 18. in toto iure. de reg. iur.* generalia quæ pragmaticum ſenſum non ſatis illuminant, Bald. *in c. 8. cùm acceſſiſſent. col. pen. in princ. num. 21. verſ. ſed iſta theorica. de conſtitut.* prætermittemus, & in iis tractandis ſolùm occupati erimus, quæ in ſpecie ad præſentis quæſtionis declarationem pertinere videbuntur. Pro ne
gatiua † ſcilicet quòd non competat mu- 1
lieri hoc in caſu hypothecaria, vel de dolo
actio, I. hoc modo diſputari poteſt. Qui ſe
diuitem affirmat vt eò meliùs & citiùs vxo
rem accipiat, nullam incurrit pœnam, *arg.*
l. 2. de proxenet. vbi † proxeneta licet laudet 2
nomen vel rem, vt eò meliùs ſuper ea con
trahatur, non tamen tenetur tanquam mandator. *idẽ Ang. tex. in l. quinquageſimaſecunda. §. 15. ſeruus. de furt.* vbi probatur, quòd ſeruus ea intentione ſe liberũ affirmans, vt ſibi pecunia traderetur, non committat furtum, additur ibidem ratio: *namque hic nil amplius, quàm idoneum ſe debitorem affirmat.* Eandem rationem ad noſtrum poſſumus applicare caſum. Nam licet maritus ſe ſimulatè diuitem eſſe oſtendat, tamen hoc nullam aliam ob cauſam facit, quàm vt ſe idoneum, & tali perſona dignum oſtendat. Idem eſt ad hoc tex. *in l. fin. C. quod cum eo qui in alien. poteſt.* vbi determinatur quòd is qui per epiſtolam perſonam laudat, vel commendat, vt ſibi pecunia mutuò detur, non teneatur actione prætoria, quæ appellatur: quod iuſſu, niſi ſpecialiter ab eo fuerit poſtulatus, vt pecuniam præſtet.

At redeundo ad argumentum, aſſumimus hoc in caſu fratrem ſimulatè fratrem diuitem oſtendiſſe, vt acciperet Seiam in vxorem. Ergo nullam propterea pœnam incurrit.

II. Qui † aliquid facit non animo ſui lu- 3
cri, dolo facere non intelligitur, *argum. leg. 8. qui ſi cum ſcires. de dolo malo.* in qua lege diſponit, quòd is, qui ſui lucri gratia aliquem idoneũ eſſe affirmat, cùm non eſſet, teneatur de dolo actione. Ergo à contrario ſenſu, ſi non ſui lucri gratia hoc affirmauit, non tenetur. Sed hic frater quòd ſimulatè fratrem diuitem eſſe oſtendat, non facit ani-

mo ſui

moſui lucri. Ergo non intelligit hoc dolo
facere, & cõſequẽter non tenet actione de
4 dolo. III. Qui † alicui nocet fraterno vrgẽte
amore, à pœna eſt excuſãdus, *arg. text. in l. 4.
quiſquam. §. 7. ſi patris. de bon. libert.* vbi proba-
tur, quòd filius iniuſtè accuſans ꝑpter mor-
tem patris de imperitia medicum, non te-
neatur de calumnia. Idem probatur *arg. l.
14. filius emancipatus. §. fin. de falſ.* Atqui hoc in
caſu frater dãdo ſimulatè aliquot bona fra-
tri, vt Seiam accipiat in vxorẽ, Seiæ nocet
fraterno vrgente amore. Ergo à pœna eſt
excuſandus.
IV. Quòd ẽt non habeat hypothecariã, ꝓ-
batur hoc modo: Aduerſus eum qui rem a-
lienam obligauit, non competit hypothe-
cariã, per tex. *in l. 6. qui fil os. C. quæ res pig. oblig.
poſ.* vbi docet, q̃ filii & liberi hoẽs non poſ-
ſint obligari, quia in bonis debitoris non
ſunt. Idem ꝓbat text. *in l. 6. quæ prædium. C. ſi
aliena res pign. dat. ſit.* cuius verba ſunt: *Et per
illum rẽ alienã inuito domino obligari nõ poſſe cer-
tiſſimum eſt.* Atqui Titius ſimulatè rem alie-
nam ſcil. fratris obligauit Seiæ vxori. Ergo
aduerſus eũ non cõpetit hypothecaria. Mi-
nor docet *ex l. 1. C. plus valere quod agit, quàm
quod ſimul conc. p.* vbi dicit q̃ in contractibus
potiùs rei veritas inſpiciẽda ſit, q̃ ſcriptura
Licet igitur Titius cùm fratre ſuo ſimulatè
contraxerit, vt bona ſibi ab eo donarentur,
tñ cũ iſte contractus ſit ſimultaneus, potiùs
conſiderandum eſt q̃ eſt in veritate. ſcil. q̃
donauit, q̃ quod eſt in ſimulato ſermone
aut ſcriptura, vnde cõſtat q̃ huiuſmodi do-
natio comprehendit, non eſſe Titij, ſed a-
lieni, ſcil. fratris. Cæterùm 5. arg. loco hæc o-
pinio duabus rationib. corroborari poteſt.
5 Vna † eſt, q̃ fraternus amor fratrem ſimula-
tè donantem excuſet. Nam cùm copiota il-
lam ſuauitatis recordationẽ ob oculos po-
nunt, q̃ nimirum in eodem domicilio an-
tequam naſcerẽtur, habitauerint, in iiſdem
incunabulis infantiæ tempora peregerint,
& parem ex maiorum imaginibus gloriam
traxerint, quomodo poſſibile eſſet, q̃ non
vnus alterum ſummo ꝓſequeretur amore,
eiq; omni in negotio adiumento eſſet. Itaq;
inquit Ariſtippus, primum hoc conſilium
iam dictum ſit, ſcilicet eo modo cum fratre
viuendum eſſe, quo ipſum aliquis ſecum a-
gere vellet. Illud etiam ipſum pulcherrimè
exprimit Xenophon *lib. 8. de Cyri inſtit.* in
hæc verba: *Qui fratri prouidet, ſeipſum curat.
Cui enim alii frater magnus exiſtens, adeò bonum
ſit, vt fratri? Quis alius honorabit virum, qui ma-
gnus ſit virib. ita vt frater? &c.* Et paulò poſt:
*Quem præterea turpius non amare, quàm fratrẽ?
Quem omnium pulchrius eſt anteponere, quã fra-
trem?* Hæc & ſimilia ſapientum virorum di-
cta olim ad amuſſim multi proceres obſer-
uauêre: reperimus enim Calliam iuuenem,
cùm in magiſtrum equitum crearetur, pe-
tiiſſe vt liceret ſibi hunc honorem Theo-
philo fratri tanq̃ natu maiori concedere, ex
quo amore plurimum laudis cõſecutus eſt.
Cui etiam annumerari poteſt quod refert
Valer. Max. *lib. 5. cap. 5. dict. memorab.* de ſum-
mo cuiuſdam militis erga fratrem ſuum a-
more. Is namq; (inquit) in caſtris Cn. Pom-
pei ſtipendia peragens, cùm Sertorianũ mi-
litem acrius ſibi in acie inſtantem cominus
interemiſſet, iacentemq; ſpoliaret, vt fra-
trem germanum eſſe cognouit, multum ac
diu conuitio Deos ob donum impiæ victo-
riæ inſectatus, propè caſtra tranſtulit, & pre-
tioſa veſte opertum rogo impoſuit, ac dein-
de ſubiecta face protinus eodẽ gladio, quo
illum interemerat, pectus ſuum tranſ-
uerberauit, ſeq; ſuper corpus fratris ꝓſtra-
tum communibus flammis cremandũ tra-
didit. Licebat ignorãtiæ beneficio innocẽti
viuere, ſed vt ſua potiùs pietate, q̃ aliena ve-
nia vteret, comes fraternæ neci non defuit.
Hæc ille. Ex quib. omnib. intelligit, quod-
cunq; beneficium frater facit fratri, q̃ hoc
cenſeatur factũ, tanq̃ per ipſum fratrẽ, cui
hoc præſtitũ, cùm fratres ratione fraterni a-
moris vnum cenſeantur. Sed frater ſimula-
tè ſe diuitẽ aſſerendo, vt accipiat vxorẽ Seiã,
non tenetur poſteà matrimonio contracto
actione de dolo, neq; hypothecaria, cũ non
habeat de quo ſatisfacere poteſt, neq; tenet
in plus, q̃ vt præſtare queat. Vnde apud nos
Germanos in ꝓuerbium venit: Daß für den
Breutigam gut Bürg zu seyn iſt/ hoc eſt, q̃
facile ſit fideiubere ꝓ ſponſo, quod ẽt ſæpiſ-
ſimè in multis locis de facto contingere vi-
demus, q̃ ſponſo ſponſæue multa ſimulatè
dentur, & in eorũ ędes vehant, atq; portent,
q̃ omnia contracto matrimonio ab eis reci-
piunt. Cùm igit frater ſe ſimulatè diuitẽ o-
ſtendendo, vt accipiat Seiam in vxorẽ, non
teneat aliqua actione, neceſſariò ſequit q̃
ẽt ipſe frater ſimulatè ꝑ donationẽ fratrem
ſuum diuitẽ demonſtrãdo, non teneat. Al- 6
tera ratio † eſt, quòd matrimoniũ non doti-
bus, ſed ſola ꝑſonarũ affectione contrahat,
*text. in l. 15. cui fuerit. de cond. & demonſt. l. 32. cũ
hic ſtatus. § 13. ſi mulier. de don. inter vir. & vx. c.
neq; illo. Nouel. 18. c. 4. Nouel. 74. c. ſufficiat. 27. q.
2. c. 14. cũ in tu. de ſponſal.* ibi: *matrimoniũ aũt ſolo
cõſenſu cõtrahitur,* vide q̃ dixim⁹ *in tract. noſtro*

contro-

controuerſiarum. de lucro dot. q. 13. vbi plenè ꝓbauimus, quòd diuitiæ non ſint attendendæ in contractu matrimoniali. Ergo ſi non ſint attendendæ, neceſſariò concluditur, ꝙ frater ſimulatè per donationē fratrem diuitem oſtēdēdo non teneat᷑ aliqua actione.

Ex his & ſimilibus videtur concludendum, quòd vxori defuncti Titii aduerſus eius fratrem ſimulatè donantem, non competat hypothecaria, vel actio de dolo.

PARS II. AFFIRMANS.

7 SED † his non obſtantibus, intrepidè tenemus partem affirmatiuam rationi & iuri magis eſſe cōſentaneam, pro qua tuenda ſecundū nos ad ꝑdicta contraria in hunc modum poteris reſpondere. Principio maiorem I. arg. propoſitionem non contrariari, ex eo oſtenditur, quòd illa duntaxat procedat iſto in caſu, in quo quis abſque dolo fraudeue rem aliquam laudat, vt ex ipſiſſima *l. 2. de proxen.* in cōtrarium allegata con-
8 uincitur. Nam † licet ibi dicat᷑ proxenetam nomen alicuius rei laudantē, non teneri tāquā mandatorē: tñ planè *(inquit tex.)* ſi dolo & calliditate creditorem circumuenerit, de dolo actione tenebit᷑. Et eodem modo alia iura omninò ſunt intelligēda, q̃ ad idem confirmādum allegant᷑. Noſtro verò in caſu fratrem dolosè per ſimulatā donationem fratrem diuitem oſtendiſſe, q̇s eſt, qui hoc inſpecto themate inficiari attentaret.

Ad II. arg. reſpondemus, eius minorem propoſitionem negando, quòd .n. in ea dictum eſt, fratrē per ſimulatam donationem fratrem diuitem oſtēdentem, vt Seiam accipiat in vxorem, nō facere animo ſui lucri, falſum eſt, cùm ea duntaxat laboret intentione, vt credat fratrem, qui opulentam ducit in vxorem, maximo ſibi aliq̄n adiumento fore, ipſumq; eam tantùm ob cauſam laborare, patet ex eo, ꝙ honeſtus & fraternus amor ex actu nō debeat procedere doloſo. Patet ergo ꝙ frater gratia ſui lucri fratrem diuitem eſſe oſtendat, quòdq; ꝓptereà teneat᷑ actione de dolo, vt plenè *ex d. l. 8.* in oppoſitum citata ꝓbatur. Prætereà poſito, minimè aūt conceſſo, ꝙ frater non ſui lucri cā fratrem ſimulatè diuitem oſtendat, tñ cùm alterius decipiendi gratia hoc faciat, adhuc eum teneri non eſt dubiū. Eſt tex. præclarè his verb. illud ꝓbans. *in d. l. 8. meritò aduerſus te, cū mei decipiendi gratia aliū falsò laudaſti, de dolo iudicium dandum eſt.* Idem probatur *in leg. vigeſima, ſeruus tuus. eodem titul.*

Ad maiorem III. arg. propoſitionem reſpondetur, iſtud nimirùm quod dicitur in *d. l. 4. qui cum. §. 7. ſi patru. de bon. libert.* filium ꝓpter mortem patris iniuſtè accuſantē de impitia medicum non teneri de calumnia, fieri eā duntaxat ob cauſam, quia veriſſimè putauit medicum imperitè & negligenter ſuum curaſſe patrem, & ideò licet in rei veritate contrariū verius reperiatur, tñ filius cùm non calumnioſè, ſed ardentiſſimo filiorū erga parentes amore accenſus, medicum accuſauerit, putans veram ſe & iuſtam accuſationē facere, meritò excuſat᷑. Atqui verò noſtro in caſu lōgè aliud determinandum eſt, cùm frater dolosè ſciens fratrē diuitem non eſſe, non ſolū eum diuitem ꝓfiteatur, ſed ēt per falſam & ſimulatā donationem eū opulentū eſſe oſtendat. Cùm igitur hîc dolosè & iniuſtè, ibi verò iuſtè p filium factum ſit, neceſſariò ſequit᷑ contrariū eius ꝙ ibi diſponitur, hîc eſſe determinandum.

Poteſt reſponderi ad IV. arg. quòd iſta iura, quæ in maiori eius propoſitione allegata ſunt, non procedant hoc in caſu propter fauorem dotis, *argum. l. in ambiguis. de reg. iur.* Prætereà nō eſt nobis acer conflictus ſuper hoc pūcto, cùm ſufficiat hoc in caſu de dolo competere actionem.

Rationes quæ V. arg. loco adductæ ſunt, non contrariantur. Nam omnia iſta illuſtrium virorum exempla, de amore duntaxat honeſto ꝓbant, non aūt de eo, qui ex actu doloſo & fraudulento procedit, vt quilibet eas diligenter conſiderando reperietur. Neq; verò ſequitur amor paternus maximus eſt, ergo vni fratri pro altero libera datur mentiendi poteſtas, cùm mentiri ſit delictum omni iure prohibitum. Prætereà
decipere † aliquem graue & iniuſtum eſt, 9
ipſamq; naturalem rationem & æquitatem oppugnat, vt pulcherrimè probat Plato his verbis: *Dic age mihi, vtrum tu putas iuſtum eſſe, mentirine, aut verum dicere? Verum dicere. Igitur mentiri fuerit iniuſtum? Na. Sed an decipere iniuſtum veris? Sic eſt. Lædere verò iuſtumne, an iuuare? Iuuare. Iniuſtum ergo lædere? Planè. Igitur verum dicere, non decipere, iuuare, iuſta ſunt: contrà mentiri, lædere & decipere iniuſta.* Hinc rectiſſimè ait Socrates: *Vt minimè Solem è mundo, ita neque dicendi fiduciam à recta inſtitutione tollere conuenit.* Hæc Philoſophorum dicta ex ipſa naturali ratione deprompta perſpicuè in vtroq; iure etiam inueniri determinata inficiari nemo poteſt: dicitur. n.
in † *c. quiſquis. 11. quæſt. 3. & in c. 1. de teſtib. cog.* 10
eum qui veritatem occultat, mortale committere peccatum. Imò quòd omne ſcāda-

Digitized by Google

lum expectandũ ſit, ne occultetur veritas,
c. qui ſcandalizauerit. de reg. iur. & ꝙ magis eſt
omne ſupplicium tollerandum, *c. nemo perſ-*
torum. 11. q. 11. ideoq; non immeritò cõuin-
citur *ex l. 3. de dt. §. ſi quis. de cond. cauſ. dat.* veri-
tatem Celſo IC. fuiſſe chariorem, q̃ patris
11 opinionem. Hoc † ipſum olim multi præ-
clari obſeruauère viri, qui ẽt proprios filios,
veritatis iuſtitięq; reſpectu noluerunt à pœ-
na habere excuſatos, ſed potiùs pœnã eum
eis participare, ne delicti veritas maneret
occulta, ipſaq; iuſtitia ludibrio haberet᷑, vt
de Zeleuco reſert Cicero *de legib. 2. Valer.*
Maximus dictor. memorabil. lib. 6 c. 5. q ꝓprium
filium noluit à pœna adulterij ab ipſo con-
ſtituta habere excuſatũ, licet tota Locrẽſiũ
ciuitas ꝓ eo intercederet, ſed potiùs admi-
rabili quodam æquitatis tẽperamento, vnà
cum filio oculo carere, vt hoc modo vtriq;
viuẽdi vſus relinqueret᷑, vt nihilominus iu-
ſtitia cõſeruaretur, egregiũ reuera factum,
& æterna commemoratione dignum. For-
rè quiſpiam hæc nobis obiiciet, fratrẽ ſimu-
latè fratrem diuitem oſtendendo nõ ita oc-
cultare veritatem, vt ꝑ hoc pœnã poſſet in-
currere, cùm eam occultet ex dolo bono à
iure ꝑmiſſo. Reſponderi poteſt iſtud falſiſ-
12 ſimum eſſe, cum † dolus bonus propriè ſit,
qñ aduerſus latronem vel inimicũ quis iu-
ſta motus ratione aliquid machinatur, *tex.*
in c. vtilem. & in c. quæritur. 22 q. 2. l. 77. cum pa-
ter. §. 31. Titio. ibi: *nec videtur dolo feciſſe, cùm*
fraudem excluſerit, l. 1. de dolo. Vnde refertur *in*
d. c. vtilem. ſacerdotem in veteri teſtamẽto,
4. Reg. 10. vtilem feciſſe dolũ & ſimulatio-
nem, ꝙ collegerat Sacerdotes Baal in tem-
plum ſub prætextu venerandi idolũ, vt con-
gregatis Sacerdotibus oẽs cum tẽplo com-
burerent᷑. Ex hoc ꝓbat ẽt Geminianus *in c.*
nos in quenquam. 2. q. 1. non eſſe delictum, ſed
laudabile (quòd aũt quidam negant) ſi quis
ſimulet ſe inter Turcas fieri Saracenum &
Turcam, dum tamen hoc faciat, vt fi-
dem eorum diſcat, & cognitam poſteà op-
pugnet. Cùm igitur dolus bonus ſit, qui ex
iuſta ratione fit aduerſus inimicum, neceſ-
ſariò ſequitur, quòd Titii frater per falſam
donationem circumueniendo Seiam ſuam
amicam, vt Titium accipiat in maritum,
fraudulenter & doloſè faciat.

Non aduerſatur vltima ratio, cùm iura
pro ea allegata diſponant tantùm de ipſo
matrimonio, quòd hoc ex ſola affectione
contrahatur, non verò negant quòd ratio-
ne dotis viri bona, vel in fraudem vxoris ſi-
mulatè donata, tacitè vxori ſint obligata, vt
per tot tit. *ff. & C. de iure dot. de dot. promiſſ. &c.*
expreſsè patet. Præterea ſi non diuitiæ in
nuptiis contrahendis ſint cõſiderandæ, ne-
ceſſariò ſequitur quòd Titius eiuſq; fratres
malè fecerint, diuitiarum cauſa Seiam cir-
ueniendo.

Pro confirmatione prædictarum ſolutio-
num, I. hoc modo argumentari poteſt: Ei
qui † alicui doloſè permittit res ſuas tanq̃ 13
proprias obligare, iuris auxilio non ſuccur-
ritur, per text. *in l. 5. ſi ſine. C. ad SC. Velleia.* vbi
probatur, quòd mulieri, quę doloſè permit-
tit marito res ſuas obligare tanq̃ proprias,
non ſuccurratur Senatuſconſulto: ratio ad-
ditur, quia infirmitati, non calliditati mu-
lierum conſultum eſt. Idem determinatur
in l. 18 fœminis. eod. tit. & in l. 2. ſi res aliena. pign.
dat. Sed hîc frater permittit ſimulatè & do-
loſè Titio fratri ſuo res ſuas tanq̃ ꝓprias ob-
ligare. Ergo ei iuris auxilio nõ ſuccurritur.

Secundò plùs interdum valet quod eſt in
opinione, quàm quod eſt in veritate, *arg. l. 2.*
§. ſi apud. pro empt. Atqui hoc in caſu non ſolũ
Seia, ſed etiã totus populus opinabatur Ti-
tium fratri ſuo verè donaſſe. Ergo, &c.

III. Ne † alicui ſua ſit damnoſa ſimplicitas, 14
de dolo datur actio, *text. in l. 1. de dolo.* Ergo
mulieri per ſimplicitatem credẽti Titium
verè donaſſe, de dolo competit actio.

IV. Contra † eũ qui aliquem decipiẽdi cau- 15
ſa diuitem eſſe aſſerit, eumq; laudat, de do
lo datur actio, per text. *in d. l. 8. quod ſi de dolo.*
ibi: *meritò aduerſus te, cùm me decipiendi gratia*
alium falsò laudaſti, de dolo iudicium dandum eſt.
Idem eſt caſus *in l. 20. ſeruus tuus. §. primo. eod.*
titul.

Sed noſtro in caſu Titius fratrẽ ſuum de-
cipiendi cã laudat, eumq; diuitẽ eſſe aſſerit.
Ergo aduerſus Titium datur actio de dolo.

V. In pactis † dotalib. neminem decipi de- 16
bere determinat tex. *in l. 9. ſi donaturus. de cõd.*
cauſ. dat. & in leg. 14. de die. ibi: *dum ne deterior*
mulieris conditio fiet. l. 27. ſi liberis. de fundo dot.
vbi dicitur, doloſã mulieris conuentionem
moribus improbandam eſſe. Ergo Titius ꝑ
doloſam & ſimulatam donationem Seiam
circumueniendo, vt fratrem ſuum accipiat
in maritum, meritò tenetur de dolo. Ex his
& ſimilibus apparet, quàm pernicioſum ſit,
quòd multi in contractu matrimoniali au-
reos montes polliceantur, ſecutis verò nu-
ptiis nihil præſtent. Vnde euenit, quòd hu-
iuſmodi matrimonia plerunque ſint in-
fauſta, ac perpetuis litibus iurgiiſque ſubie-
cta, *vt teſtatur Iuuenalis Satyra 6.*

Semper habet lites, alternaq; iurgia lectus
In quo nupta iacet, minimum dormitur in illo
Tunc grauis illa viro.

Neque hoc mirum, cum etiam naturali ſuadente ratione decipientem odio habeamus. Conſultius igitur eſt, & magis probo honeſtoque viro conueniens, vt ſecundum Ciceronis in nuptiis contrahendis progrediatur ſententiam, quæ vult vt non maior debeat eſſe liberalitas, quàm facultas.
17 Cui † conuenit quod dicitur in *l. 1. de conſtit. pecun. & l. 1. § meritò depoſ.* fidem fallere graue eſſe, nihilque magis bonæ fidei conuenire, quàm ea quæ placuerunt cuſtodire, *tex. in l. 11. exempto. in princ. de act. emp. & vend. & in l. 1. de pact.*

Ex prædictis veram promanare concluſionem videmus, quòd mulieri aduerſus Titium fratri ſuo ſimulatè donantem de dolo competat actio.

QVAESTIO XXII.

Pater aliundè filio vel filiæ obſtrictus, ſi ſimpliciter pro filio filiáue donationem ante nuptias vel dotem dederit, an ex ſua ſubſtantia dediſſe intelligatur?

SVMMARIA.

1 *Pater aliundè filia obſtrictus dotem conſtituendo, de ſuo conſtituiſſe non præſumitur. contrà nu. 4 except. nu. 7 & ſeq.*
2 *Frater ſorori dotem conſtituendo, in dubio de bonis paternis dotem cõſtituiſſe præſumitur.*
3 *Nemo ad iactandum pecuniam ſuam pronus eſt.*
4 *Interpretatio l. 22. §. 3. ſol. matr. & l. 41. § 11. de leg. 3. Item l. 22. §. ad SC. Trebel. num. 5.*
6 *Dotem maiorem patrueis conſtituendo quàm in bonis neptis eſt, cæterum donaſſe præſumitur.*

PARS I. NEGANS.

HANC quæſtionem breuiter attingendo, primo pro negatiua huius quæſtionis ſententia hoc modo argumentari poteſt. Pater aliundè filio filiæue obligatus, donationem vel dotem conſtituendo, ani-
1 mo † compenſandi conſtituiſſe præſumitur, *tex. in l. 22. ſi cum dotem. § 3 ſi pater. ſol. matr.* ibi: *compenſandum ei in dotem quod à patre datur, lucróue eius cedit.* Sed hoc in caſu aliundè pater filio filiæue eſt obligatus. Igitur quod dedit in donationem propter nuptias vel dotem, animo compenſandi dediſſe præſumitur. Item eſt pulcher tex. maiorem huius arg. propoſitionem confirmans, in *l. 41. vxorẽ. §. 11. pater. de legat. 3.* Vbi eſt caſus quãdo concubina maritum ſuum heredem inſtituit, quod tunc pater naturalis, ſi deinde eidem filiæ dotẽ conſtituat, non cenſeatur de ſuo conſtituiſſe, ſed ex fideicommiſſo à patre facto.

II. Facit † optimè in argumentum *l. 8. & nihil. de in rem verſo. & l. 3. C. de neg. geſt.* in quib. 2
legibus diſponitur q; ſi filiusfamilias filiæ ſuæ, vel ſorori, aut nepti ex altero filio dotẽ conſtituat, vel pro fratre ſoluat, non ex re ſua ſed patris ſui conſtituiſſe præſumatur.

III. Hæc opinio probatur ex eo, quod † ne- 3
mo ſit pronus ad iactandum pecuniã ſuam, *l. 25. cum de indebito. in princ. de probat.* ibi: *qui enim ſoluit, nũquam ita reſupinus eſt, vt facilè ſuas pecunias iactet, & indebitas effundat.* Ergo non eſt præſumẽdum patrem, qui aliunde liberis eſt obſtrictus, de ſuo dotem conſtituiſſe.

IV. Pro hac parte adducitur text. *in l. 22. mulier. §. 4. cum proponeretur. ad SC. Trebell.* vbi determinatur quod mulier propriã habens hereditatem, ſibi ipſi ex fructibus eius dotẽ conſtituere teneatur, ex quo apertè cõuincitur, q; pater qñ aliundè filiæ eſt obſtrictus, puta quãdo habet bona ad filiam pertinentia, quod tunc potiùs de eis quàm de ſuis propriis dotem conſtituiſſe videatur.

V. Adducitur *l. 43. §. 1. de adminiſt. tut.* ex qua probatur q; pater ſimpliciter dotando, nõ de ſuo ſed potius animo cõpenſandi debiti (quod cuiuis debitori, etiam patri ſolet accidere *l. 22. §. 3. ſol. mat.*) & nomine curatorio *l. 34. de neg. geſt.* dotem cõſtituiſſe cẽſeatur. Huc accommoda quæ diximus ſupra q. 16. Ex prædictis pro parte negatiua videtur concludendum.

PARS II. AFFIRMANS.

VERVM † vtut prædicta ſeſe habeat opi- 4
nio, nos in contrariam diſcedimus ſententiam, reſpondẽdo ad *d. l. 22.* ad maiorem, l. arg. propoſitionem probãdam allegatam, quòd in ea determinetur caſus à noſtra quæſtione valdè diuerſus, vtpotè donationem anteà à patre filiæ factã in dotem eſſe compenſandam, nos verò alium determinamus caſum, patrem ſcilicet filiæ aliundè obſtrictum, conſtituendo dotem de ſuo fauore dotis conſtituiſſe præſumi, qui duo caſus inter ſe valdè ſunt diuerſi, & iccirco quod in vno ſtatuitur, in altero non eſt ſtatuendum. Item non probatur maior propoſitio ex *d. leg. 41. vxorem. §. 11. pater. de legat. 3.* quia ibi agitur de concubina

noſtra verò cõcluſio ad parentes legitimos ſe extendit.

Non contrariantur leges in II. argumento oppoſitę, nam quod ibi filiusfam. filię ſuę vel ſorori dotem conſtituens non pręſumatur de re ſua, ſed patris conſtituiſſe, ideò fit, quia hoc animo dotem dedit, vt patris negotium gerens, *l. 7. & ideò. in fin. de in rẽ verſ.*

Non aduerſatur quod in 3. arg. dictum eſt, quia pater conſtituendo filiæ ſuæ dotem, non dicitur pecunias ſuas iactare, & indebitas effundere, cùm de iure ad dotem filiæ conſtituendam ſit obligatus, *l. fin. verſ. neque enim leges. C. de dot. promiſſ. & l. 19. de ritu nupt.*

5 Reſpondetur † ad. *d. l. 22. §. 4.* in 4. argum. oppoſitam, quòd ibi mulier conſtituendo marito dotem ex fructib. ex fideicommiſſaria hæreditate perceptis, de bonis paternis conſtituiſſe dotem præſumatur, *text. in l. 15. quod de bonis. §. 3. quod auus. ad leg. Falc.* Ratio eſt, quia iſta fideicommiſſaria hæreditas à patre eſt profecta, & filiæ in fideicommiſſum data.

Quod in V. arg. dictum eſt, hoc in caſu non procedit, propter rationem infrà in 4. arg. datam. Pro hac parte poteſt l. adduci *text. in leg. 5. §. 12. de iure dot. & in l. fin. C. de dot. promiſſ.* cuius verba ſunt: *Vtramq; igitur dubitationem certo fini tradentes, ſancimus ſiquidem nihil addendũ exiſtimaueris, ſed ſimpliciter dotem vel ante nuptias donationem dederis, vel promiſerit, ex ſua liberalitate hoc feciſſe intelligi, debito in ſua figura remanente.* Ex his verbis ſufficienter conuincitur hanc partem eſſe veram & in iure ſatis fundatam.

6 II. Facit optimè † argumentum, quod dicitur in *l. 43. cum poſt. §. præterea, de adminiſt. tutor.* vbi eſt caſus quòd patruus neptis ſuæ curator exiſtens, ſi ſciens locupletiorẽ dotem conſtituat, reliquum donaſſe pręſumatur.

Tertiò: dans vel promittens in dubio intelligitur promiſiſſe de ſuo, teſte Alciato *r. præſumpt. 26.* Pater igitur ſimpliciter dando vel promittendo dotem, in dubio de ſuo promiſiſſe præſumitur.

IV. Pater duriùs obligatur ex officio ſuo paterno, quod ex lege eſt, quàm ex geſtione & adminiſtratione bonorum filiæ. Ergo maiorem obligationem conſiderando, *l. 4. & 5. de ſolut.* videtur dicendum, quòd pater, cùm ex officio paterno filiæ ad dotem conſtituendam ſit obligatus, ex tali potiùs obligatione, quàm ex alia dotem conſtituiſſe præſumatur, vide Baldum *ad. d. fin.* & Myn. ſing. *5. obſeru. 32.* & vide etiam quæ diximus ſuprà. *q. 5. & 16.*

Concludimus, quòd pater ſimpliciter donationem propter nuptias vel dotem filio filiæue conſtituendo de ſuo conſtituiſſe cenſeatur.

Huius † concluſionis exceptio prima eſt, niſi filia legitima conſentiat, vt de ſuis bonis dotetur, *leg. profectitia. §. final. de iure dot.* 7

Secunda exceptio videtur, niſi pater gerat negotia filiæ, quo caſu in dubio patrem de bonis filiæ dotem conſtituiſſe præſumitur, Bartol. *in leg. Neſennius. de negot. geſt.* per text. & Gloſſ. *in l. fin. C. de dot. promiſſ.* Sed reprobatur Imol. *in leg. 1. ſol. mat. per ea, quæ diximus ſuprà.*

Vltimò † excipitur quoad patrem naturalem, qui in dubio non pręſumitur dotaſſe filiam de bonis ſuis, Bald. *in leg. Mauius. §. duobus. de leg. 2.* 8

QVAESTIO XXIII.

An donatio propter nuptias fieri poſſit, conſtante matrimonio?

SVMMARIA.

1 *Donatio propter nuptias conſtante matrimonio fieri poteſt.*

2 *Arrhæ poſſunt conſtante matrimonio conſtitui, ſi ſumantur impropriè pro donatione.*

3 *Marito ab vxore in dotis conſtitutione circumuento, quomodo ſuccurratur.*

HANC quæſtionem paucis attingendo, reſpõdemus. Tametſi prima ſi õte appareat donationem propter nuptias ante matrimonium haud factam fieri non poſſe eo contracto, cùm omnis pretextus vel modus per quem donatio inter coniuges fieri poteſt, eo in caſu ſit prohibitus, *leg. prima & ſecunda. Codic. de donation. inter vir. & uxor.* & ibi Azo *in ſum.* atque per hanc donationis cõſtitutionem videri, poſſe falſum donandi prætextum induci: tamen ex quo huiuſmodi donationis conſtitutio expreſſè à lege reperitur permiſſa, per ſubauditum aliquem argumentorum intellectũ eius contrarium non erit aſſerendum.

Quòd † verò ſit permiſſa, conuincit ex *leg. 20. C. de donat. ante nupt.* ibi: *debet eſſe aperta licentia* (tàm in donatione, quàm dote) *& cõ-* 1

ſtante matrimonio talem donationem facere: quia quaſi antipherna hæc poſſunt intelligi, & non ſimplex donatio. Et paulò poſt: *Sancimus itaque omnes licentiam habere ſiue prius quàm matrimonia contraxerint, ſiue poſteà, donationes mulieribus dare propter dotis donationem.* Eſt text. ad idem in l. inter eos. de donat. inter vir. & vx. & in l. 32. cum hic ſtatus §. ſi quis ſponſam. & caſus in l. ſi cõſtante ſol. matr. C. de donat. ante nupt. & ibi Saly. Bald. & alii. *text. in §. eſt & aliud. Inſt. de donat.* ibi *vt quemadmodũ dotes conſtante matrimonio, non ſolum augentur, ſed ẽt fiunt: ita & iſtæ donationes quæ propter nuptias introductæ ſunt, non ſolùm antecedant matrimonium, ſed etiam eo contracto augeantur & conſtituantur.*

Ex his concludimus, quòd donatio propter nupt. conſtãte matrimonio fieri poſſit.

2 Hæc † eadẽ concluſio poteſt extendi ad conſtitutionem arrharum, modò arrhæ ſumant pro donatione ꝑpter nuptias, prout quorundã locorũ vſus & cõſuetudo admittit, iuxta quam arrhæ nihil aliud ſunt, q̃ donatio ꝑpter nupt. vt in Hiſpania & aliis locis, de quo vide *l. 2. ſi el yerno. de las arras.* Sed hoc caſu mulier mortuo viro arrhas nõ lucrabitur, *tot. tit. ff. ſol. matr.* Cuius exceptio eſt, niſi ex pacto vel conſtitutione loci aliud ſit conſtitutum, *tex. in c. fin. § ſanè. de donat. inter vir. & vxor. arg. l. 2. C. quæ ſit longa conſuetudo. & in c. fin. de conſuetud.* Eiuſdem replicatio eſt, niſi mulier fraudulenter egerit cum viro in dando illi dotem. Nam pone quòd mulier tẽpore contractus matrimonii, magnam viro promiſiſſet dotẽ, propter quod vir motus parẽ donationẽ vel arrharum dationem vxori conſtitueret, cõſtante autem matrimonio vir tantũ non reperiret, quantum ab vxore pollicitum eſſet, ſed videret

3 circumuẽtum † ab ea, hoc inquam caſu donationem vel arrhas ſibi promiſſas mulier vel eius hæredes non lucrabuntur, Eſt text. præclarus & valdè notabilis, *in l. pollicitatione. de donat. ante nupt.* ibi: *Pollicitatione à fratre quondam tuo ſponſalium cauſa facta, etſi in ſtipulationem deducta ſit, ideò præſtanda non fuit, quoniam in dote vxor maritum fefellit*, quare text. ibid. dicit: *exceptionem doli aduerſus actionem, ex ſtipulatu rectè obiici.* Et poteſt ſecundum Gloſſ. ibid. hæc circumuentio fieri duobus modis. I. ſi mulier magnum patrimonium viro in dotem conferre ꝑmiſerit, quod non impleuit, & maritus tanta pollicitatione motus ꝑmiſit maiorẽ donationem, q̃ alias ꝑmiſſurus fuiſſet. II. Quòd quidem impleuit ꝑmiſſionẽ dotis quam fecit, ſed virum fefellit in eius æſtimatione, vt quia domum contulit in dotem, quã dicebat valere 2000 & non valebat niſi 1000. Hoc plerunq; ſolet fieri à leuibus iſtis virgunculis, quæ abluendo ſe cum Iunone in fonte Canthario, virginitatem receperunt, de quo fonte fabulantur Archiui, referente Tiraquello *de iur. conſtit. part. 3. limit. 7. numer. 7.* Hæ inquam plerunq; tali conatu ſibi procurant viros, ſed perſæpè ad malos pertingũt fines, contra quas hanc doctrinam prædicto textu confirmatam tibi perpetuò conſerues.

QVAESTIO XXIV.

Vtrum minor poſſit promittere donationem propter nuptias ſine decreto?

SVMMARIA.

1. *Tempus minoreunis currit de momento ad momentum.*
2. *Contractus cum minorib. inchoatus non ſemper reſcindendus, ſed ad bonum & æquum redigendus.*
3. *Donationem propter nuptias minor poteſt promittere ſine decreto. contrà numer. 6. & ſeq.*
4. *Senatuſconſultum alienationem rei minoris prohibens, non trahitur ad alienationem neceſſariam.*
5. *Minor faciens actum quem quilibet prudens feciſſet, non eſt reſtituendus. contrà nu. 8.*
7. *Alienatio transfert dominium.*
8. *Donationem propter nuptias minor poteſt conſtituere ſine decreto in bonis mobilibus.*
9. *Pecunia eſt de rebus quæ ſernando ſeruari non poſſunt.*
10. *Pecuniam ſine decreto poteſt minor in donationem propter nuptias conſtituere, & quo modo nu. 11.*
12. *Mobilia quæ ſernando ſeruari poſſunt, ſine decreto non poſſunt in alium transferri.*
13. *Donatio propter nuptias anteà inualida propter metam legitimæ ætatis ſuperuenientem reconualeſcit.*
14. *Minor dolosè aſſerens cum iuramento ſe maiorem 25. annis, poteſt ſine decreto donationem propter nuptias conſtituere, niſi &c. nu. 15. & 16.*
16. *Forma ſtatuti non ſeruata actus corruit.*
17. *Plura vbi obſtant, vno ſublato, reliqua non tolluntur.*

PARS I. AFFIRMANS.

ANimaduertẽs prætor minores propter inconſultam quandã iuuenilis ætatis leuitatem damnũ incurrere poſſe, naturalem ſecutus æquitatem edicit. Quod cum

minori, quàm vigintiquinq; annis naru, ge-
ſtum eſſe dicetur, vti quęq; res erit, animad-
uertam, *l. 1. de minorib. 25. annis.* Hocq; maxi-
mè neceſſarium & æquum fuiſſe docet lex
ibid. dum ait: q̃ inter omnes conſtet, fragile
& infirmum huius ætatis eſſe conſilium, &
multis captionib. ſuppoſitū. Hoc inquam
auxilium minorib. 25. annis, & non maiorib.
comperit, nam poſt hoc tempus virilē com-
pleri vigorem conſtat, quare ad hanc vſque
ætatem adoleſcentes curatorum reguntur
auxilio, nec citiùs, licet rem benè gerāt, ad-
miniſtratio eis conceditur, *l. 1. in fin. C. de le-
git. tut. in princ. Inſt. de curat.* & ibi Doctor. Et
1 computatur † hoc tempus à momento ad
momentum, ita vt etiam in vltima hora,
quæ ad complementum 25. anni deeſt, re-
ſtitutioni locus ſit.

Gaudent etiam hoc priuilegio filiiſam.
mares & fœminę, modò minores ſint 25. an-
nis, & illorum interſit reſtitui. *l. 3. §. ſed vtrū.
4. & § 7. ſi quid. de minorib. 25. annis.*

2 Non autem † ſunt ſemper reſcindenda
quæ cum minorib. geſta ſunt, alioquin ne-
mo quod in eorum eſſet incommodū cum
illis contraheret, ſed ad bonum & æquum
redigenda. *l. quod ſi. 24. §. 1. d. tit.*

His præmiſſis quæritur, vtrum minor
poſſit promittere donationem propter nu-
ptias ſine decreto? & videtur primò dicen-
3 dum, q̃ † ſic, per tex. *in l. fin.* ibi: *Cùm autem
donationes à minoribus nec cum decreto celebrari
poſſint, ſi minor vel poſt veniam ætatis, rem immo-
bilem donationis titulo, in alium (excepta propter
nuptias donatione) tranſſcripſerit, nō aliter hoc fir-
mitatem habebit, niſi poſt 25. annos impletos, inter
præſentes quidem decēnium, inter abſentes autem
vicennium donatore acquieſcente effluxerit.* Ex
hoc textu videtur dicēdum, quòd quidem
minores etiam cum decreto res ſuas dona-
re non poſſint, donationem autem propter
nuptias etiam ſine decreto conſtituere va-
leant: Ratio eſt, quia hæc ſimplex non eſt
donatio, ſed fit propter aliquid, id eſt, pro-
pter dotem vel nuptias. Quare cùm hęc ſit
exceptio de regula, neceſſariò ſequit̃, quod
in regula conſtitutum in exceptionę non
ſit ſeruandum.

4 II. Senatuſconſultum † per quod hoc de-
cretum imperrandum, nō trahitur ad alie-
nationes neceſſarias, *l. 1. C. de præd. minor.* Sed
donatio propter nuprias eſt neceſſaria do
natio, *Auth. dos data. C. de donat. ante nupt.* & ibi
Gloſſ. & Salyc. *in prin.* Ergo ad illam dona-
tionem non trahitur decretum.

5 III. Minor † faciens actum, quem quilibet
prudens feciſſet, non eſt reſtituendus, *l. vlt.
C. de in integ. reſtitu.* ibi: *non videtur circumſcri-
ptus eſſe minor, qui iure ſit vſus communi.* Idem
probatur *in l. 1. C. ſi aduerſ. donat. & in leg. cùm
plures. §. final. de adminiſtrat. tutor.* Sed minor
promittens donationem, facit actum quem
quilibet prudens feciſſet. Ergo licet ſine
decreto hoc fecerit, non tamē eſt reſtituen-
dus.

Ex his pro parte affirmatiua videt̃ con-
cludendum.

Huic parti ſubſcribit Bart. de Salyc. *in l.
prædia. C. de præd. minor. & in d. l. fin. in fin.* vbi
dicit: quòd quidem de iure antiquo minor
non potuerat conſtituere donationem ꝓ-
pter nuptias, de iure autem nouiſſimo poſ-
ſit, licet cautiùs agatur, ſi decretum inter-
ueniat.

PARS II. NEGANS.

Contrariam opinionem † quæ verior, ę- 6
quior, & legib. conformior eſt, nos am-
plectimur, reſpondendo q̃ text. *in d. l. fin.* in
1. arg oppoſitus, nō obſtet. Cùm enim dicit
donationes à minoribus cum decreto cele-
brari poſſe, excipit ſtatim donationem pro-
pter nuptias, quaſi diceret, licet aliæ meræ
donationes, etiam cum decreto Iudicis nō
valeant, donatio tamen propter nuptias
decreto Iudicis confirmata valet, quia non
eſt ſimplex donatio, & hoc modo prædi-
ctam exceptionem eſſe intelligendam cla-
rè patet ex præcedentibus verbis illius leg.
quorum verborū non eſſet bona exceptio,
ſi hoc modo non intelligerentur.

Ad 2. argumentum reſpondeas, quòd in
eo à diuerſa ratione arguatur: dictum en.m
eſt in maiori eius propoſitione, quòd alie-
nationes neceſſariæ non indigeant decre-
to, quod verum. Sed in minori non rectè aſ-
ſumptum. At donatio propter nuptias eſt
neceſſaria. Quia licet donatio ſit neceſſa-
ria, non autem eſt neceſſaria alienatio, cùm
per alienationē † transferatur dominium, 7
*cap. nulli. de rebus Eccleſ. non alien. leg. prima. Co-
dic. de furt.* non autem per donationem, quæ
fit propter nuptias, *leg. ſecunda.* Et ibid. Zaſ.
ſol. matr. Cùm igitur in alienatione & dona-
tione propter nuptias magna ſit diuerſitas,
ſequitur quòd etiam diuerſum ius inter eas
ſit ſtatuendum.

Reſpondeas rurſus ſecundum nos alio
modo, nempè quòd in *dd. ll.* agatur de re in
iudicio diſcuſſa, & per ſententiam abſoluta.
Vnde Iudex illam rem ſatis cognitā habet,
nec eius decreto propterea amplius opus,

quia hoc in caſu non præſumitur vllam iniuriam minori eſſe illaram.

8 Negatur † maior IV. arg. nam licet minor quandoq; faciat actum quem quilibet prudens feciſſet, tamen ex eo non ſequitur, quòd iſte actus valeat. Cur ita? quia minori indiſtinctè eſt prohibitum, ne cõſtituat donationem ſine decreto. Neq; probatur maior propoſitio *ex d. leg. vltim.* quia minor faciens talem conſtitutionem, non vtitur iure communi, ac conſequenter talis conſtitutio non valet.

Hæc pars vlteriùs confirmatur per text. *in l. 22. lex quæ tutores. C. de adminiſt. tut.* vbi dicitur, quòd tutores vel curatores non habeant vendendi poteſtatem vrbana prędia, niſi forſan neceſſitate, vel lege compulſi, illa oppignorarent, vel in donationem, vel dotem propter nuptias darent, ſed hoc ad omnem fraudem euitãdam per inquiſitionem. Iudicis, probationem cauſę, interpoſitionem decreti faciẽdum eſſe. Adde text. *in l. 4. non ſolùm. C. de præd. & aliis reb. min.* vbi dicitur ꝙ minor neq; per trãſactionem, neque per mutationem, aut donationem, aut alium (nota) quemq; modum, ſuburbanorum prædiorum dominia in alium transferre poſſit. Idem tex. *in leg. 8. prædia ruſtica. eiuſd. tit.* ibi: *Cùm proprietas ad te propter iuris interdictum tranſire non potuerit, in dominio mariti permanſiſſe palam eſt.*

Ex prædictis hæc promanat concluſio, quòd minor ſine decreto Iudicis nõ habeat facultatem promittendi donationem propter nuptias. Huic concluſioni communiter Dd. ſubſcribere refert ſequiturq; Suar. *ad l. 1. de las arras. nu. 62.*

Eiuſdem concluſionis exceptio prima eſt, niſi ſint bona mobilia, nam illa licitè minor in donationem promittere poteſt. Eſt text. *in d. l. 22. C. de adminiſt. tut.* vbi in fine dicitur: *exceptis his duntaxat veſtibus, quæ detritæ vſu, ſeu corruptæ ſeruando ſeruari non potuerint. Animalia quoq; ſuperuacua quamuis minorũ, quin veniant non vetamus.* Tenent eandem exceptionem Gloſſ. & Salyc. *in d. l. prædia. caſus in l. mulier. in fin. C. de iureiur.* Gloſſ. & Bald. *ad l. 1. C. ſi aduerſ. donat.*

9 Hinc † pulcherrimè infertur per Doct. quòd pecunia, cùm ſit de rebus quę ſeruando ſeruari non poſſunt, vt probatur *in l. nouiſſimè. iunct. d. l. 22. & l. Ariſto. §. fin. de iure dot.* Rom. & Alex. *in l. 1. § fuit quæſitum. ad Trebel.* Gloſſ. & Bartol. *in l. interdum. de condict. indeb.* Idem Bart. *in leg. poteſt pupillus. de authorit. tut.* Abb. *in c. nulli. de reb. Eccleſ. non alien.* quòd er-
iam illa rectè detur † in dotem vel donatio- 10
nem propter nuptias abſq; decreto.

Quorum † opinio procedit quoad fru- 11
ctuoſam conſeruationem: nam fructuoſa pecuniæ conſeruatio ſeruando ſeruari non poteſt, ſecùs verò quoad actualem conſeruationem, de qua determinatur *in d. l. 22. in princ.* ibi: *aurum & argentum.* Et ſi iſta lex ita intelligatur, non obſtat.

Sed † attende quod diximus, quæ ſeruan- 12
do ſeruari nõ poſſunt. Nam ſi talia ſint mobilia, quæ ſeruando ſeruari queunt, vt ſunt gemmæ, annuli, aurum, argẽtum, & ſimilia pretioſa mobilia, ſine decreto minor transferre non poteſt. *text. in d. l. 22.*

Prima huius exceptionis replicatio eſt, niſi minor habeat curatorem, quo caſu etiam mobilia ſine curatoris authoritate in donationem propter nuptias dare nequit. *tex. in d. l. 22. C. ſi aduerſ. don. & in l. mulier. C. de iureiur.* ibi: *ſi minor donationem ante nuptias, conſentiente (vt dictum eſt) curatore fecerit.*

Secunda † exceptio eſt quoad temporis 13
præſcriptionem. Nam licet minor ſine decreto donationem conſtituere nequeat, & ſi quę conſtituta non valeat: tñ elapſo quinquennio poſt ętatem perfectam, talis donatio reconualeſcit. Eſt tex. valdè ſing. *in leg. ſi quando. in fin. C. ſi maior. fact. alien.* & ibi Cynus intelligens illum text. quando omnes ſolennitates, excepto duntaxat decreto, interuenerunt, & eſt tex. *in l. fin. C. ſi maior fact. rat.* Idem tenent Bart. Bald. & Salyc. *in d. l. ſi quando.*

Tertia † exceptio eſt, niſi minor doloſè 14
aſſerat ſe maiorem 25. annis, & maximè ſi illam aſſertionem iuramento affirmet, text. *in l. 2. & ſeq. C. ſi minor ſe maior. dix.* Nam doloſè perſuadendo dicitur delinquere, ex delicto autem minor obligatur, teſte Iaſon. *in Auth. ſacramenta puberũ. num. 22. C. ſi aduerſus vendit.* Caſtr. & Alex. *in l. qui iuraſſe. de iureiurand.* Cuius replicatio prima eſt, niſi contra
hens † cum minore, cum ex aſpectu mino 15
rem eſſe cognoſcere potuerit, quia ſciẽti & volenti non infert dolus, neq; iniuria. tex. *in l. cùm donationis. C. de tranſact.* & ibi Iaſon, & ad *leg. ſub prætextu. C. eodem titul.* dicit, tranſactionem dolo initam valere, ſi dolus actoris notus erat aduerſario, *fac. l. octaui gradus. Vnde cognati. & l. de tutela. C. de in integr. reſtit. min. 25. ann.* Secunda replicatio eſt, vt non procedat quando minor contractum à ſe iuramento firmatum, ob defectum omiſſæ ſolennitatis nullitatis, quæ in contractu minoris ex iure municipali requirebatur,

tur, oppugnaret. Ratio eſt, quia ſtatuti for
16 ma ad amuſſim † non ſeruata facit contra ctum, etiam à maiori inchoatum, corruere, text. *in cap. cum dilecta. §. fin. de reſcript. & in cap. venerabili. de offic. iudic. deleg. & in leg. cum hi. §. ſi prætor. de tranſact.* nihilque refert an talis contractus iuramento ſit affirmatus, nec ne, eum iuramentum nō poſſit impedire, quò minus quis contractum per viam nullitatis poſſit impugnare, quia hæc & ſimilia dicuntur ſeparata, ex quibus nihil infertur. Caſtrenſ. *conſil. 53. num. 3. volum. 2.* Roman. *conſil. 12. per tot.* Franciſc. Cremenſ. *ſing. 163. ſtatuto cauetur.* Iaſ. *in d. authent. ſacramenta puberum. C. de pact. conuent. nu. 9. 11. 12. 46. & ſeq.*

Et ſcias breuiter pro huius caſus intellectu, quod hîc iuramentum defectum minorennitatis duntaxat ſuppleat: quare cùm cōtrahentes contra legis vel ſtatuti formam ad talem contractum neceſſariam, delinquunt, contractus per iuramentum inchoa-
17 tus inualidatur. Nam † vbi plura obſtāt, vno ſublato, reliqua non tolluntur, *l. 1. C. de furt. & ſer. cor. l. ſi prius. de aqua plu. arc. tex. in l. quoties. de reg. iur. Iaſ. & Doct. in d. auth. ſacramenta.*

QVAESTIO XXV.

Quæritur nunquid mulier tranſiens ad ſecundum matrimonium cenſeatur ſecundo viro eandem dediſſe dotem, quam dederat primo?

SVMMARIA.

1 *Mulier ad ſecundum tranſiens matrimonium, eandem ſecundo viro non intelligitur conſtituiſſe dotem, quam conſtitueras primo, contrà nu. 3. replicat. nu. 5.*
2 *Intellectus l. 3. dotem, de iure dot. & nu. 6.*
4 *Pauli de Caſtro ſolutio ad l. 30. de iure dot. reiicitur, dantur alia dua ab Authore, replicantur num. 6.*
6 *Dos cur in matrimonio reconciliato dicatur repetita Authoris noua declaratio. & nu. 7.*
8 *Authoritas Doctoris lege & ratione carens non eſt attendenda.*

PARS I. NEGANS.

1 PAVCIS oſtendendo † quòd omnium iſta Doctorū opinio, qua aſſeritur mulierem ſecundò nubentem eandem præſumi conſtituiſſe dotem, quam conſtituerat priori viro, ſine ſcrupulo non procedat, iſtas leges pro parte affirmatiua allegandas, breuiter in hunc modum explicemus.

Primò † pro parte affirmatiua allegatur *l. 30. dotem. de iure dot.* cuius verba ſunt: Dotem, quæ in prius matrimonium data eſt, non aliter conuerti in poſterius matrimonium dicendum eſt, quàm cùm hoc agit, dum hoc agi ſemper interpretemur, niſi probetur aliud conueniſſe. 2

Ex hoc textu colligunt, quòd eadem dos intelligatur cōſtituta in ſecundo matrimonio, quæ erat conſtituta in primo, propter dictionem iſtam, *Poſterius*, per quam non ſolum matrimonium reconciliatum, ſed etiam eum ſecundo viro contractum intelligunt.

Sed iſte intellectus eſt expreſſè contra mentem iſtius legis, vt perſpicuè demonſtratur ex *l. ſeq. eiuſd. tit.* quæ quodammodo explicando præſcriptam legem, ait: *quòd ſi non diuortium ſed iurgium fuit, dos eiuſdem matrimonij manebit.* Ex quibus verbis apertè conſtat, quòd per dictionem, *Poſterius*, in anteriori lege poſitam, non matrimonium morte, ſed diuortio ſolutum intelligatur, quodque eadem dos, ſi matrimonium poſteà reconcilietur, intelligatur repetita, quę in eodem matrimonio anteà fuerat conſtituta.

Et iſtum eſſe veriſſimum prædictæ *l. 30.* intellectum, conſtat etiam ex *l. 40. Diuus. eod. tit.* vbi Vlpianus, dum idē iſtud determinat, nō matrimonium morte, ſed diuortio ſolutum intelligit. Ait enim: *ſi mulier quæ dotem dederat, poſt diuortiū rurſus in matrimonium redit, &c.* non dicit quæ poſt primum ſolutum matrimonium ſecundum contrahit. Idem ſenſus intelligitur ex *l. 19. ſi mulier. ſol. matr. & ex l. 33. pleriq. de ritu nupt.*

Et vt melius hanc partem veriorem eſſe oſtendamus, hiſce paucis pro hac parte cōcluſum volumus, interim aduerſæ partis ſolutiones & argumēta expectantes, quò melius illis cognitis, hanc demonſtrationem prǽmunire poſſimus, & diſtinctius ad ſingula oppoſita reſpondere.

PARS II. AFFIRMANS.

QVI † omnium fermè Doctorum conantur tueri opinionem, ad prædicta hoc modo reſpōdere poſſunt. Primò ſecundum 3
Paulum † de Caſt. *in conſ. 183. col. 2.* q. licet leges ſuprà citatæ loquant' de matrimonio diuortio ſoluto: tamē cùm Cyn. *in auth. ſed quā uis. C. de rei vxor. action.* & Bart. *in diſput. mulier.* idem eſſe velint, ſi cōtrahat coniunx ſuperſtes cum alia perſona, iuſtè prędictę ll. etiam ad hunc caſum poſſunt extendi. 4

Cum hac ſolutione tranſit etiam Rol. à Val. *tract. de lucro dot. quaſt. 75. nu. 7.* additque, quod hæc communis omnium Doctorum ſit opinio, à qua ſi recederetur, eſſet contra ſtimulum calcitrare.

Sed hæc ſolutio nimis generalis eſt, non enim ſequitur, iſtud communis Doctorum tenet opinio, ergo eſt verum, niſi ratio qua communis nititur opinio addatur. Quare tu ſecundum nos aliter ſolue: nempè quod ideò *dd. ll.* in propoſito habeant locum, quia olim de iure ciuili coniuges, vbi inter eos diuortium erat factum, poterant ſecundum contrahere matrimonium, & ſic fermè perinde erat, ſiue ſecundum contraherent matrimonium, ſiue iam diuortio ſolutum renouarent.

Vnde cùm ll. inter hęc duo non magnam faciant differentiam, videtur dicendum, quod etiam illarum diſpoſitio in vtroq; matrimonio ſecundo contracto & per diuortium ſoluto habeat locum. Vel aliter reſponde, videlicet poſito, quòd citatæ leges expreſſè non diſponant de ſecundo matrimonio, tamen ex quo non negant idem in ſecundo matrimonio poſſe obſeruari, nihil eſt quod communem Doctorum opinionem videtur oppugnare.

Confirmatur vlterius hæc pars. I. per *leg. 64. poſt diuortium. de iure dot.* vbi mulier quæ poſt diuortium factum ſecundum contraxit matrimonium, & poſteà iſto matrimonio ſoluto ad priorem virum rediit, cenſetur tacitè cum eadem dote redire. Vnde intrepidè videtur dicendum, quòd licet mulier ſecundum vel tertium contrahat matrimonium: quod tamen nihilominus dos in primo matrimonio conſtituta videatur, repetita in ſecundo vel tertio, quia matrimonium prius diuortio ſolutum, *in d. leg. 64.* pro ſecundo vel tertio eſt reputãdum, cùm quaſi nouum contrahatur. Idem text. eſt *in l. pen. §. 5. uxor. ſol. matr.*

II. Pro hac opinione allegatur text. *in d. l. dotem. & d. l. Diuus. Item text. in l. 29. cum maritus. §. Titius de pact. dotal.* in quibus legibus dicitur, quòd mulier ad primum virum rediens, cenſeatur cum eadem dote redire, quę anteà erat inter eos conſtituta.

Ex his concluditur quòd mulier, quæ ſecundum contrahit matrimonium, ſi dotem expreſſè nõ conſtituat, cenſeatur tacitè eandem conſtituiſſe dotem poſteriori viro, quam conſtituerat priori.

Hanc concluſionem intrepidè cõfirmant Bart. *d. diſputat.* Curt. ſen. *in conſil. 77. colum. 7.* Socin. *in conſil. 80. volum. 4.* Cuman. *in conſil. 106. colum. 2.* Imol. *ad l. 1. ſolut. matrimon.* Alex. *in conſil. 144. colum. 2. volum. 5.* Abb. *in conſil. 46. volum. 1.* Calcan. *in conſil. 4. col. 3.* Curt. iun. *in conſil. 4. colum. 5. & in conſil. 164.* Ruin. *conſil. 53. colum. pen. volum. 2. & in conſil. 61. in princip. volum. 3.* & alij quos ad hoc citat Rolan. *d. loc.* dicitque hanc opinionem, cùm ſit communis, intrepidè eſſe ſeruandam.

REPLICATIO.

FATEMVR † ingenuè, quòd timidè à 5
communi Doctorum opinione recedamus, maximè propter inuidulos, qui licet aliquem iuſtiſſima motum fuiſſe ratione videant, tamẽ hoc potiùs iactantiæ vel oſtentandi ingenij cauſa, quàm ſyncero veritatis demonſtrandæ amore, fieri iudicant. Sed eorum iudiciũ ſit vtut ſit, nos autem in hoc inſontes ſcimus, ſi .n. quid mali ſcribamus emendent, vt doctiores recedamus, ſi quid boni, Deo à quo omne bonum promanat, acceptò ferant.

Liberè igitur ad prædictas ſolutiones & argumẽta accedendo, dicimus ſolutionem Pauli de Caſtr. & Rolandi non valere. Nam licet aduerſam partem communis tueatur Doctorum opinio: tamen ex quo apparet erronea, minimè arctat, non enim Doctoribus ſine ratione & lege credendum.

Solutio † à me data licet aliqualem videa 6
tur habere rationem, tamen non contrariatur. Nam poſito quòd matrimoniũ diuortio ſolutum, ſi de nouo contrahatur vel redintegretur de iure ciuili, quaſi nouum aut ſecundum cẽſeatur matrimonium, tamen ex eo non ſequitur quod reſpectu dotis in eo ſit ſtatuendum, quod ſtatuitur in matrimonio cum ſecundo viro contracto. Rationem duplicem addimus. Prima eſt, quòd ideò in matrimonio reconciliato cenſeatur dos repetita, quia coniuges reconciliati, quoad matrimonium, vidẽtur etiam ſimul reconciliati quoad priorem dotis conſtitutionem, vel inſtrumẽta dotalia ab eis anteà facta, niſi aliud expreſſè inter ſe cõueniant. Ratio rationis eſt, quia dos anteà ab eis fuit conſtituta, & idcirco cùm conſentiunt in matrimonium, videntur etiam ſimul in iſtã conſtitutionem ſentire, & hoc propter cõſtitutionem ſemel inter eos factam. *argum. text. in l. 13. item quæritur. §. 11. qui impleto. locat.* ibi: *Qui impleto tempore conductionis remanſit in conductione, non ſolum reconduxiſſe videbitur, ſed etiam pignora videntur durare obligata.* Ratio eſt

tio eſt; quia priſtina conductio præſumitur renouata, quòd præſumi non poſſet, niſi conductio ſemel ab eodem conductore eſſet facta.

At ſecundo viro dos nunquam cõſtituta fuit, ergo de eo idem non eſt iudicandum, quod iudicatur de viro priore, cui dos ſemel fuerat conſtituta. Iſte apparet verus eſſe intellectus iſtarum legum quæ à Doctoribus opponuntur.

7 Et † hoc modo prædictas leges eſſe intelligendas oſtenditur ſecundò hac ratione. Nã ſi verum eſſet quòd dos priori viro cõſtituta cenſeretur etiam conſtituta ſecundo, ſequeretur maxima Iuris contrarietas, vt ponè mulierem habuiſſe in priori matrimonio ſartorem, ſutorem, negotiatorem, aut alium quemuis ſine dignitate virum, in matrimonio verò poſteriori Doctorem, aut alium in dignitate conſtitutum, ſi iam prędictorum opinio eſſet vera, ſequeretur quod hoc in caſu non maior dos viro nobili eſſet conſtituenda, quàm ignobili.

Sed conſequens eſt abſurdum, quia eſſet contra text. *in l. 69. cum poſt. §. 4. gener à ſocero. de iure dot.* ibi: *Dotis etenim quantitas, pro modo facultatum patris, & dignitate mariti conſtitui poteſt.* & paulò poſt in eadem l. *Nuptiis ex voluntate patris puellæ, cum filio tutoris ſui contractis: dos pro modo facultatum, & dignitate natalium, rectè per tutorem conſtitui poteſt.* Idem tex. *in leg. 60. quæro. eod. tit.* cuius verba ſunt: *Modus* (dotandi mulierem) *ex facultatibus, & dignitate mulieris maritiq; ſtatuendus eſt, quoúſq; ratio patitur.*

Ex quibus clarè patet quòd communis ille Doctorum intellectus non ſit admittendus.

Pariter nõ obſtat altera ſolutio quam dedimus, cùm, quia ex ſupradictis cõſtat prædicta legum ratio, præciſè cõmunem Doctorum opinionem nõ admittere. Additurq; ſi *dd. ll.* eſſent intelligẽdę de matrimonio cum ſecundo viro cõtracto, apertius de eo diſpoſuiſſent, ſed hoc nõ fecerunt. Ergo, &c. Tũ ẽt quia licet *d. ll.* expreſsè non negarent aduerſam opinionem, tñ ex eo nõ ſequeretur, ꝙ Interpretes poſſent iſtam opinionẽ tanq̃ veram & determinatam producere, cùm hi nullã condendi legem habeant poteſtatem.

Ad reliqua quæ oppoſita ſunt reſpondetur vt ſuprà.

Ex prædictis denuò concludimus, vt in prima parte concluſum eſt.

Hanc partem tenet Corn. (prout eum refert Roſ. d. q.) *in conſ. 254. col. 3. vol. 1.* dicens ꝙ à iuuentute ſua ſemper ſibi viſum fuerit, ꝙ de mente iuris mulier nubens alteri viro, non cenſeatur nubere cum eadẽ dote, cùm non ſit veriſimile quod *dd. ll.* ſine miniſterio ſemper loquantur de eodem viro. Quod vnum & nos in hac noſtra iuuentute affirmamus.

Alterum † autem quod dicit, tametſi hæc 8
pars ſit ſubſtantialis in iure, quod tamẽ propter authoritatem Bartoli illam in deciſiuis non auderet firmare, tanquam ridiculoſum prorſus reiicimus, cùm tam magna alicuius ſcriptoris etiam Appollini ſimillimi nõ poſſit eſſe authoritas, quæ ſit præferenda legi. Tenendo hanc partem ſtatutum de dote lucranda diſponens non habebit hoc in caſu locum.

QVAESTIO. XXVI.

An dos ſit priuilegiata quoad modum procedendi in iudicio?

SVMMARIA.

1 *Dos quoad modum procedendi in iudicio de iure ciuili non eſt priuilegiata, de iure canonico autem ſuper hoc diſputatur. numero ſecundo & 4.*

3 *Summariè proceditur in cauſis à matrimonio dependentibus.*

4 *Dotem quoad modum procedendi in iudicio non eſſe priuilegiatam Author cum multis aſſerit.*

HANC quæſtionem breuiſſimè attingẽdo, dicimus † quòd de iure ciuili nulla 1
inter Doctores hoc in caſu reperiatur diſcordia, cum vnanimiter eorum reſponſa eò tendant, vt dos quoad modum procedendi in iudicio nõ ſit priuilegiata. Eorum fundamenta ſunt, *in leg. 22. ſi cum dotem. §. 3. eo autem. ſolut. matrimon.* ibi: *eo autem tempore conſentire filiam patri oportet, quo lis conteſtatur.* Idem text. *in leg. 3. ſi quum. de dot. promiſſ.* ibi: *iure iudiciorum.* vide Bald. & Ang. *in l. 1. ſolut. matr.* & *Bart. in l. ſi conſtante. ſol. matr.*

Verùm † de iure Canonico hæc res non 2
adeò pacificè inter Doctores definitur. Eorum qui dotem circa modũ in iudicio procedendi priuilegiatam pronunciant, fundamentum eſt *in cap. 2. diſpendioſam. Clement. de iudic. in verbis: nec non ſuper matrimoniis vel vſuris* (diſpendioſam prorogationem litium ſtatuimus) *& eas quoquo modo tangentibus.* Ex quibus ad hunc modum argumentatur

In † cauſis matrimonium tangentibus, 3
vel ab eo dependentibus ſummariè eodem modo procedit, ſicut in ipſo matrimonio,

text

text. *in d. cap. 2.* Sed cauſa dotis dependet à matrimonio *l. 3. dotis appellatio. de iure dot.* Ergo, &c.

Iſtam ſententiam amplectuntur Cardin. *in d. c. 2.* Ioan. de Imol. & Ludou. Rom. *ad d. l. 1. ſol. matr.*

4 Eorum † verò qui id negant motiua ratio
potiſſima eſt, quòd legum correctio non niſi expreſsè introducatur, ſit admittenda. Sed per *d. c. 2.* non introducitur expreſſa iuris ciuilis correctio, negantis id quod per prædictos Authores aſſeritur, cùm illud intelligendum ſit, quando in cauſa matrimoniali incidenter cauſa dotis agitatur. Addunt præterea abſurdum fore, dotis cauſam principaliter intentatam, accipere fomentum à ſuo acceſſorio, ſcilicet matrimonio, *l. 44. ex pupillari. de vulg. & pupil. ſubſtit. gloſſ. in l. pactum. C. de pact.*

Et nos quoque hiſce concludendo, hanc partem veriorem vnà cum Baldo, Angelo, Paulo de Caſt. *in d. l. 1.* Petr. Anchar. *in d. c. 2.* aliiſque pronunciamus.

QVAESTIO XXVII.

Num cauſa dotis cognoſci poſſit die feriata?

SVMMARIA.

1 *Dotis cauſa num cognoſci poſſit die feriata diſtinguitur.*

2 *Dotis cauſa die feriata non alio reſpectu, quàm alimentorum cognoſci poteſt.*

1 ETSI hac † in quæſtione, an die feriata
dotis cauſa cognoſci poſſit, Baldus *in l. 1. & 2. de fer.* Imol. Roman. & Paul. de Caſtr. *in l. 1. ſolut. matrimon.* indiſtinctè in partem affirmatiuam concludant: tamen longè & iuri & rationi magis conſentaneum arbitramur, vt in puncto hoc hanc diſtinctionem adhibeamus, quod videlicet prædictorum authorum procedat opinio, quando mulier nihil habet quo ſe alat, vt tunc cauſa dotis, tanquam quælibet cauſa pia, in die feriato tractari poſſit, Bartol. *in l. alio. de aliment. & cibar.*

2 Si verò † mulier habeat, quo ſibi alimen-
ta procuret, quòd tunc eius contrarium ſit concludendum, tanquam ratione ceſſante, ob quam tale priuilegium indulgetur. Campez. *tract. de dote. part. 1. q. 88.*

Et ita nos in hoc puncto breuitati ſtudendo concludendum arbitramur.

Nota tamen, quod ſi eorum opinio vera eſſet, qua dotis cauſam ſummariam eſſe aſſeritur, de qua in præced. quæſtione mentio facta eſt, quod tunc indiſtinctè dotis cauſam die feriato poſſe tractari concludendum foret.

QVAESTIO XXVIII.

Nunquid dos ſit magis priuilegiata quàm alimenta?

SVMMARIA.

1 *Dos non eſt magis priuilegiata, quàm alimenta, contra num. 6.*

2 *Dotis cauſa non niſi decem annorum præſcriptio operatur.*

3 *Præſcriptio trium annorum alimentorum cauſa procedit.*

4 *Filia naturalis eſt alimentanda.*

5 *Debitum iuris naturalis potentius & magis fauorabile, quàm ciuilis. & nu. 7.*

8 *Filiæ naturali alimenta non ſunt præſtanda, ſi habeat artem vel quoduis aliud quo viuere poteſt.*

PARS I. NEGANS.

NVM cauſa dotis & alimentorum à pari
procedant, cõtrouertitur. Eorum † ſen 1
tentia qui dicunt cauſam alimentorum eſſe
magis priuilegiatam, videtur principiò in
eo fundata, quod † dotis cauſa non niſi de- 2
cem annorum præſcriptio operetur, vt tex.
eſt *in l. cum de vſur.*

Sed † in cauſa alimentorum ſufficit tri- 3
ennium, *l. 1. C. de fideicom.* Ergo cauſa alimen
torum eſt fauorabilior, quàm cauſa alimen
torum.

II. Si † cauſa alimentorum non eſſet po- 4
tior cauſa dotali, ſequeretur quod filia na
turalis non eſſet alimentanda, quia non eſt
dotanda. At conſequens eſt falſum. *Auth.
licet. C. de natural. lib. c. 12. & 15. Nouell. 89.* Er
go, &c.

III. Quod † debetur iure naturali poten- 5
tius eſt magiſque fauorabile, quàm quod
debetur iure poſitiuo, quia ius naturę habet
rationem fortiorem. At alimenta debentur
iure naturæ, dos verò iure poſitiuo. Er
go, &c.

Ex prædictis videtur concludendum, quod alimenta magis ſint priuilegiata, quàm dos.

Iſtam concluſionem Bartoli authoritate *in leg. 1. colum. 4. ſolut. matrimon.* confirmari refert Campez. *in tractat. de dote. part. prim. quæſt. 89.*

PARS II. AFFIRMANS.

6 PRædictis † non obſtantibus non pauci
Doctores contrarium innuunt, reſpon-
dendo ad *d.l.1.* quod ibi duo fauores cõcur-
rant, ſcilicet alimentorum & vltimæ volun-
tatis, & ſic quod propter vnum non conce-
ditur, conceditur propter alterum, ſecùs in
propoſito, in quo vna, duntaxat alimento-
rum cauſa verſatur.

Reſpondetur ad maiorem II. argumenti,
quod cauſa alimentorum quoad filiam na-
turalem ſit fauorabilior quàm cauſa dotis,
ſecùs verò quoad filiam ſimul naturalem &
legitimam, & hoc propter ſpecialitatem le-
gis, quæ filiæ naturali hoc in caſu deſeruit.

7 Deniq; † ad maiorem III. arg. reſponde-
tur, rationem naturalem eſſe potentiorem
in ſuis terminis, quoad eius eſſe perfectum,
quàm ratio ciuilis, cùm illa ab ipſa natura,
hæc verò à metu hominis procedat. Sed in
terminis cõſiderando rationem naturalem,
non niſi circa nudam alimentorum præſta-
tionem operatur, ratio verò dotis conſtitu-
endæ circa plura, ſicq; nõ vnum inducit pri-
uilegium, non vnum atq; alterum fauorem,
ſed plures, de quib. ſuprà art. 3. diſſeruimus.
Itaq; reſpectu multorum priuilegiorum do-
ti ſpecialiter conceſſorum, eam magis pri-
uilegiatam eſſe neceſſariò fatemur.

8 His † præmiſſis, vlterius pro iſta parte cõ-
firmanda allegatur *l. fin. C. de dot. promiſſ. & ibi Doctor.* qua in lege probatur, quod filia
licet bona habeat aduentitia, quod tamen
nihilominus à patre ſit dotanda, qua de re
ſuprà quæſt. 16. abundè diximus. Sed filia
naturalis habens artem vel bona quibus ſe
alat, à patre non eſt alimentanda. Ergo ratio
neceſſariò dictat, quòd dos magis ſit priuile-
giata, quàm alimenta.

Amplectuntur inter alios hanc conclu-
nem Roger. *de dot. §. 2. nu. 5.* Campez. *eod. tra-
ctat. part. 1. q. 89.* vbi in fine diſtinguit.

QVAESTIO XXIX.

An dotis cauſa propriè ita ſit pia, vt de ea falcidia detrahi nequeat?

SVMMARIA.

1 *Dotis cauſa propriè dicitur pia, contrà nu. 3. ex-
cept. num. 6. & ſeq.*

2 *Inſinuandi onus non niſi in cauſa pia remit-
titur.*

3 *Intellectus l. fin. C. de iure dot.*

4 *Dotis cauſa pia largo modo dicitur.*

5 *Legatum dotis cauſa factum patitur falcidiæ
detractionem.*

PARS I. AFFIRMANS.

NVm dotis cauſa propriè dicatur pia, non
inutilis inueſtigationis eſſe duximus.
Argumẽta † quibus pars affirmatiua ſtabili- 1
tur, inter alia hæc eſſe firmiora arbitramur.
I. Onus † inſinuandi non niſi in cauſa pia re- 2
mittitur, *l. 19. illud. C. de SS. Eccleſ.* At in dote
remittitur huiuſmodi onus, *l. fi. C. de iure dot.*
vbi donatio, ab extraneo dotis cauſa facta,
non indiget inſinuatione. Ergo dotis cauſa
propriè dicitur pia.

II. Leges expreſsè dotis cauſam eſſe piam
definiunt, vt text. eſt *in l. 32. cum is. §. 2. mulier.
de condit. indeb.* Ergo eius contrarium non
aſſerendum.

III. Donatio matrimonij cauſa alicui de-
ſtinata, non minus pia dicenda eſt, quàm
ſi pauperibus vel Eccleſiæ eſſet aſcripta,
quia exinde Reſpub. augetur, atque huma
num genus in perpetuum propagatur. *leg. 2.
de iure dot. l. 1. ſolut. matrimon. & l. 2. de priuileg.
credit.*

Sed donatio pauperibus vel Eccleſiæ re-
licta, ſtrictè vel propriè dicitur cauſa pia.
Ergo, &c.

IV. Eſt generale iuris axioma, quòd in
ambiguis ſemper pro dote ſit determinan-
dum, *l. 70. in ambiguis. de iure dot.* Ergo cum
hic caſus, quo de tractamus, ſit ambiguus,
& in vtramque partem diſputabilis, debe-
mus pro dote determinare, hoc eſt, dotis
cauſam propriè piam eſſe cõcludere. Iſtius
partis confirmatores eſſe videntur Bart. *in
l. ſi ego. in princip. de iure dot. & in l. 2. §. fin. de do-
nat. & in leg. 24. ſi conſtante. ſol. matr.* Imol. *ad l.
1. eod. tit.* Bal. *in l. mandatum. C. mand. & in l. ſic-
ut. C. de action. & obligat.*

PARS II. NEGANS.

VErum † prędictis non obſtantibus, pars 3
negatiua magis iuri conſonat, pro qua
tuenda reſpondemus ad *d. l. fin.* in minori I.
arg. propoſitione oppoſitam, ꝙ illa lex adeò
non obſtet, vt planè contrarium eius deter-
minet, ex quo enim dicit ante eius legis diſ-
poſitionem, donationẽ legitimam ſummã
excedentem indigniſſe monumẽtis, etiam-
ſi pro dote fuiſſet relicta, ſatis apparet dotis
cauſam propriè piam non eſſe.

Quod verò illa lex donationem legiti-
mam ſummã excedentem dotis cauſam ẽt
ſine monumẽtorum obſernatione validam
pronunciat, non ſit propter virtutem pie-
tatemne ipſiuſmet dotis, ſed propter da-
mnũ irreparabile, quod mulieri exinde poſ

ſet

ſet inferri, cùm ex eo ſæpenumerò contingeret, vt mulier indotata maneret.

4 Quod † leges quandoque dotis cauſam piam pronunciant, vt in antecedenti II. argumenti dictum, non ſit propriè ſed largè, vt quia eius occaſione venitur quodammodo ad matrimonium, liberiſque hominibus exinde ciuitas impletur, quorum & ſimilium reſpectu largo modo dotis cauſa paſſim tàm in iure, quàm apud Doctores pia nominatur.

Nos vero in hoc quæſtionis puncto, non de cauſa pia largè, ſed propriè ſtricteque ſumpta agimus, & ideò quod doris cauſa quandoq; in iure pia nominetur, nobis non obſtat.

Eadem reſponſio datur ad maiorem 3. argumenti propoſitionem, quòd videlicet reſpectu matrimonij dos pia poſſit dici largo modo, & non ſtrictè, hoc eſt propria virture pia.

Negatur quod in conſequentia 4. arg. dicitur, cum prædictis bene conſideratis hic punctus diſputabilis ambiguusque dici non poſſit.

Concludimus, quod dotis cauſa propriè non dicatur pia.

Iſtam concluſionem tuentur gloſſ. *in leg. 48. sali. §. 1. de iure dot.* Bald. Nouell. *tractat. de dote. part. 5.* Campez. *eod. tract. part. 1. q. 91.*

5 Ex † hac concluſione habes vnum notatu digniſſimum, quod de legato dotis cauſa facto detrahatur falcidia.

6 Eiuſdem † concluſionis exceptio eſt, niſi perſonę pauperi dos ſit conſtituta, quo caſu dotis cauſa propriè dici poteſt pia, *l. 19. illud. Cod. de SS. Eccleſ. & ibid. gloſſ.* quia tunc videtur Deo relictum, Bald. *in l. 12. poſt mortem. de fideicom. Alex. in l. 32. cum is. §. 2. ſi mulier. de condit. indeb. & in leg. 22. ſi cum dotem. §. 5. eo autem. ſol. matr.*

7 Secunda † exceptio videtur, niſi puellæ eſſet conſtituta dos, quæ ſecundum ſuum ſtatum vel nobilitatem, non poſſet ex bonis paternis ſibi condignam cōſtituere dotem, quo caſu non detraheretur falcidia à dote legata, cùm ea vt egena non dicatur poſſe nubere, quæ ſecundum ſuam conditionem honeſtè non poteſt nubete, *arg. l. 123. Nepos Proculo. de verb. ſignif. fac. l. 12. plenum. §. 4. equitij. de vſu & habitat. Bald. Nouel. d. tract. de dote. part. 5. nu. 7.*

QVAESTIO XXX.

Cauſa dotis principaliter intentata, num poſſit tractari coram iudice Eccleſiaſtico?

SVMMARIA.

1 *Dotis cauſa reſpectu paupertatis in foro Eccleſiaſtico principaliter intentari poteſt, ſecus verò ſi paupertas ceſſat, nu. 2.*

3 *Cauſa dotis incidenter coram iudice Eccleſiaſtico intentari poteſt. Item ſi iudex ſecularis haberi non poſſit. num. 4. Item ſi ſubditi ſint Eccleſiaſtici, nu. 5.*

HVIVS quęſtionis cognitio cùm dependeat à præcedenti quæſtione, eam in vtramq; partem diſputando diſcutere, neceſſarium fore haud duximus. Quare breuiter ſub hac diſtinctione reſpondemus:
Aut dos data eſt mulieri pauperi, aut diuiti.
Si † pauperi, concludimus in foro Eccleſia- 1
ſtico poſſe dotis cauſam principaliter intentari, tanquam quamlibet cauſam piam, *cap. nuptias. de donat. inter vir. & vxor. & ibi Doctor.*

Si verò † non egenæ ſit data, tunc eius 2
contrarium aſſerimus, quia tunc dotis cauſa non dicitur pia, vt in præcedenti quæſtione demonſtratum, ac conſequenter coram iudice Eccleſiaſtico principaliter nō intentanda, *text. in l. 24. in contractibus. in fi. C. de non num. pec.*

Exceptio † huius deciſionis prima eſt, niſi 3
cauſa dotis incidenter vnà cum cauſa dotis matrimoniali principaliter intentata tractaretur. Aug. & alij *ad l. 1. ſol. matr.*

Secunda † exceptio eſt, niſi non poſſit ha- 4
beri iudex ſecularis, quo caſu permiſſum eſt iudici Eccleſiaſtico dotis cauſam principaliter coram eo intentatam iudicare, eſt text. *in d. l. 24. in fin.*

Tertia † exceptio videtur quoad ſubdi- 5
tos Eccleſiaſticos, vt iſti cauſam dotis principaliter coram eodem iudice intētare poſſint. Per ea quæ notant. *in c. 2. de arbitr. Bald. in l. 17. priuilegia. C. de SS. Eccleſ.*

QVAESTIO XXXI.

Quæritur num dos cauta tantùm vel confeſſata, habeat priuilegium prçlationis contra alios creditores, ſi non conſtet dotem realiter eſſe numeratam?

SVMMARIA.

1 *Dos confeſſata non habet priuilegium prælationis aduerſus alios creditores. Niſi alij creditores*

tores pariter non niſi nudam literariam habeant cautionem. num. 2. Quod limitatur in cauſa depoſiti, nu. 3.

Item niſi tempus opponendæ exceptionis ſit tranſactum. nu. 4. Alias except. vide num. ſeqq.

HANC quæſtionem breuiter deciden-
1 do, reſpondemus † quòd dos cõfeſſata, ſine reali numeratione, non habeat priuilegium prælationis, aduerſus alios creditores, per *leg. 12. aſſiduis. C. qui pot. in pign. hab. l. 22. per diuerſas. & ibi gloſſ. & l. ſeq. & mand.* Eſtq; commune omnium Doctorum reſponſum, teſtante Mynſing. *1. obſeruat. 61.* idem tenet Cynus *in auth. ſed iam neceſſe. C. de donat. ante nupt.* & Bart. *in l. 24. ſi conſtante. ſol. matr.*

Quod commune Interpretum placitum has ſubſequentes patitur exceptiones. Prima
2 eſt, niſi † alij creditores pariter non plus habeant, quàm literariã cautionem ſuper eorum creditis cõfeſſatis. Ratio eſt, quia tunc mulier cum cæteris creditoribus pari paſſu ambulat, quo in caſu melior cõditio eſt mulieris, *arg. l. 70. in ambiguis de iure dot.* Angel. & Imol. *ad l. 1. ſol. matr.* Mynſ. *d. loc.*

3 Cuius † replicatio videtur, niſi ſint creditores ex cauſa depoſiti, confeſſi, vel ſimili. Cuius ratio eſt, quod huiuſmodi creditores reſpectu temporis, quo poteſt opponi exceptio non numeratæ dotis, videanrur magis priuilegiati, quàm mulier, cũ eis huiuſmodi exceptio non poſſit opponi, *l. 13. generaliter. C. de non num. pec.* Campez. *tractat. de dote. q. 93. par. 1. nu. 2.*

4 Secunda † exceptio eſt, niſi ſit tranſactum tempus proponendę exceptionis nõ numeratæ dotis, vel eidem exceptioni renunciatum. Bald *in d. l. aſſiduis. & in l. 1. C. de priuil. dot.* Ang. *in l. 1. ſol. matr.*

5 Tertiò † excipit, niſi confeſſio facta ſit extraneo, qui mulierem dotauit, cõfitendo virum ab eo dotem recepiſſe, quo caſu dos nõ ſolùm eſt priuilegiata in tacita hypotheca, ſed ẽt in prælatione contra alios creditores, Bal. *in d. l. 1.* Cuius replicatio videt, niſi huiuſmodi perſona eſſet ipſi viro ſanguine conjuncta, cum ratione ſanguinis tunc videatur ſubeſſe ſuſpicio fraudis, *l. 27. data. C. de donat.* Secundò replicatur, niſi maritus confitetur, ſe dotem à ſocero accepiſſe, cùm tunc eadem ſuſpicio, quæ eſt in vxore, videatur etiam eſſe in ſocero. Fac. *l. 3. § qui in eiuſdem. de donat. inter vir. & vxor.*

6 Quarta † exceptio eſt, niſi creditores ſe mulieri in dote confeſſata opponẽtes, contraxiſſent cum marito poſt dotis confeſſionem. Ratio eſt, quia huius tẽporis reſpectu non poteſt ſubeſſe fraudis ſuſpicio. Cuius replicatio eſt, niſi certa ſubeſſet præſumptio, quod talis dotis confeſſio eſſet facta in fraudem futurorum creditorum. Et videtur huiuſmodi præſumptio probari ex eo, ſi vir in continenti debita contraxerit, *argum. l. 4. §. in bonis. de priuileg. creditor.* Bartol. *in l. 10. ait prætor. §. 1. ita demum. quæ in fraud. credit.* Nouell. *in tractat. de dote. part. 10. priuileg. 20. num. 17.*

Quintò † niſi confeſſio eſſet facta conſtante matrimonio poſt tempus promiſſę dotis 7
Nouel. *d. loc. nu. 18.* vbi allegat ad hoc Ludo. Roman. *in l 24. ſi conſtante. ſol. matr.* & latius iſtam exceptionem examinat.

Sextò † excipitur, niſi ſtatutum diſponat, 8
quòd inſtrumẽtum dotis confeſſæ paratam habeat executionem, ſicut ſententia. Ratio poteſt ſumi ex eo, quod ſtatutum ſe fundat ſuper ipſa confeſſione, & non ſuper ipſa dote numerata, Bald. *ad d. l. 1. C. de priuileg. dot.* Sed reprobatur per Bald. Nouell. *d. loc. num. 20.* ex eo quòd ſtatutum recipiat interpretationem paſſiuam à iure communi, *l. 2. C. de noxal. c. 8. cum dilectus. de conſuet.* & quod ſit reſtringendum, ne exorbitet à iure communi, quod fieret ſi prædicta exceptio admitteretur, cum prędicto in caſu ſecundum ius illud non detur parata executio, *l. 4. §. ſi conuentione. de iudic.* Bart. & alij *ad l. ſi poſſeſſio. §. & ſi poſſeſſio. de acq. poſſeſſ.*

QVAESTIO XXXII.

An mulier in dotis exactione cæteris creditoribus, etiam anteriorem expreſſam hypothecam habentibus, præferatur?

SVMMARIA.

1 *Mulier dotis cauſa non præfertur cæteris creditoribus, expreſſam anteriorem hypothecam habentibus, contrà nu. 6. except. n. 11. & ſeq.*
2 *Fiſcus & mulier in priuilegio prælationis æquiparantur.*
3 *Fiſcus creditoribus anteriorem hypothecam habentibus non præfertur.*
4 *Prouidentia hominis eſt potentior prouidentia legis.*
5 *Ius commune potentius eſt municipali, aut ſingulari.*
7 *Mulier dotis ratione aduerſus alios maiore nititur priuilegio, quàm fiſcus.*
8 *Coſtani ſolutio ad l. 8. qui pot. in pign. hab. refutatur.*

9 *Prælationis priuilegium tàm quoad expreſſam quàm tacitam anteriorem hypothecam mulieri à lege conceſſum.*

10 *Vincentem te qui vincit, vincit & te.*

11 *Primipili ſarcinam qui ſubit, magis priuilegiatus eſt, quàm mulier in dote.*

12 *Creditor cauſa militia mulieri præfertur.*

13 *Dos nondum numerata vera dotis non habet priuilegium.*

14 *Pater idem dotis priuilegium non habet, quod habuit filia.*

17 *Creditor debiti funerarij mulieri præfertur.*

18 *Dos repetitur per conditionem ob cauſam, ſi matrimonium non ſit contractum.*

19 *Priuilegium prælationis non datur mulieri pro donatione propter nuptias conſequenda.*

PARS I. NEGANS.

INTRICATA multumq; inter Doctores agitata quæſtio eſt, num mulier in dotis exactione cæteris creditoribus, etiã expreſſam hypothecam anteriorem habentibus, ante ponatur, quæ cum ſit vtiliſſima ſcituque di gniſſima, eam in vtramq; diſcutere partem
1 non grauabimur. Eorum † qui negatiuã co
nantur tueri ſententiam, fundamenta hæc
2 ſunt præcipua. I. Quod † fiſcus in prælationis priuilegio & mulier æquiparẽtur, non ignotum iuris noſtri axioma eſſe, ex *l. 2. C. de priuileg. fiſci. & l. 9. dotis. C. de iure dot.* pronunciatur.

3 At † rurſus conſtat quod fiſcus creditoribus anteriorem hypothecam habentibus non præferatur, *text. in l. 8. ſi pignus. qui pot. in pign. hab.* ibi: *quia & priuati præferuntur* (fiſco poſteriorem hypothecam habenti) *& l. 3. C. eod. tit.* Ergo procul dubio videtur concludendum, quòd mulier creditoribus expreſſam anteriorem hypothecam habentibus non præferatur.

II. Creditores tempore priores ſua nituntur
cautione & prouidẽtia, mulier verò proui-
4 dentia legis, *l. vnic. C. de rei vx. act.* Atqui † hominis prouidentia eſt potentior prouidentia legis, *l. 13. & habet. §. 1. de precar. & l. vlt. circa medium. C. de pact. conuent.*

III. Si mulier anteponeretur creditoribus anteriorem hypothecam habentibus, ſequeretur quod priuilegium mulieri conceſſum in alterius redundaret præiudiciũ. Sed conſequens eſt prohibitum, *l. 40. impuberi. de adminiſt. tut.* Ergo & antecedens.

5 IV. Ius † commune potentius eſt iure ſingulari, aut priuilegiario, *l. 34. eius militis. §. 1. militia miſſus. de milit. teſtam. l. 15. centurio. de vulg. & pupil. ſubſtit.* Ergo mulier non anteponenda aliis creditoribus, expreſſam anteriorem hypothecam habentibus, cum illi nitantur iure communi, mulier verò ſpeciali quodam fauore.

Ex his & ſimilibus argumentis videtur concludendum, quod mulier creditoribus expreſſam anteriorem hypothecam habentibus, non ſit præferenda.

Hanc concluſionem communi Doctorum calculo approbatam effantur Rip. *in l. quæſitum. nu. 7. de priuil. credit.* Ioan. Coraſ. *in l. qui liberos. de ritu nupt.* Couar. *1. reſolut. c. 16. col. 3.* quam eandem concluſionem non ſolùm in expreſſa, ſed etiam tacita anteriori hypotheca procedere teſtantur Neguz. *de pignor. memb. 1 part. 5. nu. 100. & ſeq.* & Rip. *in d. l. quæſitum.* vbi paritor illam communem pronunciant: Cuius ſententiæ primordij authores ſunt Accurſius, Dynus, Albericus, & Bar. *in l. ſi is qui. de iure dot. fiſci.* Bald. & Salyc. *in l. aſſiduis. C. qui pot. in pign. hab.* Ang. Fab. & Iaſ. *in §. fuerat. Inſt. de action.* Innoc. & Panorm. *in c. ex literis. de pignor.*

PARS II. NEGANS.

HORVM † Doctorum authoritas eorumque fundamenta, licet nõ leuem alicui 6
præbeant inclinationem: tamen veritas quæ ſuper omnia vincit, nos contrariam amplecti ſententiam inuitat atq; impellit.

Quocirca † ad eam tuendam reſponde 7
mus ad minorem I. arg. propoſitionẽ, quod licet perſona priuilegiata contra priuilegiatam ſuo non vtatur priuilegio, quod tamen ex eo non ſequatur, vt vna perſona priuilegiata contra aliam non priuilegiatam non habeat maiorem prærogatiuam, quàm altera etiam priuilegiata, hoc eſt (vt paucis rem complectamur) vna perſona priuilegiata, etſi aduerſus alteram pariter priuilegiatam ſuo non vtatur priuilegio, tamen aduerſus aliam vt maiori quàm altera nitatur fauore, per hoc non negatur.

Ideoque licet fiſcus perſonæ priuatæ, anteriorem hypothecam expreſſam habenti, non præferatur: tamen ex eo non ſequitur, vt idem de muliere dicendum ſit, cum ea aduerſus alias perſonas magis ſit priuilegiata quàm fiſcus, quæ aſſertio nobis ſufficit, donec contrarium probetur, *arg. l. 70. in ambiguis. de iure dot.*

Reſpondet aliter † Coſtanus de dote *c. 7.* 8
num. 7. quod *in d. l. 8 & 2.* fiſco obligatio facta ſit ex delicto, & non ex contractu, atque iccirco fiſcum non præferri, in aliis autem obligationibus ex contractu deſcenden-

ribus, non idem eſſe dicendum, *leg. 28. ſi qui. de iure fiſci.* & ita belliſſimè reſponderi poſſe effatur.

Sed nos primam ſolutionem longè tutiorem eſſe exiſtimamus, cùm quòd *in d. ll. 8. & 2.* generaliter diſpoſitio facta ſit, cõpræhendens tàm obligationem ex contractu, quàm delicto deſcendentem, tùm etiam quod *in d. l. 28.* non probetur, vt fiſcus ex contractu aliis anteriorem hypothecam habentibus præferatur, ſed ex eo quod cauſam pignoris præuenerit, vt claré ex iſtis verbis patet: *præuenit enim cauſam pignoris fiſcus.*

Reſpondetur ad minorem II. arg. quod illud axioma in ea poſitum procedat, quando lex tantum diſpoſuit in ſubſidium diſpoſitionis hominis, *l. 5. non dubium. C. de legib. l. 55. nemo poteſt. de legat. 1.* Iaſ. *ad §. 7. item Seruiana. de action.* Sed hoc in caſu ita non diſpoſuit. Ergo, &c.

Minor III. argumenti hoc modo labefactanda eſt, quòd quidẽ ea procedat, niſi incommodum hoc vel pręiudicium cum nullius fiat iniuria. Atqui verò præiudicium ꝙ propter hoc prælationis priuilegium alicui infertur, cũ nullius fit iniuria, quia ob publicum matrimonij liberorumq; fauorem lege permittente fit, vt infrà clarius oſtendetur.

At antecedens IV. arg. reſpondemus, quòd *d. ll. 34. & 15.* loquantur in caſu, quo actus ſimul iure communi & priuilegiario valere poteſt, quòd in eo tutius potentiusq; ius commune videatur quàm ſpeciale. Ideoque cùm talis caſus hîc non ſubſit, prædictum argumentum non obſtat.

Præterea poteſt reſponderi, quod prædictæ ll. diſponant de priuilegio temporario, nos verò de perpetuo, & iccirco cum inter perpetuum & temporarium magna ſit diuerſitas, pariter diuerſum ius inter ea eſſe ſtatuendum haud negari.

Prædictis argumentis ſic breuiter reſolutis, vlterius pro iſta parte corroboranda hoc
9 modo arguimus. Leges † dilucidè ſatisq; apertè prælationis priuilegium, tàm quoad expreſſam, quàm tacitam anteriorẽ hypotheca, mulieri concedunt, vt hoc belliſſimè ſubſequentes leges, nullam hac in re diſtinctionẽ facientes, oſtendunt, *l. 12. aſsiduis. §. 1. C. qui pot. in pign. hab.* ibi: *potiora iura contra omnes habere mar. creditores, licet anterioris ſint temporis priuilegio vallati.* Idem text. *in d. §. fuerat. Inſtit. de action.* Idem text. præclarus *in l. 30. in rebus C. de iure dot.* cuius verba cùm ad amuſſim huius rei controuerſiam dirimere videantur, erunt omninò huc transferenda: *Mulierem in his* (rebus dotalibus) *vindicandis omnem* (nota) *habere poſt diſſolutum matrimonium prærogatiuam iubemus, & neminem creditorum mariti, qui anteriores ſunt, poſſe ſibi potiorem cauſam in his per hypothecam vindicare.* Ideoque cum leges adeò apertè & indiſtinctè hanc partem probent, vt iubeant mulierem hoc in caſu omnem habere prærogatiuam, & neminem creditorum ei eſſe præferendum, vix erit vt eius contrarium abſque manifeſta calumnia aſſerere valeamus.

Præterea † vt ex multis adhuc vnum in 10
medium adducamus argumentum, dicimus percelebrem Doctorum eſſe theoricam, eum qui vincit te, vincere & vincentem te. Fulgoſ. *in leg. 16 Claudius. qui pot. in pignor. hab.* At conſtat quòd mulier vincat vincentem omnes creditores, etiam anteriorem hypothecam expreſſam habentes. Ergo, &c.

Minor docetur ex eo quòd is, qui in rem conſeruandam reficiendamuè credidit, indiſtinctè omnibus aliis creditoribus præferatur, *l. 28. creditor. in princ. ſi cert. petat. l. 5. interdum. qui pot. in pignor. hab.* ibi: *quo iure* (prælationis) *vtatur & aduerſus eos, qui perſonali priuilegio muniuntur, veluti quorum pecunia res empta ſunt vel refectæ.* Idem tex. *in c. 4. quia verò. Nouel. 97.* Ergo, &c.

Ex his & ſimilibus fundamentis concludimus, quod mulier dotis cauſa indiſtinctè omnibus aliis creditoribus, etiam expreſſam anteriorem hypothecam habentibus præferatur.

Hanc concluſionem ſua confirmant authoritate Bellapert. & Cyn. *in d. leg. aſsiduis.* Angel. *ad cap. 3. his conſequens. Nouell. 97.* Fab. *ad dict. §. fuerat. Inſtitut. de action. numer. 6* vbi iſtam partem praxi receptam affirmat Balduin. *Inſtitut. pag. 380.* Bald. Nouell. *de dote. part. 10. numer. 36.* Iacob. Cuiac. *Inſtitut. de action. pag. 66. verſic. in hypotheca.* eamque Græcorum authoritate probari teſtatur Harmenop. *libr. prim. tit. 13. pag 67. & lib. 3. tit. 3. pag. 196. & pag. 202.* Anton. Coſtanus *de dote. cap. 7. num. 5. & ſeqq.* Suar. *recept. ſentent. D. num. 310.* vbi prædictam concluſionem à tempore quo dos promiſſa eſt, ait procedere, vt idem hoc commune Doctorum reſponſum ex Boerio *deciſ. 331. numer. 1.* Neguzantio *de pignorib. 2. part. princ. 4. memb. numer. 14.* & Viuio *libro 1. opin. 210.* pronunciat.

Eiuſdem concluſionis exceptio prima

11 eſt,vt non † procedat aduerſus eum qui primipili ſarcinam ſubiuit,is enim mulieri præfertur.*l.4.ſatis notum.C.in quib.cauſ.pignor.l.4.vtilitas.C.de primipilo.* Cuius replicatio eſt, niſi mariri bona ad debitum primipili ſoluendum ſufficiant, *leg.1. C. de priuileg. fiſci.*

Secunda exceptio eſt, niſi mulier cum ſuis heredibus primæ vxoris, priorem hypothecam habentibus concurrat, eo enim in caſu heredes primæ vxoris præferuntur. Ratio eſt, quòd hi reſpectu ſuæ matris, eodem vallari ſint priuilegio, *text.in c.1.Nouel.91.d.l.aſsiduis.§.& ideo.& ibi Salyc.Ripar.in l.1.ſol.matr.*

12 Tertiò † excipitur, niſi alius creditor ad conſequendam militiam alicui ſuos nummos credidit,is enim mulieri pręfertur,tex.*in d.c.4.Nouel.97.*niſi mulier anteriorem hypothecam habeat.

Quarta exceptio eſt, quoad extraneos heredes,qui hoc priuilegio non gaudent, *l.vnic.C.de priuileg. dot. l.priuilegia.de reg.iur.l.1.de conſt.princ.* commune pronunciat Rip.*in d.l.1.*& Caſtren.*in l.2.ſol.matr.*

13 Quinta † exceptio eſt, niſi dos non ſit numerata, etiamſi maritus eam accepiſſe falsò confeſſus ſit, *argument.l.27.ſi vnus.§.ante omnia.& l.vlt.de pact.*de quo caſu plura diximus ſuprà q.31.

14 Sextò † excipitur quoad patrem,mortua filia dotem exigentem. Ratio eſt, quia tunc pater propter ius conſolidationis agit ex perſona ſua,& non filia, Bart.*in l.40. poſt dotem.ſol.matr.*

Cuius replicatio videtur, niſi pater non agat iure conſolidationis,ſed ex ſua promiſſione per interpoſitam ſtipulationem facta, quod idem in extraneo dicit procedere Nouel *d.part.10.nu.23.*

15 Septimò † niſi ceſſionatius ſit mulieris,in quem hoc priuilegium non tranſit, Cyn. & Bald.*in l.1.C.de priuil.dot.* Cuius replicatio eſt, niſi ceſſio facta ſit ad commodum mulieris,& non ceſſionarij. Nouel.*d.loc.nu.24.*

16 Octauò † excipitur, vt obtineat tantum prędictum priuilegium in dote,à marito vel eius patre mulieri reſtituenda, & non pro dote exſoluenda vel conſtituenda, *dict.§.fuerat.*

17 Nonò † niſi alius ſit creditor debiti funerarij, *l.pen.C.de relig.& ſumpt.fun.* Cuius replicatio videtur, niſi mulier habeat hypothecam anteriorem, per ea quæ habentur *in d.l.aſsiduis.§.exceptis.* Nouell. *dict.loc.numer.29.*

Decimò † excipitur, niſi matrimonium non fuerit contractum, quo caſu repetitur dos per conditionem ob cauſam. Dyn. Bart. & Salyc.*in l.2.§.ſi ſponſa.de priuileg.credit.* Diſſent.ibid.Gloſſ.& Cyn.quorum opinionem Nouel.*d.loc.nu.31.* pro concordia putat procedere, ſi matrimonium putatiuum fuerit contractum, quod iuri non de nihilo conuenire exiſtimamus,ſi tale matrimonium ignoranter fuerit contractum. 18

Vndecimò † non procedit pro donatione propter nuptias conſequenda, cùm tale prælationis priuilegium mulieri quoad incommodum euitandum, & non quoad lucrum raptandum conceſſum ſit. *d.l.aſsiduis.in fin.* 19

Duodecima exceptio videtur quoad eos creditores,qui pecuniam ſuam pro naui vel domo reficienda crediderunt, *d.§.hic conſequens.* Sed reprobatur per ea quæ diximus ſuprà *num.10.*

Hæc omnia cum ſcitu ſint digniſſima,tibi perpetuò memoriæ habeas commēdata.

QVAESTIO XXXIII.

Dos ſoluto matrimonio num illicò abſq; traditione tranſeat in mulierem?

SVMMARIA.

1 *Dominium dotis mortuo viro mulier illicò habet.exceptiones iſtius concluſ.numer.2.3.4.& ſeq.*

2 *Dominium quaſi & vtile ſoluto matrimonio illicò in mulierem non transfertur, & num.3.*

4 *Dominium dotis ſoluto matrimonio illicò non tranſit in heredes vxoris, quod idem in patre eſt determinandum.nu.5.*

7 *Dominium rei mobilis mulier dirempto matrimonio illicò non habet.*

8 *Dominium diſſoluto coniugio mulier illicò non habet in dote, ſi rem ſub eius commemoratione non petat.*

10 *Dominium dotis illicò in mulierem non transfertur, ſi dos repetatur propter inopiam viri.*

12 *Poſſeſſio rei dotalis illicò ſoluto matrimonio in mulierem non tranſit.*

13 *Mulier intrans propria authoritate poſſeſſionem incidit in pœnam,contrà ibid.*

CVM huius quæſt. deciſio ex infrà 40. agitata quęſtione depēdeat,reſpondem' hîc † breuiter,omiſſa eius in vtramq; partem 1

diſcuſ-

diſcuſſione, quod mulier mortuo marito illicò dotis habeat dominium abſq; vlla reali traditione, & hoc quidem potiſſimum iure Codicis, *l. 30. in rebus. C. de iure dot.* licet id neget de iure Digeſt. Bart. *in leg. 9. ſi mora. ſolut. matrimon. per l. 1. in fin. de fundo dot. & leg. 62. quædam. de acquir. rer. dom.* quod fortè quoad dominium commentitium ciuile procedit, ſecus quoad dominiũ naturale, quod penes vxorem, etiam viuente marito, permanere *in d. quaſt. 40.* oſtendimus, quod idem pulchrè Coſtanus de dote *cap. 5.* demonſtrat.

Si igitur huius quęſtionis cõcluſio, quod res dotalis abſq; reali traditione, mortuo viro illicò in vxorem transferatur.

Huic concluſioni de iure Cod. ſubſcribunt Bart. Bald. Angel. & communiter Doctores *in d. l. 9. ſi mora. & in l. 53. ſi filio. ſolut. matrimon.*

2 Eiuſdem † exceptio prima eſt quoad quaſi dominium, quod quæritur ex publiciana, vide Bal. Nouel. *tract. de dote. part. 8. priuileg. 5. num. 9.*

3 Secunda † exceptio eſt, quoad vtile dominium. Ratio eſt, quia tale dominium procedit ex iure merè perſonali, quod ex ſui natura non eſt tranſmiſſibile, quo caſu adhibendæ ſunt aliæ cautelæ, vt mulier ſoluto matrimonio non maneat indotata, vide *leg. 57. vſufructu. ſolut. matrimon. & l. 66. ſi vſuſfructus. de iure dot.* Eandem exceptionem dicit procedere Nouell. *dict. tractat.* etiam in dominio vtili, in re emphyteutica marito in dotem data acquiſita, quæ exceptio procedit, ſi ipſe emphyteuta citra domini conſenſum, non potuerit rem emphyteuticam in dotem dare, vt ſentit Bart. *in l. 1. ſolut. matrim.*

Si verò conſenſu domini ab initio huiuſmodi res in dotem data ſit, tunc eius dominium ſoluto matrimonio poſſe in mulierem ſine vlla traditione transferri verius videtur, cum conceſſo vno, videatur pariter conceſſum quod ex eo ſequitur. Fac. quod volunt Ioan. de Imol. & Roman. *in dict. l. vſufructu.*

4 Tertia † prædictæ concluſionis exceptio eſt, vt non procedat quoad hæredes vxoris. Bartol. *in leg. 41. Neſennius. verſic. fundum. de re iudic.* & ibi communiter Doctores, quæ exceptio videtur ex *dict. leg. 30.* fundata, cùm illa duntaxat in muliere ſuperſtite loquatur, quod pariter illa regula confirmat, quod priuilegium perſonale perſonam non egrediatur.

Sed eius replicatio videtur quoad ſuos hæredes, *l. 1. & ibi gloſſ. C. de priuileg. dot. text. in leg. vltim. §. exceptio. qui potior. in pignor. hab.*

Quartò † excipitur, niſi defuncta vxore 5
eius pater dotis ratione ageret; is enim ſoluto matrimonio illicò dominium non haber, & hoc propter fauorem ex *d. leg. 30.* mulieri vnicè conceſſum. Diſſentit Baldus referendo Bart. *in l. 3. & ſi dotis. C. de iure dot.*

Cuius replicatio eſt, niſi agat ex ſola promiſſione per interpoſitam ſtipulationem facta, diximus ſuprà q. 32.

Quintò † niſi tempore contractus matrimonij res in dotem data fuerit aliena, & 6
non vxoris, ſed poſteà à marito per vſucapionem aut præſcriptionem bona fide acquiſita. Nouel. *d. loc. nu. 8.*

Sexta † exceptio eſt, niſi res mobiles in 7
dotem datæ ſint, quorum dominium illicò in mulierem non tranſit. Ratio eſt, quia marito eiuſue hæredibus pro huiuſmodi rebus reſtituendis datur annus, text. *in l. vnic. §. exactio. C. de rei vxor. action.* Quapropter dominium illicò non transferri videtur. Ita ſentit Bald. dicendo ſe Bartolum hoc modo audiuiſſe docentem, *in d. l. 3. & ſi dotis. C. de iure dot. & in dict. §. exactio.* Sed reprobatur per textum *in d. leg. 30. in princip.* tam de rebus mobilibus, quàm immobilibus indiſtinctè diſponentem, quod Bartolo quoque rem melius ſcribendo quàm loquendo conſideranti ſummè placuit. *in l. 24. ob res amotas. de action. rer. amot.* vide Bald. Nouel. *d. loc. num. 12.* Sed diſſentit pariter & non de nihilo probat Campez. *tractat. de dote. part. 1. quaſt. 94.*

Septima † exceptio eſt, niſi mulier ſub 8
cõmemoratione diſſoluti matrimonij rem dotalem non peteret, ſed tanquam extranea virum eiuſue hæredes pro dote reſtituenda conueniret, Bart. *ad d. leg. Neſennius.* & Campez. *d. loc.*

Octauò † excipitur quoad fructus infra 9
vltimum annum ſoluti matrimonij perceptos, & pro rata temporis mulieri reſtituendos. Cuius replicatio eſt, niſi mulier fuerit immediatè conſtante matrimonio eorum fructuum domina effecta, *l. 13. non ſolum. de rei vindic. dict. leg. 30. & d. §. exactio.* Sed videtur indiſtinctè dict. exceptio procedere, cum etiam conſtante matrimonio propter eius onera fructus ad maritum ſpectent. *leg. 30. pro oneribus. C. de iure dot.* niſi fortè eiuſmodi fructus ſint, qui ipſam do-

tem conſtituunt, vel excedunt matrimonij onera.

10 Nona † exceptio eſt, niſi dos ſit reſtituenda propter inopiam viri, per ea quæ traduntur *in l. 24. ſi conſtante. ſolut. matrimon. & in l. 29. vbi adhuc. C. de iure dot. & ibi gloſſ. in verb. vendicare.* & Angel. *in d. l. 24. Nouell. d. loc. numer. 14.* vbi iſtam exceptionem in puncto iuris reputat veriorem, maximè cum text. *in dict. l. 29.* per verbum, *Vendicare*, non habeat reſpectum ad vendicationem dominij hypothecæ, ſed ad ipſam hypothecam largo modo intelligendo. Sed communiter reprobatur Bart. *in d l. 24.* & ibi Imol. & Rom. Bald. *in d. l. 29.* licet aliâs in diſputando altera opinio non ita difficulter obtineri poſſet.

11 Decima † exceptio eſt, niſi bona mariti ob delictum eſſent confiſcata, quo caſu in mulierem illicò dotis non transferretur dominium, ex eo quod etiam iura paſſiua trāſeant in fiſcum, *l. 31. ſi marito. in princip. ſolut. matrimon. & not. in d. cap. 19. cum ſecundum. de hæret. in 6.* & per ea quæ diximus *in tractat. noſtro controuerſ. de bon. conſtante matrimon. acquiſ. quæſt. 14. circa princip.*

Cuius replicatio eſt, niſi mulier præueniendo ageret priùs quàm fiſcus aduerſus maritum pro dote reſtituenda, per remedium quod mulieri ex *d l. 29.* indultum eſt, Bart. *in d. l. 24.* Huiuſmodi verò præuentione amiſſa, poſſet nihilominus mulier aduerſus fiſcū pro dote eximēda actione perſonali vel hypothecaria vti, perinde ac ſi in caſu quo vir ad inopiam vergeret, *per not. in d. l. 29.* Sed verius eſt, vt prædicta exceptio reprobetur, per ea quæ diximus *d. q. 14. par. 2.*

12 Vndecima † exceptio eſt quoad poſſeſſionem. Nam licet mulier illicò dominium habeat: tñ rei poſſeſſio aliquantiſper in pendēti eſt, cum ea per apprehēſionem difficilius transferatur, quàm dominium, *l. 23. cum heredes. de acquir. poſſeſſ.* Quod idē in aliis perſonis priuilegiatis procedere paſſim iuris Interpretumq; paradigmata oſtendunt. Nouel. *d.*
13 *loc. n. 17.* Vnde † eſt, quòd mulier propria authoritate poſſeſſionem intrando incidat in pœnā *l 7. ſi quis in tantam. C. vnde vi.* Bal. *in d. l. ſi dotis. C. de iure dot.* Diſſentiunt Dyn. & Bart. *in l. ſi mulier. §. rerum. rer. amot.* quorum ſentētia videtur ęquior, & in praxi magis ſequenda, eſtq; communi Doctorū calculo approbata, *in l. fi. C. vnde vi.* teſtante Bald. Nouell. *d. tract. de dote. part. 8. priuil. 6. nu. 19.* maximè ſi poſſeſſio vacet, quod cauſa tū patronis candido notandum eſt lapillo, quò mulierē inſtruant, vt poſſeſſionem vacantem prǫoccupando cæteros mariti heredes excludat, q. difficilius factu eò non erit, quòd plerunq; heredes poſt mortē viri non ita repentè poſſeſſiones apprehendere ſoleant. Cuius exceptio eſt, niſi propria authoritate apprehēdat poſſeſſionem bonorum viri. Eiuſdem replicatio prima eſt, niſi in dotis inſtrumento expreſsè bona mariti pro dote retinenda ſint obligata, *l. 6. certè. §. quæſitum. de precar.* Bart. *in l. 3. C. de pignor.*

Secunda eſt, niſi mulier prædefuncto marito in eius domicilio remaneret. Ratio eſt, quia tunc pręſumitur, iure quodam familiaritatis mulierem poſſeſſionem apprehendiſſe, *l. 41. qui iure. de acquir. poſſ.* Bald. *in l. pen. C. de pign. action.*

Tertia replicatio eſt, niſi dos à viro eſſet conſumpta, quo caſu cum omnia mariti bona vxori tacitè ſint obligata, poteſt mulier eorum poſſeſſionem vacantem ſibi præoccupando propria authoritate acquirere. Hæc cùm magni ſint effectus, non ita de facili obliuioni tradenda.

Vltimò † excipitur, quoad donationem 14
propter nuptias. Ratio eſt, quod mulier cōſtante matrimonio nullū ius vel dominium in ea habuit, ſicut in dote, quod *d. l. in rebus* exigit, vide Bald. Nouel. *d. loc. nu. 24.* vbi ſparſim plures notabiles circa materiam *l. in rebus.* effectus enucleat.

QVAESTIO XXXIV.

Num rei mobilis in dotem datæ alienatio ſit prohibita?

SVMMARIA.

1 *Dos rei mobilis quomodo de iure antiquo alienabilis, & quomodo de iure nouo. nu. 2.*

3 *Dos rei mobilis, in ſpecie conſiſtentis, quomodo alienabilis.*

HVIVS quæſtionis declaratio, cum non diſputando, ſed diſtinguendo melius fiat, operæ pretium fore arbitrati ſumus, vt omiſſa inutili & intricata Doctorum hoc in caſu diſputatione, huius rei materiam hoc
modo diſtinguamus: vt quidē † de iure an- 1
tiquo res mobilis in dotem data ſit, alienabilis, ſi æſtimata in dotem tradita ſit, ea ſcil. æſtimatione quæ facit emptionem, quo caſu etiam citra mulieris conſenſum alienari poteſt, quod idem in immobilibus procedere ex *l. 16. quoties. de iure dot.* oſtenditur.

Si verò res in dotem data ſit ea æſtimatione, quæ non facit emptionem, vtpotè ſi eo reſpectu æſtimaretur, quo dotans ſciret,

Digitized by Google

quantò, conſtante matrimonio, res dotalis deterior meliorue effecta eſſet, tunc enim perindè ac ſi non eſſet æſtimata, alienari prohiberetur.

2 Ius † verò nouum conſiderando huiuſmodi adhibendam eſſe diſtinctionem arbitramur, vt quidem rei dotalis alienatio interdicta non cenſeatur, ſi dos in pondere, numero & menſura conſiſtat, cuius aſſertionis ratio eſt, quòd tacitè inter virum dotiſque conſtitutorem actum videatur, vt eiuſdem rei generis in dotem datæ reſtitutio ſufficiat, quòd pariter adeò verum exiſtimamus, vt etiam huiuſmodi res abſque vxoris conſenſu per maritum alienari poſſe à nemine iuſtè negetur, *not. in l. 3. cum quid. ſi cert. petat.*

3 Si † verò eiuſmodi res mobilis ſit vt in ſpecie conſiſtat, tunc hanc adhibendam eſſe diuiſionem ducimus, vt proculdubio licitæ ſubiaceat alienationi, ſi ſeruando ſeruari nequeat, cuius generis eas res arbitramur, quæ mercaturæ ſubiacent, quæ cum ſint venales, ex ſui natura res non conſeruabiles exiſtimantur, *fac. Gloſſ. in l. 1. §. fuit quæſitum. ad SC. Trebell. fac. text. in l. 7. diuortio.* (alias) *fructus §. 15. interdum. ſolut. matr.* Quibus quoque pecuniam quotidiano vſui deſtinatam connumerare placuit. *Gloſſ. in d. §. fuit quæſitum. & in l. 23. ſi ex legati cauſa. de verb. oblig.* Si autem eius generis res mobilis ſit, vt citra incommodum ſeruari poſſit, tunc contrarium eius, quod ſuprà concluſum eſt, aſſerere haud diſplicuit, niſi rei alienatio mulieri eſſet proficua, eiuſque conſenſu confirmaretur, *l. 11. incendium. C. ſi cert. pet.* Bart. Bald. Imol. & Doct. communiter *in d. l. 1. ſolut. matr.* per auth. *vbi adhuc. C. ad SC. Velle.* Diſſentit Bald. Nouel. *in tractat. de dot. part. 7. priuil. 1. nume. 5. verſ. quid autem in talibus.* Sed commune hoc in caſu Doctorum reſponſum non eſt deſerendum.

QVAESTIO XXXV.

Mulier ſterilis an habeat priuilegia dotis?

SVMMARIA.

1 *Mulier ſterilis non habet priuilegia dotis. contrà nu. 8.*
2 *Sterilitas mulierum opprobrium hominis.*
3 *Nuptiæ cur contrahantur de iure naturali. & num. 9.*
4 *Mulier ſterilis inſtar terræ ſterilis habetur.*
5 *Mulieres ſteriles etiam hodiè quadam ignominia præmuntur.*
6 *Caſtratus heredem inſtituere nequit.*
7 *Mulier cui non poſſunt aperiri clauſtra, mulier dici nequit.*
9 *Nuptiæ non ſolum iure naturæ liberorum procreandorum cauſa celebrantur, ſed etiam iure diuino, nu. 11.*
10 *Diuortium apud Romanos raro fieri ſolebat.*
12 *Interpretatio c. recurrat. 32. q. 4.*
13 *Cuiacij ſolutio ab Authore refutatur, & verus intellectus l. 5. C. qui teſtam. fac. poſſ. additur.*
14 *Interpretatio l. 39. §. ſi ſpadoni. de iure dot.*

PARS I. NEGANS.

CVM certum ſit inter Catholicos, verum
& non putatiuum eſſe matrimonium,
inter virũ & mulierem legitimè cõiunctum,
licet mulier ſterilis & infœcũda maneat: tñ
grauiſſimis de cauſis quis dubitauerit, de-
beatne mulier ſterilis iiſdẽ priuilegiis dotis
à iure cõceſſis cum fœcũda gaudere? Ratio-
nes quibus negatiua † pars probabilis reddit 1
ſũt grauiſſimæ, & ab omni iure Diuino, Ca-
nonico & ciuili petitæ. I Inſpiciendo ius di-
uinum offert ſeſe nobis textus pclarus, Luc.
c. 1. ibi: *Quia † ſic fecit mihi Dominus in dieb. qui-* 2
bus reſpexit auferre opprobrium meum inter ho-
mines. Ecce ibi nominatur ſterilitas oppro-
briũ hominis, quaſi eſſet ignominia maxi-
ma mulieri ſterilitas. Ideoq; legimus etiam
Reg. 1. c. 1. quod Peninna altera vxor Elkanæ
exprobrat Annę ſterilitatem ſuam. Reperi-
mus ẽt Geneſ. 30. ꝙ cùm Deus mulieres ob
delicta ſua vellet punire, ꝙ tunc eas ſteriles
faciebat, quaſi eas à ſe maledictas eſſe oſten-
deret. Idem legimus Gen. 20. vbi mulieres
domus Abimelech concludũtur à Deo, ne
parere poſſint, propter raptã ab eo vxorem
Abrahæ. Et ſic vbiq; oſtẽditur in ſacra ſcri-
ptura, ꝙ huiuſmodi mulieres fuerint ſem-
per à Deo & hominib. maledictæ & repro-
batæ. Hæc ad formã hoc modo redigimus:
Mulieres à Deo & hominibus maledictæ &
reprobatæ, nullo beneficio vel priuilegio
ſunt afficiendæ, quia hoc neq; Deo, neque
hominibus gratum. Sed mulieres ſteriles à
Deo & hominibus ſunt maledictę & repro-
batæ. Ergo, &c. Hæc de iure Diuino.
II. Reſpiciamus † quid ius naturale ſu- 3
per hoc caſu diſponat. Et certè ſi matrimo-
nij cauſam reſpiciamus, propter quam de
eodem iure conceditur contrahendi pote-
ſtas, ſanè nullam aliam inueniemus, quàm
ipſam liberorum procreationẽ, vt teſtatur

Demoſthenes in Orat. contra N. dicens: Meretrices gratia voluptatis habemus, concubinas ad quotidianã corporis curam, vxores verò vt liberos legitimos gignamus, & rei domeſticæ fidam cuſtodem pſiciamus. Eandem nubendi cauſam oſtendit Antipater in ſermone de nupt. dum dicit: *Quandoquidem ſi genus humanum deficeret, quis ſacra faceret Diis? nimirum lupi aliqui, vel tauricidarum genus leonum.* Eandem præclarè deſcribit Plato leg. 6. dum ait: *Quod ad nuptias attinet, his verbis conſolari debemus: quòd natura perpetuitatem promouere oporteat, & filios filiorum relinquendo ſemper Deo miniſtros pro ſe ipſo tradere.* Et ibid. *Gignere debemus, ſeu educare liberos, vitam ſeu lampadẽ aliis poſt alios tradendo.*

Accedit ratio, quia finis intrinſecus matrimonii eſt prolis procreatio: ex ſui enim natura matrimonium ordinatur ad bonum prolis. Hinc matrimonium dictum, quaſi matres per id fieri debeant. Ex quibus facilè intelligitur, liberorum procreationem & educationem eſſe cauſam matrimonii, & cur vxores ducantur. Ergo vbi iſta cauſa ceſſat, ceſſabit etiam laus nuptiarum, ceſſabit etiam priuilegium illis ratione liberorũ conceſſum. Imò † quemadmodum
4 terra ſterilis, quæ ſine fructu eſt, nunquam colitur & aratur, ſed pro contempta iacet: ſic quoq; mulier quæ nullum fructum profert, non ſolùm nõ eſt præmianda, ſed vbiq; ꝓ contempta habenda. Hoc idem pulchrè teſtatur Antipater *d. loc.* dicens: *Certè vt greges & armenta ſine fæturis laudari non poſſint, ſic neq; ciuitas, neq; familia, idque multò minus.*

III. Idem de iure canonico concludẽdum eſſe demonſtrare videtur *c. recurrat. verſ. maledicta. 32. q. 4.* vbi Papa referens diuinæ ſcripturæ verba, ait. Vnde in lege dicebatur: Maledicta ſterilis quæ non reliquerit ſemen ſuper terram. Et dicit † ibid. Gloſſ. mu-
5 lieres ſteriles etiam hodie quadam ignominia premi, ex quo ſatis conſtat, ꝙ etiam ius canonicum nõ velit, vt mulieres ſteriles iiſdem gaudiant priuilegiis, quib. gaudẽt mulieres fœcundę. Vide etiam quæ diximus in tract. noſtro controuerſ. *de lucro dot. q. 20.*

IV. Ius ciuile huiuſmodi mulieres à priuilegiis fœcundis mulieribus conceſſis, arcere clarè patet ex *l. 6. ſed eſt quæſitum. §. 1. de liber. & poſthu.* vbi † probatur, quòd caſtratus
6 non poſſit poſthumum hæredem inſtituere, quia generandi poteſtas illi eſt adempta, & conſequenter illud priuilegium inſtituendi illi adimitur. Eodem modo noſtro in caſu dici poteſt, quod priuilegiũ vxori fœcundæ conceſſum, ceſſet in vxore ſterili, q̃a generandi poteſtas, propter quam tale dat̃ priuilegium, illi naturaliter eſt adempta, & ſic non minùs huic mulieri priuilegiũ dotis adimitur, q̃ caſtrato priuilegium inſtituendi hæredem, quia in eodẽ deficit cauſa propter quam priuilegiatur, & conſequenter eius effectus, *l. adigere. §. quamuis. de iure patronat.* Idem fac. optimè text. *in l. 9. ſi quis poſthumos. eod.* vbi ſi quis poſthumos inſtituit, quos per ætatem aut valetudinem habere non potuit, valet inſtitutio, ſecùs verò ſi per naturã impediatur quò minus liberos habere poſſit: tunc enim huiuſmodi conſtitutio non valet. Ratio eſt, quia quod illi per naturam eſt ademptum, per ius ciuile concedi non poteſt.

Eſt præterea pro hac opinione text. præclarus in *l. 14. quæritur. §. 7. mulierẽ ita arctam. de ædil. edict.* cuius verba ſunt: *Mulierem ita arctam, vt † mulier fieri non poſſit, ſanam non vi-* 7
deri conſtat. Ecce ex illis verbis probatur, quòd mulier propter ſterilitatem naturæ non poſſit eſſe mulier, ex quo ſequit̃ quòd etiam mulieris priuilegiis gaudere non poſſit. Clarior text. eſt in *l. 39. ſi ſerua. § ſi ſpadoni. de iure dot.* cuius verba ſunt: *Si ſpadoni mulier nupſerit, diſtinguendum arbitror, caſtratus fuerit nec ne, vt in caſtrato dicas dotem non eſſe, in eo qui caſtratus non eſt, quia eſt matrimonium & dos, & dotis actio eſt.* Ex his verbis compertum habes, quòd in caſtrato vel homine ſterili non poſſit eſſe dos: ergo nec dotis priuilegium. Ratio eſt, quia deficit principalis cauſa, ſcilicet generandi facultas, propter quã conceditur dotis priuilegium.

Et ſummatim ex prædictis hoc modo argumentari poteſt. Ceſſante cauſa propter quam conceditur mulieribus dotis priuilegium, ceſſat etiam ipſum priuilegium, *d. l. adigere.* Sed in mulieribus ſterilibus ceſſat cauſa, ſcilicet proles, propter quam dotis priuilegiũ conceditur, vt ſuprà probatum. Ergo etiam ipſum dotis priuilegium.

Ex prædictis concludunt, quòd mulier ſterilis non habeat priuilegia dotis.

Huic concluſioni aſſentiunt Bart. *in d. l. ſi quis poſthumos.* vbi citat Gloſſam idem tenentem in *d. l. 39. ſi ſerua. §. ſi ſpadoni.* Huc confer quæ diximus *in d. q. 20.*

PARS II. AFFIRMANS.

CVM † difficile ſit hominis hoc in caſu 8
conſiderare naturam, an potens ad generandum, vel impotens ſit, æquius pro affirmatiua huius quæſt. ſententia conclu-

dendum eſſe videtur. Neque enim obſtat
quod in primo argumento ex ſacra ſcri-
ptura oppoſitum eſt, quia licèt Deus ali
quando mulierem ſterilitate puniat, eamq;
homines reprobent, tamẽ ex eo non ſequi-
tur quod nõ debeat gaudere priuilegio ra-
tione dotis cõceſſo, quia multæ iniquæ per-
ſonæ à Deo & hominibus reprobãtur, atta-
mẽ nullibi legitur quod debeãt carere hoc
priuilegio. Ratio eſt, quia illud priuilegiũ
nõ tàm propter perſonas, quàm propter i
pſum matrimonium conceditur, & ſi licèt
perſonę ſint malæ, matrimonium tamen ab
eis contractum cum Deo placeat, & per ſe
bonum ſit, etiam priuilegiũ dotis propter
illud conceſſum, ratione ſterilitatis non à
Deo neque ab hominibus impeditur. Præ-
tereà authoritas ſacræ ſcripturæ & exempla
pro hoc primo argumento cõfirmando al-
legata, præſenti tempore non ligant apud
Chriſtianos. Sterilitas apud Iudæos erat
maledicta, non apud Chriſtianos, imò nunc
virginitas magis extollenda.

Eadem ſolutio poteſt dari ad II. argu-
9 mentum. Poteſt † etiam aliter reſponderi;
nimirum quòd de iure naturali non ſolum
procreandorum liberorum cauſa contra-
hatur matrimonium, ſed etiam vt vnus al-
teri in vita adiumentum & ſolatium prębe-
at, vt pulchrè teſtatur Hieroclis *in lib. de nup.*
dicens: *Quin etiam vtiles eſſe nuptias aſſero, pri-
mum quia diuinum reuera fructum producunt li-
berorum generationem, qui nobis & valentibus
adhuc, vtpotè conſanguinei in omnibus negotiis
opem ferunt, &c.* Et paulò poſt: *Sed etiam præ-
ter liberorum procreationem vtilis eſt cum mulie-
re conuictus, primum enim externis laboribus at-
tritos ſuſcipit officiosè tractans, & omnieum ſtu-
dio recreans, deinde animi triſtitiæ obliuionem in-
ducit, &c.* Ex quibus verbis cognoſcitur
quòd non ſolùm vxor ſit ducenda, propter
liberorum procreationem, ſed etiam vt vi-
ro in rebus aduerſis ſolatium præbeat,
& rei domeſticæ curam habeat. Nam ni-
hil tàm oneroſum eſt, quod vir & vxor non
facillimè ferant concordes, & communi
opera quicquid eſt ferre volentes. Hinc
10 olim inter Romanos † diuortium vel nun-
quam, vel raro à coniugibus fuiſſe factum
nobis Valerius Maxi. *lib. 2. c. 1. nu. 4. fact. me-
morab.* Romanorũ factorum fidelis relator
hiſce verbis atteſtatur: Repudium inter vi-
rum & vxorem à condita vrbe vſq; ad vice-
ſimum & quingenteſimum annum nullum
interceſſit. Primus autem Sp. Caruilius vxo-
rẽ ſterilitatis cauſa dimiſit. Qui quanquam
tollerabili ratione motus videbatur, repre-
henſione tñ non caruit, quia nec cupidita-
tem quidem liberorũ cõiugali fidei præpo-
ni debuiſſe arbitrabantur. Iccircò licèt ali-
quando procreatio liberorũ deficiat, tñ cũ
adhuc ſubſit alia cauſa, propter quã etiam
matrimonium contrahitur, dici non poteſt
ꝙ priuilegium dotis ꝓpter matrimonium
cõceſſum, alicui ratione ſterilitatis ſit adẽ
ptũ, quia deficienti vna cauſa altera operari
poteſt, text. *in l. ſi prius. de aqua plu. arc. & in l. ſi
domus. de ſeruit. ruſti. vrb. præd. & in l. quoties du
plici. de reg. iur.* Dec. *conſ. 396. n. 3. Guido. dec. 228.*
Et † idẽ patet ex prima inſtitutione matri- 11
monij, *Gen. 2.* vbi hæc verba: *Non eſt bonũ ho
minem eſſe ſolum, faciamus ei adiutoriũ ſimile illi.*
Ex quibus colligitur Euam vxorem Adæ
à Deo creatam in adiumentum vitæ, labo-
rum, & moleſtiarum cum Adam. Accedit
quòd matrimoniũ etiam inſtitutũ in reme-
dium concupiſcentiæ *1. Cor. 7. propter fornica-
tionem vnuſquiſq; ſuam vxorem habeat, & vna
quæq; ſuum virũ habeat: vxori vir debitũ reddat,
& ſimiliter vxor viro.* Demum vt habeamus
bonum ſacramenti; Hi fines excuſant ſteri-
litatem, vbi finis principalis intrinſecus
quantum ad has vel illas perſonas non in ef
fectum deducitur, neque matres fiant,
quòd principali fine intenditur.

Eſt igitur neganda conſequentia ſecun
di argumenti, quia nõ ſequitur, mulier pro
pter liberos laudatur & præmiatur, ergo ea
quę non habet liberos non laudatur neque
præmiatur, quia licèt propter liberos non
laudetur neque præmietur, tamen propter
ſolatium quòd præbet viro, & propter com-
mune periculũ & damnum, quod cauſa fa-
miliæ ſuſtentat, eſt laudanda & præmianda

Non † contrariatur quòd in III. argu- 12
mẽto de iure canonico oppoſitum eſt, quia
illud noſtram plus confirmat ſententiam,
quàm oppugnat, quòd enim in *d. c. recurrat.*
locus ex ſacra ſcriptura refertur, fit narra-
tiuè, & non diſpoſitiuè, vt patet ex verbis
eiuſd. c. *His itaque reſpondetur pro varietate
temporum, varia inuenitur diſpenſatio conditoris.
Promiſſum erat Abrahæ quòd in ſemine eius bene-
dicerentur omnes gentes.* Et paulò poſt: *Cùm
ergo cæteris in idololatria relictis, Abraham & fi-
lios eius in peculiarem populũ ſibi Dominus elegiſ-
ſet, ritè multarum per fœcunditatẽ mulierũ populi
Dei multiplicatio quærebatur, quod in ſucceſſione
ſanguinis erat ſucceſſio fidei.* Et hęc erat cauſa ꝓ-
pter ꝙ̃ mulier ſterilis maledicta dicebatur,
vt ibidem ſequitur. *Vndè in lege dicebatur: ma-
ledicta ſterilis, &c.* Sed quia hodierno die non

opus

Digitized by Google

opus eſt, vt ex vna ſtirpe Deo populus creetur, iſta maledictio ceſſat, vt probatur ex eodem c. *Quæ verò* (ſucceſſio familiæ) *per incarnationem Chriſti gratia fidei vbique dilatata eſt, nec iam dicitur, dic domui Iſraël, dic domui Iudæ, ſed euntes docete omnes gentes, &c.* Hæc eadem ſolutio poteſt dari ad primum argumẽtum ex ſacraſcriptura ſuperius motum.

Quæ in IV. argumento de iure ciuili adducta ſunt non obſtant, quia valdè diuerſa ſunt à noſtro propoſito: loquuntur enim in heredis inſtitutione, quæ caſtrato propter naturalem ſterilitatem non competit, nos verò loquimur de dote quæ abſq; prole & herede eſſe poteſt, quia propter matrimonium datur, quod etiam ſine liberis & concubitu eſſe poteſt, vt vulg. *l. nuptias. de reg. iur.* Cæterum iſta iura pro dicto arg. adducta videntur eſſe correcta per *l. 5. eunuchis. C qui teſtam. fac. poſſ* quæ prędictis legibus ex diametro, & velut obiecta fronte de verbo ad verbũ opponitur. Verba legis sũt: *Eunuchis liceat facere teſtamẽtum, componere poſtremas exemplo omnium voluntates, conſcribere codicillos, ſalua teſtamentorũ obſeruantia.* Fortè aliquis reſponderet iſtam legẽ loqui de eunuchis non naturaliter, ſed propter vitium accidẽtale ab hominibus factis. Sed dicimus hoc eſſe diuinare, primò cum lex indifferenter de eunuchis loquatur, ſecũdò cum etiam prædictę leges, in cõtrarium citatæ, hoc modo in-
13 terpretari poſſent. Reſpondet † aliter Cuiacius *17. obſ. 24.* videli. hoc verbum, *Eunuchos*, referri poſſe ad cubicularios principũ, per *l. 2. de præfect. ſacr. cubic. & l. 2. de priuil. eor. qui in pal. mil.* Hæc Cuiacij ſolutio peior eſt quàm altera, quia corrumpit expreſſum textũ, qui proprie de eunuchis loquitur, vt conſtat ex verbis, *exemplo omnium*, hoc eſt, vt poſſint ad exemplum omnium hominum naturaliter ad procreandũ aptorum teſtamenta facere.

Sed fefellit Cuiacium quòd plerunq; Imperatores ſoleant habere eunuchos cubicularios, quod non obſeruauit Conſtantinus Imp. *d. l. 5.* cõditor, vt patet ex *l. 2. de cubiculis.* ab eodẽ Cõſtant. lata, *C. de priuil. eor. qui in ſacra pal. milit.* ibi: *vt nec ipſi* (cubicul.) *nec filij, nec nepotes eorũ ad honores vel munera deuocentur.* Ex quibus verbis conſtat, ꝙ eius cubicularij non fuerint omnes eunuchi, cum aliâs filios habere non potuiſſent. Malè igitur Cuiacius verbum iſtud, Eunuchos, refert ad cubicularios, quaſi eis ſpecialiter hoc in caſu eſſet prouiſum, cum Imp. Conſtant. non tantum eunuchos pro cubicularis habuerit.

Cæterum † lex quæ in propoſito vrget, 14
eſt *d. l. 39. §. ſi ſpadoni. de iure dot.* quæ fortiter obſtare videtur. Sed poteſt reſponderi, iſtam legem loqui de caſtrato, qui ante matrimonij contractum fuit caſtratus, quo caſu matrimonium impeditur, modo non ſcienter cum eo contractum ſit, *tex. in c. 2. de frigid. & malefic. & in c. ſeq. eod. tit.*

Concludimus quòd mulier ſterilis habeat priuilegia dotis.

Pro maiori huius concluſionis confirmatione vide omninò quæ diximus in d. q.

QVAESTIO XXXVI.

Fundi dotalis alienatio an valeat?

SVMMARIA.

1 *Alienatio fundi dotalis valet. contra nu. 3. diſtinctio nu. 6.*
2 *Seruum dotalem maritus ſine vxoris conſenſu manumittere poteſt.*
4 *Mulieri dolus prodeſſe non debet.*
5 *Conſenſus coactus nihil operatur.*
6 *Alienatio dotis neceſſario facta tenet.*
7 *Fundus dotalis æſtimatus quando poſſit alienari.*
8 *Alienatio dotis iuramento confirmata valet.*
9 *Ementi rem dotalem quid obſeruandum.*

PARS I. AFFIRMANS.

QVOD fundi † dotalis alienatio à mulie 1
re eiuſq; viri facta valeat, hiſce ſequentibus argumentis videtur probari. I. Certiſſimi iuris eſt, mulierem ſuo conſenſu iuri hypothecæ ſibi competenti renũciare, aut dotem permutare poſſe, *l. iubemus. & Auth. ſi qua mulier. C. ad Velle.* Verba legis ſunt: *Iubemus licere mulieribus, &c. iuri hypothecarum ſibi competẽti per conſenſum propriũ renunciare, quod que ita geſtũ ſit, hac authoritate noſtra firmum illibatumq; cuſtodiri.* Idem text. eſt *in l. 11. etiam cõſtante. & l. 23. antiqua. §. 2. C. eod. tit. & in l. 32. § 4. ff. eod.* Cum igitur in iure huiuſmodi alienatio à viro facta, & per vxoris conſenſum approbata, admiſſa ſit, non videtur dubium quin valeat.

II. Alienatio fundi dotalis, tàm fauore mulieris, quàm viri prohibita eſt. Ergo alienatio per vtriuſq; conſenſum facta valet, cũ huiuſmodi fauori per vtriuſque conſenſum renunciari poſſit, *l. 23. ſi prædium, C. de iure dot. auth. ſed quamuis. §. 1. C. de rei vx. act. & §. huius. Inſt. de iuſt. & iure.*

III. Maritus † ſolus habet alienandi pote 2
ſtatem res dotales. Ergo multo magis maritus & vxor ſimul. Antecedens probatur per

l. 3. &

l.3.& ſi dotis.C.de iure dot. ibi:*cum & inter viuos manumittendi mancipia dotalia conſtante matrimonio liberam habeat maritus poteſtatem.* Idem text. *in l. 21. de manumiſſ.* etiam ſi vxor non conſentiat,valebit alienatio, *text. in l. 61.dotalem .ſol.matr.*

IV. Quod maritus ſolus habeat alienandi poteſtatem, conuincitur ex *l.5.ſi ſine. & l.18. fœminis.C.ad velle.& l.2.de reb.alien.* in quibus determinatur,quod ſi maritus,ſciente & tacente vxore, rem dotalem quaſi ſuam alienet,quòd talis alienatio valeat,licèt per doloſum vxoris conſenſum ſit approbata.

PARS II. NEGANS.

3 QVOD † in I. argumēto dictum eſt certi iuris eſſe, mulierē habere poteſtatem renunciandi iuri hypothecæ ſibi cōpetenti, concedimus,quādo talis renunciatio ratione vxoris, vel in eius commodum facta eſt, aliàs non,*auth.ſi qua mulier.C.ad SC.Velle.*

II. Argumentum eodem modo verum eſſe dicimus. Nam licèt mulier & vir ſimul fauori pro eis introducto renunciare poſſint, ſicque licitè rem dotalem alienare: tamen hoc eatenus procedit, quatenus mulieris cauſam vel commodum reſpicit.

Quod ad antecedens III. argumenti probandum allegatum eſt, maritum habere poteſtatem manumittendi mancipia dotalia, eſt ſpeciale in mancipiis fauore libertatis,& ſic propoſito noſtro non obſtat, cùm generaliter quæramus an alienatio fundi dotalis ſit licita.

Neq; hanc poteſtatem marito competere ex IV. argumento probatur, nam quod dicitur, rei dotalis alienationem tanquam rei ſuæ à marito factā, & per taciturnitatem ac ſciētiam vxoris approbatam valere, ideo
4 fit † quia dolus quē mulier tali in caſu committit, rei prodeſſe non debet, *text. in d. l.5 ſi ſine. C.ad SC. Velle.* ibi: *Et ideò tibi non ſuccurritur Senatuſconſulto, quo infirmitati non calliditati mulierum conſultum eſt.*

Quòd vir non habeat poteſtatē alienandi fundum dotalem, etiam cū cōſenſu vxoris, probatur vlterius hoc modo: Coactus
5 conſenſus † nihil operatur, *gloſ.in l. quæ onerādæ quar.rer.act.* Sed mulier quando viro rem dotalem alienanti conſentit, metus cauſa (cùm vitū ſummoperè timeat) coactè conſenſiſſe cēſetur. Ergo talis cōſenſus mulieri non nocebit, neque fundi dotalis alienatio ſubſiſtet, *l. conſtante. C. de donat. auth. ſiue. C. ad SC. Velle. §. cum enim. Inſt. quib. alien. lic.*

II. Adducitur *d.l.5.& Auth.ſiue.C.de iure dot.* in quibus locis probatur, quàndo maritus proprium dotis prædium creditori, etiam cōſentiente vxore, pignori dedit aut vendidit: quòd tale prædium vxor, vel heres ſuus etiam pretio non præſtito vendicare poſſit. Ergo alienatio per conſenſum vxoris à marito facta non valet.

III. Opponi poteſt textus *in l.3. & ſeq. de fundo dotal.l.iubemus.& auth.ſiue.C. ad Velle.* in quibus legib. expreſsè determinatur, quòd ſimul vir & vxor non poſſint alienare fundum dotalem, Sed poteſt reſponderi quòd iſtæ ll. ſint intelligendæ, quando mulier duplici iuramento alienationi non conſentit, vel ſibi profutura non eſt, ſecundum communem Doctorum ſententiam, referente Iac. Concennatio *q. iuris ſing. lib.2.q.7. in fin.*

Quæſtionis diſtinctio.

HÆC † & ſimilia quæ variè hoc in caſu opponi poſſunt argumenta, ad cōcordiam redigendo, neceſſarium duximus vt in hac quæſtione talem diſtinctionem obſeruemus. Primò aut fundus dotalis alienatur per maritū vel vxorem ex cauſa neceſſaria, & tenet alienatio, *l. 1. de fundo dotal.* ibi: *quia hæc alienatio non eſt voluntaria. & arg. l. 13. alienationes. famil. erciſcun.* aut non neceſſaria: & non tenet. 6

Secundò † aut fundus dotalis fuit traditus æſtimatus: & tunc ſubdiſtingue: aut æſtimatus fuit ea æſtimatione quæ nō facit emptionem, vt quando æſtimatus eſt ſolo reſpectu, vt ſciatur qnantum ſoluto matrimonio deterior meliorue effectus eſt, & talis æſtimatiō non importat licitā alienationem, per text. *in l. 21. ſi inter virum. de iure dot.* Aut fuit æſtimatus ea æſtimatione quę facit emptionem, & tunc rurſus ſubdiſtingue. Aut data eſt mulieri electio ſoluendi, quòd velit ſoluto matrimonio: & tunc non poteſt alienari, *l. 1. C. de fundo dot.* vel data eſt viro electio, vt vel rem, vel pretium ſoluto matrimonio reſtituat, & tunc contrarium determinamus, *d.l. 1. & l. 11. quod ſi fundus de fundo dot.* euius verba ſunt: *Quod ſi fundus in dotem æſtimatus datus ſit, vt electio eſſet mulieris, negauit alienari fundum poſſe, quod ſi arbitrio mariti ſit, contrà eſſe.* 7

Tertiò † ſi alienatio à viro facta iuramento mulieris ſit approbata, valet, & hoc virtute iuramenti, *c. 28. cùm contingat. de iureiur.* adeò vt etiā nō op⁹ ſit mulierē de beneficio SC. Velleiani certiorari, *l. ſi duo patroni. §. Iulian. de iureiur.* eſtq; cōmune Doctorum reſpon- 8

lum

ſum *in auth. ſacramenta puberũ. C. ſi aduerſ. vend.* Franciſcus Turzanus *com. opin. concluſ. 132. nu. 1.* Cuius cõmunis ſententię exceptio eſt, oiſi mulier enormitet ſit læſa, cũ dolus ex e normi læſione præſumat, *L. omnes. §. Lucius. quæ in fraud. cred.* Secunda exceptio eſt, niſi mulier prius iuraſſet ſe nõ alienaturã fundũ dotalẽ, nã iũc prius iuramentũ tollit poſte riꝰ, *not. in c. 2. licet. de iureiu. lib. 6.* Hinc empto ti notandũ eſt vt diligẽter inquirat de iuramento, prius à muliere ptæſtito, cum aliâs circumueniretur, vt tradit Bald. *conſ. 217.*

Cæterùm quando mulier oon renunciat per iuramentũ huic beneficio, neceſſariùm eſt vt illi priùs ſignificetur de vittute huius beneficij, cùm aliâs talis renũciatio nullius eſſet momenti, vt vult Albetic. *in l. 2. omnes. C. de heret. & Manich.* Vbi ita iudicatum eſſe aſſerit Felio. *in c. ſi diligenti. n. 14. de foro comp.* quem refert & ſequitur Gail. *2. obſeruat. 77. num. 7.*

QVAESTIO XXXVII.

Pater an propter alimenta ſibi deficientia, aut aliam cauſam neceſſariam, dotem filiæ datam alienare poſſit?

SVMMARIA.

1 *Pater ex cauſa neceſſaria dotem filiæ datam alienare nequit, contrà nu. 4.*
2 *Pater nihil iuris habet in peculio filij Caſtrenſi, vel quaſi.*
3 *Donationem filiis factam pater reuocare non poteſt.*
5 *Patribus olim libera filios ob neceſſitatem vendendi poteſtas concedebatur.*
6 *Parentes propter egeſtatem à liberis alendi.*
7 *Peculij vſusfructus penes patrem eſt.*
8 *Filius pro parentis ſalute mortem oppetere debet.*

PARS I. NEGANS.

PRo maiori huius quæſtionis declaratione principiò ꝑ parte negatiua hoc mo-
1 do argumentari poteſt. Quod † pro parte
affitmatiua opponitur, parentes ad liberos alendos iure naturali eſſe obſtrictos, veritati minùs conſonare oſtenditur ex eo, quòd liberi ſi naturali ſuadente ratione à parẽtibus, & ex cõuerſo parentes à libetis eſſent alendi, ſequeretur, quòd etiam liberi ex damnato coitu ptocreati à parentibus eſſent alendi, cùm ius naturale inter liberos ex legitimo vel damoato coitu procreatos nullam faciat differentiam. Sed conſequens eſt falſum, per text. *in auth. ex complexu. C. de inceſt. nupt.* Ergo, &c. Vndè ex hac ratione non cõuincitur, quòd dos propter alimenta patris ſit alienanda.

II. Opponi poteſt tex. *in l. 1. de bon. proſcript.* vbi eſt caſus, qñ patris delinquentis bona fiſco adiudicata ſunt, certa bonorum parte liberis relicta, ꝙ ex illa parte liberi non teneaotur parenti alimẽta præſtare. Ergo multò minus propter fauorem dotis ex ea parte, quæ filiæ in dotem data eſt, parenti alimenta ſunt præſtanda.

III. Pater † nihil iuris habet in peculio fi- 2
lij Caſtrenſi, vel quaſi, neq; querelam inofficioſi teſtamenti opponere poteſt, ſi filius ſuper eo teſtameotum fecerit, per text. *in l. fin. C. de inof. teſtam.* Sed dos dicitut propriũ peculium, vel patrimonium vxoris, per tex. *in l. 3. deniq. § 5. ergo etiam. de minorib.* ibi: *quoniam dos ipſius filiæ proprium patrimonium eſt.* Ergo pater cùm in dote conſtante matrimonio nihil iuris habeat, non poterit etiam ex aliqua cauſa eam alienare.

IV. Opponitur *l. 7 ſi ad reſoluẽdam. C. de præd. min. & l. 2. C. ſi aduerſ. don.* io quibus probatur
quòd pater † donationẽ filiis emãcipatis & 3
minoribus 25. annis factã, reuocare vel alienare, etiã ſi filij conſentiant, non poſſit. Imo ne fauore quidẽ libertatis idipsũ patri permiſſum eſt, *tex. in l. 6. ſi pater. C. de his qui à non dom.* niſi iudicis authoritatẽ priùs interponat. *l. 2. & 3. C. de præd. minor.* Ex quo neceſſariò determinandum videtur, quod pater multò minùs propter aliquam cauſam habeat poteſtatem alienandi dotem, cum hęc multò fauorabilior ſit, quàm ſimplex donatio à patre filio facta. Ex his videtur concludendum, quod pater ex cauſa neceſſaria non poſſit alienare dotem.

PARS II. AFFIRMANS.

PARTEM † affirmatiuam tenendo re- 4
ſpoodetut ad minorem I. argumẽti propoſitionem, quòd illa ptocedat ſecundũ ius ciuile, non autem ſecundum ius naturale & Canonicum, *c. cum haberent. de eo qui duxit in matr.* quæ iura liberis ex damnato coitu procreatis alimenta non deneganr.

Quod in II. argumenro ex *d. l. 1.* opponitur eſt ſpeciale, propter odium delicti à patre commiſſi.

Non contrariarur pariter quod in maiore III. argumenti dicitur. Nam licèt *d. l. fin.* probet, quod pater ratione peculij non poſſit querelam inofficioſi teſtamenti opponere: tamẽ per hoc non negatur, quod ratione

5 alimentorum hoc poſſit. Nam † ratione ali-
mentorum aut alterius magnæ cauſæ, non
ſolùm patri res liberorum diſtrahendi, ſed
etiam eos ipſos vendendi libera facul-
tas conceditur, *text. in l. 2. C. de patr. qui filij
diſtr.*

Eadẽ ſolutio poteſt dari ad IV. argumen-
tum, nam licèt donatio à patre filio emanci-
pato facta nõ poſſit à patre ſine authoritate
iudicis alienari, tñ per hoc minimè nega-
tur, quòd parens ratione alimentorum, a-
lienandi poteſtatem non habeat, cùm hæc
cauſa vbiq; excepta præſumatur.

Prędictis argumentis ſic breuiter ſolutis,
6 vlteriùs pro iſta parte confirmanda in hunc
modum arguimus. Quemadmodũ † com-
muni omniũ iure traditum eſt, liberos à pa-
rentib. eſſe alimentandos, *l. 1. §. ius naturale.
de iuſt. & iur. l. 5. §. vtrum autem. & l. fin. de liber.
agnoſ.* Ita etiam parentes à liberis eſſe alen-
dos natura docet, *text. in l. 1. C. de alend. lib.* cu
ius verba ſunt. *Parentum neceſſitatibus liberos
ſuccurrere iuſtum eſt. Sine die & conſule.* & in l.
ſeq. *Competens iudex à filio te ali iubebit, ſi in ea
facultate eſt, vt tibi alimenta præſtare poſſit.* Eſt
enim iniquiſſimum patrem alimentis indi-
gere, cùm filius ſit in facultatibus, *l. 1. §. 4. de
tutel. & rat. diſtrah.* vt & ipſa natura in qui-
buſdam animalibus oſtendit, quæ eodem
modo ſuos in extrema ætate alunt paren-
res, ſicut ab eis alita ſunt. Sed pater tenetur
rem propriam (ſi neceſſe ſit) cauſa alimen-
torum liberis præſtandorum alienare. Ergo
non ſolùm pater habet in hoc vel ſimili ca-
ſu dotem alienandi, ſed etiã ipſa filia tene-
tur dotem alienare, vt parenti alimenta
præſtet.

7 II. Conſtat † quod dos propriũ filiæ pecu-
lium dicatur, quodq; pater vſumfructũ pe-
culij liberorũ ſuorum ſibi retineat, *l. 6. cum
oportet. §. ſin autem res. C. de bon. quæ liber.* & *l. 1.
de bon. mater.* Ergo neceſſariò dicendum eſt,
quod pater idipſum alienare poſſit.

III. A maiori ad minus argumentandi lo-
cum ſumendo, ſic inſtatur: Si patri liberos
occidendi facultas permiſſa ſit *l. in ſuis. in fin.
8 de liber.* imò † ſi ipſe filius pro parentis ſalute
& incolumitate (ſi neceſſarium ſit) etiam vl-
trò mortem oppetere debeat: Cicero *pro
Sex. Roſc. Amer.* ergo multo magis propter
magnam neceſſitatem dotem alienandi
poteſtas patri eſt concedenda.

Ex his concludimus, quòd pater in caſu
neceſſitatis habeat poteſtatem alienandi
dotem

QVAESTIO XXXVIII.

An ratione dotis ſponſis competat priuilegium tacitæ hypothecæ?

SVMMARIA.

1 *Sponſis ratione dotis competit priuilegium ta-
citæ hypotheca. contrà nu. 4.*
2 *Dos ante contractum matrimonium conſtitui
poteſt. & nu. 5.*
3 *Sponſus à ſponſa lugendus.*
4 *Interpretatio l. 6. & 7. de ritu nupt.*

PARS I. AFFIRMANS.

ETsi huius quęſtionis veritas ex quibuſ-
dam ſuprà agitatis quæſtionibus facilè
cognoſci poteſt: eam tamen hic breuiter in
ſpecie etiam attingere non grauabimur. Et
primum † quidem pro ſententia affirmati- 1
ua hoc modo argumentari poteſt: Vbi vera
eſt dos, ibi etiam verum eius eſſe priuile-
gium negari non poteſt. Sed inter ſponſos
de præſenti, ſi qua dos conſtituitur, vera di-
citur dos. Ergo etiam inter eos verum dotis
priuilegium eſſe negari haud poteſt. Minor
probatur, quia inter ſponſos de pręſenti ve
rum conſiſtit matrimonium. *Vulg. l. nuptias.
de reg. iur.* & vbi verum eſt matrimonium,
ibi etiam dos conſtituta vera dicitur dos, &
conſequenter ſponſis verum dotis priuile
gium competere dicendum eſt.
II. Poteſt † adduci tex. *in l. 66. Seia Sempronio. 2
in princ. de donat. inter vir. & vx.* qua in l. de-
terminatur, quòd etiam dos ante contra-
ctum matrimonium conſtitui poſſit, vt
conuincitur à contrario ſenſu ex his verbis:
quæ (tabulæ dotales) *plerunque & poſt contra-
ctum matrimonium fierent.* Ergo interdùm
etiam ante contractum matrimonium fie
ri poſſunt. Vndè conſequenter determi-
nandum videtur, quòd cùm dos vel tabu-
læ dotales ante matrimonium contractum
vel conſummatum fieri poſſint, quòd et-
iam dotis priuilegium ſponſis competat,
cùm aliâs, niſi propriam dotis ſignificatio-
nem corrumperemus, dotem ante matri-
monium conſtitui vel fieri poſſe dicere non
poſſemus.
III. Videtur † eſſe textus ꝓ hac parte præ- 3
clarus *in l. 7. ideoque. de ritu nupt.* vbi iuncta
præcedenti l. 6. caſus eſt: quod ſi quis cum
virgine abſente matrimonium contraxiſ-
ſer, & antequam eam in domum duceret
in Tiberim periret, quòd is ſit lugendus à
virgine, & additur *in l. 7. Ideoque poteſt fieri*

vt in hoc caſu aliqua virgo & dotem, & de dote habeat actionem. Si hoc ita ſit, qua fronte negaremus virgini dotis priuilegium competere, cùm aliâs perfectè & dotem, & dotis actionem habere non poſſet, nam vbi eſt dos eiuſque actio, ibi etiam eius priuilegium eſſe neceſſe eſt.

IV. Poteſt allegari text. in *l. fin. § ſi à ſocero. quæ in fraud. credit.* vbi probatur quòd dos ſponſis promiſſa antequàm detur dotis nomine rectè veniat. Ergo ſi dotis nomine rectè veniat, eius etiam priuilegium rectè venire ſponſiſque competere negari haud poteſt.

Ex his & ſimilib. videtur concludendum, quòd ſponſis ratione dotis competat priuilegium tacitæ hypothecæ.

PARS II. NEGANS.

4 LICET † prædicta opinio multis rationibus & argumentis confirmari poſſit, tamen tutius eſt & iuri magis conſentaneum, vt in hanc partem negatiuam inclinemus. Quare ad I. argumentum reſpondemus, eius minorem propoſitionem negando. Nam quòd inter ſpõſos de præſenti verum dicatur eſſe matrimonium, fit reſpectu vtriuſque conſenſus: verum quoad dotem, matrimonium tali reſpectu non conſideramus, ſed realiter per ductionem ad domum & concubitum illud conſummatum eſſe expetimus, hocq; propterea, quia matrimonio per nuda verba contracto, & realiter haud conſummato, nulla adhuc ſubſunt matrimonij onera, quibus deficientibus dos nulla eſt, *l. 76. ſi pater mulieris in fin. de iure dot.* cuius verba ſunt: *quia niſi matrimonij oneribus ſeruiat, dos nulla eſt.*

Negatur conſequentia II. argumenti.
5 Nam † etſi dos ante contractum matrimonium rectè conſtitui poſſit; non tamen ex eo conſequenter determinãdum eſt, quòd habeat priuilegia dotis, neque illud eſt contra propriam iſtius vocabuli determinationem, cùm dos licèt cõſtituta ſit, priùs ſuum effectum nõ ſortiatur, antequàm matrimonium realiter ſit conſummatum, vt plenè conſtat ex d. l. 76. Et puerile eſt dicere dotem ex ſui conſtitutione, antequàm matrimonium conſummetur, priuilegiũ accipere, cũ ſæpenumerò parentes conſtituant filiabus dotem in caſum, quo cõtracturę ſunt matrimoniũ, licèt de certo viro adhuc dubitetur. Vndè cõſtat q; dos ex ſimplici cõſtitutione abſq; matrimonio realiter conſummato, ſuum priuilegium non nanciſcatur.

Ad *d. l. 6. & 7. de ritu nupt.* in III. arg. oppoſitam reſpõderi poteſt, quòd hoc ſit ſpeciale in dd. ll. vt cõcedatur virgini actio dotis propter caſum luctuoſum, cuius reſpectu virgo matrimonij onera ſufficienter portaſſe præſumitur, cùm nihil grauius in matrimonio vni coniugi accidere poſſit, quàm alterius mors. Poteſt etiã reſponderi quòd ex illis legibus videatur tantùm poſſe conuinci, vt nuda actio exigẽdi dotem virgini concedatˀ, non verò quòd priuilegium tacitæ hypothecæ ei competat, eum nec dum ſufficienter matrimonij onera portaſſe videatur Reſpondemus ad IV. argumentum, quòd ideò ibi dos promiſſa, & nõdum tradita rectè dotis nomine veniat, quia ibi matrimonium realiter fuit cõſummatum, vt ſatis conſtat ex dictionibus iſtis relatiuis, *ſocer & gener.* Concludimus quòd ſponſis non competat priuilegium tacitæ hypothecæ. Aſſentiunt huic concluſioni Neguzant. *in tract. de pignor. part. 2. memb. 4 nu. 79. & 81. in fin.* Iacob Thoming. *quæſt. illuſt. de ciſ. 35. per tot.* & alij quàm plures.

QVAESTIO XXXIX.

Nunquid mulier, quæ tempore diſſoluti matrimonij nihil in bonis habet, præter ſpem ſibi ex parentis vel propinquorum ſucceſſione aliquid obueniendi, inops eſſe cenſeatur, vt beneficio Auth. præterea. C. vndè vir & vx. gaudere valeat?

SVMMARIA.

1 *Beneficium Auth. præterea. C. vnde vir & vx. non habet mulier, cui eſt ſpes ſuccedendi parentibus vel propinquis opulentis, contrà nu. 7.*
2 *Inopia alicuius quomodo probetur.*
3 *Hereditas parentum ex naturali quodam voto deſcendentibus debetur.*
4 *Priuilegium auth. præterea. C. vndè vir & vx. qua ratione mulieribus inopia preſſis concedatur, & nu. 8.*
5 *Filia in caſu inopia potiùs debet ſuccurri per patrem diuitem, quàm maritum prædefunctum.*
6 *Filij viuente patre quodammodo paternarum rerum Domini exiſtunt. & nu. 9.*
8 *Alexandri & aliorum ratio oppugnatur.*
9 *Ratio d. auth. præterea, magis per Authorem declaratur.*

Cauſa

10 *Cauſa ſiue ratio ſufficit eo tempore ſubeſſe, quo requiritur, licèt poſteà ſubeſſe deſinat.*
11 *Diues quis dicitur propter futuram ſucceſſionem vel hereditatem.*
12 *Varietas humanarum rerum.*
13 *Fortuna vitaq; noſtra cui ſimilis.*
14 *Spes ſuccedendi vana.*
15 *Noſtrum quid propriè dicatur.*
16 *Qualitas adiecta verbo intelligenda eſt ſecundum tempus verbi.*

PARS I. NEGANS.

QVÆSTIO hæc valdè controuerſa eſt, & plena diſſenſionis inter iuris noſtri Interpretes, quemadmodum ex iis quę ſtatim in vtramq; partem deducent, argumẽtis & Commentatorum authoritatibus fiet
1 perſpicuum. Et primũ † quidẽ pro parte negatiua hæc ſequentia faciunt argumenta:
2 I. Vtrũ † inops quis aut locuples eſſe cenſeatur, vel pẽdet ab opinione vulgi, vel in arbitrio iudicis conſiſtit, *gloſ. & l 2. C. qui atat. vel profeſſ. ſe excuſ. lib. 10. & Bart. in l 25 ſi conſtante. in princ. nu. 14. ſol. mat.* Sed procul dubio ſecundum vulgi opinionem nemo eam inopẽ eſſe mulierẽ dicet, quæ diuiti aliquando ſucceſſura eſt parẽti. Raph. Cuman. *in l. 11. in ſuis de liber. & poſthum.* Alex. *in d. auth. præterea. C.*
3 *vnde vir & vx.* Et † hoc maximè propterea quia parentum hereditas ex naturali quondam voto deſcendentibus debetur, *l. 15. nam & ſi parentibus. in princ. de inoffic. teſtam. & l. 7. ſcripto herede. in fin. vnde liberi. l. 8. cum ratio in princ. de bon. dam.*

II. Ceſſante legis ratione, ipſa lex ceſſat, *l. 6. a ligere. §. quamuis. de iure patron.* Sed negari non poteſt, quòd in muliere, de qua nobis diſputatio inſtituta eſt, ceſſet ratio d. auth. præterea. Ergo etiam eius diſpoſitio.
4 Minor probatur, quia † ratio d. auth. propter quam datur hoc priuilegium, nulla alia eſt, quàm paupertas mulieris, ne coniunx ſuperſtes ratione paupertatis in opprobriũ defuncti mariti victum emendicare cogatur, *tex. in c. 6. quoniam verò. Nouel. 53.* ibi: *Attamen eo quòd non ſit facta neque dos, neq; antenuptialis donatio, nihil habere valentes, ſed in nouiſſima viuentes inopia: Propterea* (inquit textus) *ſancimus prouidẽtiam fieri etiã harum & in ſucceſſione morientis, & huiuſmodi vxorem cum filiis vocari.* Ex quibus verbis conſtát extremam inopiam eſſe cauſam propter quam mulier cum filiis ſuccedat, vide etiã Alex. *in d. auth. præterea. nu. 6. verſ. dicebat tamen.* At quis hominum diceret huic rationi noſtro in caſu locum eſſe relictum, cùm ad patris curam maximè prædiuitis, ratione paterni officii eogente, pertineat, vt filiæ ſuæ alimenta ſuppeditet, *tex. in l. 5. ſi quis à liberis. in princ. & §. 8. ſi vel parens. de liber. alend.*

III. In † caſu inopiæ filiæ debet potiùs ſuccurri per patrem diuitem, quàm maritum 5
prædefunctum. Dyn. & Bar. *in l. 1. §. 11. quemadmodum. de liber. agnoſ.* Sed nos ſumus in caſu inopiæ. Ergo mulieri in tali caſu conſtitutæ, potiùs per patrem quàm maritum debet ſuccurri.

IV. Si filiam locupletis parentis inopia laborare diceremus, ſequeretur quòd homo locuples dicẽdus eſſet pauper. At cõſequens eſt impoſſibile. Ergo & antecedens. Maior probatur † ex eo, quòd filij viuente patre quo- 6
dammodo rerũ paternarũ domini exiſtant, *l. 11. in ſuis. de liber. & poſthum.* Ideoq; ſi veritati conſentaneum eſſet, quòd filius vel filia locupletis parentis egeni eſſent dicendi, ſequeretur quòd etiam ipſe parens eodẽ nomine foret deſcribendus. Sed parentem diuitem dicere egenum eſt impoſſibile. Ergo etiam eſt impoſſibile filiam locupletis dicere egenam, cùm & hęc bonorum ad parentem locupletem ſpectantium domina dicatur.

V. Conſtat ex eo perſpicuè beneficium d. auth. hinc in caſu ceſſare, quòd filia poſſit petere ſe dotari à patre quantũcunq; ſit nupta ſine dote, gloſ. cõmuniter approbata, *in l. 52. obligamur. § 5. l. de action. & oblig.* Neque obſtat quòd prædefunctus maritus eam non petiuerit, cùm filia poſſit implorare officium iudicis, vt commodè dotetur, *Ial. in d. auth. præterea.* Et hæc ratio videtur valdè confirmare hanc partem.

Ex his & ſimilibus fundamentis concludunt, quòd filia locupletis parentis, licèt indotata, non gaudeat beneficio d. auth. præterea.

Huic concluſioni aſſentiunt Raph. Cuman, *in l. 11. in ſuis. de liber. & poſthum.* & communiter omnes Doctores, vt teſtatur Fab. de Pepis *in repet. d. auth. præterea.*

PARS II. AFFIRMANS.

VEruntamen † vtut prædicta ſeſe habeat opinio, nobis etiamnum contraria 7
probatur ſententia, in qua quantò diutius cogitamus, tantò magis in ea confirmamur. Non enim obſtat quod in aſſumptione I. argumenti dictũ eſt, ſecundum vulgi opinionem, eam mulierem inopem non dici, quæ aliquãdo diuiti ſucceſſura eſt parenti, quia hoc procedit quoad ſucceſſionem duntaxat, hoc eſt, vulgi opinione ea mulier iudicatur diues, quia aliquando diuiti parenti ſucce-

det, eamq; ob cauſam vulgi opinio tantùm
mouetur, non quòd eam iudicet diuitem,
reſpectu ſtatus in quo modò cõſiſtit, ſed re-
ſpectu ſucceſſionis aliquandò diuitem fore.
Sed hoc caſu nõ ſufficit mulierẽ aliquando
diuitẽ fore, ſed oportet antequã beneficio
d.auth.priuari poſſit, vt ſit diues eo tempo-
re quo maritus moritur, vt plenè conſtat ex
d.auth.prætereà. *& d c.6. Nouell.53.*

Ad II. argumentum reſpondemus, eius
minorem propoſitionem negando, non.n.
8 eam † tantum ob cauſam beneficiũ d. auth.
mulieri concedit, vt oſtiatim panem emen-
dicare nõ habeat neceſſe, vt pulchrè oſten-
dit Iaſ. *in d.auth. prætereà. n.8.& 9.* ꝑ hãc ratio-
nem, quia parentis locupletis filij tenentur
matri inopia laboranti alimenta præſtare.
d.l.5. ſi quis à liberis. attamen hoc non obſtan-
te, quòd mater aliundè alimenta habeat,
debetur ei ratione dicti beneficij quarta
pars bonorum mariti defuncti, vt apertè
patet ex textu ſæpè d.auth. prætereà. Vndè
Alexander & cæteri prædictam rationem
confirmantes apertè erroris cõuincuntur.

Licet concederemus quod in III. argu-
mento dictum eſt, filiæ nimirũ inopi potiùs
per patrem quàm maritum ſuccurrẽdum:
tamen adhuc noſtræ minima in parte refra-
gatur opinioni, quia nõ ſolùm propter me-
ram inopiam ſuperſtiti mulieri hoc benefi-
cium competit, ſed ẽt propter reuerentiam
diſſoluti matrimonij, vt ſuprà oſtendimus.

Quod in maiore IV. argumenti propo-
ſitione dicitur, rectæ rationi minima in par-
9 te conuenire certo certius eſt. Neq; † pro-
batur ex eo quòd filij viuente patre rerum
paternarum quodammodò Domini dican-
tur, quia hoc dictũ ꝓcedit, effectumq́; tan-
tũ eo in caſu ſortit, quo pater mortuus eſt.
Ideoq; in textu nõ ſine cauſa particula iſta,
quodammodò, adiicitur, qua ſignificatur ꝙ a-
liquo modo reſpectu futurę ſucceſſionis, tã-
tùm domini dicantur. Sed quoniã hoc caſu
ad priuationem dicti beneficii mulierem
fore aliquando diuitem non ſufficit, ſed i-
pſo mortis mariti tempore eam diuitem eſ-
ſe oportet, neceſſariò ſequitur quòd ratio
ex *d.l.11. de liber. & poſthum.* deducta, noſtram
opinionem minimè oppugnet.

10 Quod † in V. argumento dictum eſt, no-
ſtræ adhuc nihil detrahit ſentẽtiæ, quia per
illud (modò abſolutè ſit verum) tantùm v-
na d. auth. prætereà, auffertur ratio, ſcilicet
ne mulier opus habeat oſtiatim alimenta
acquirere. Sed quoniam d. auth. non dun-
taxat vna nititur ratione, ſed etiam alia,
nempè vt in recompẽſationem & reueren-
tiam diſſoluti matrimonij mulieri quarta
pars bonorum debeatur, neceſſariò ſequi
tur quòd dictum argumentum non obſtet,
cùm vna deficiẽte ratione, altera adhuc o-
peretur. At dices fortè, hoc ſi verum eſſet,
ſequeretur quòd mulier etiam quantum-
cunq; diuitiis abundans, beneficio d.auth.
prætereà, gauderet.

Sed ad hoc reſponderi poteſt, quod illud
ex dicta ſolutione non conſequatur, quia in
illa tantùm concluditur, quòd mulier ra-
tione dotis non habeat opus victum emen-
dicare, cùm dos in locum alimẽtorum ſuc-
cedat, ſed conſtat, vt ſuprà declaratum eſt,
quòd mater, cui à filiis alimenta ſunt præ-
ſtanda, poſſit nihilòminus quartam partem
bonorum ratione beneficij d. auth. pete-
re. Vndè neceſſariò concluditur, quòd cùm
dos loco alimentorum ſit, & alimenta tan
tùm non impediant beneficium d. auth.
prætereà, quòd etiam dos quam mulier à
patre petere poteſt, hoc beneficium nõ im-
pediat. Aduerte autem an etiam hęc omnia
reſpõdeant textui d. auth. nam ſi verum ſit
quòd dos non impediat hoc beneficium,
videt̃ ſequi quòd etiã mulier, quæ dotẽ ha-
bet hoc beneficio gauderet. Sed cõſequens
eſt contra text. d. auth. Ergo. &c. Reſponde
ſuperiùs in ſolutione dictum eſſe de dote à
patre filiæ conſtituenda, & non conſtituta,
de qua loquitur d. auth.

Ad prædictas ſolutiones corroborandas
I. hoc modo argumentari poteſt. Eſt † vul 11
garis iuris regula qua dicitur: quòd cauſa
quæ certo tempore requiritur, ſufficiat eo
tempore ſubeſſe quo requiritur, licèt poſt-
eà ſubeſſe deſinat. Bal. *in l.25. generaliter. col 2.
C. de Epiſcop. & cleric.* Ergo ad beneficium d.
Auth. obtinẽdum ſufficit vt mulier tempo-
re diſſoluti matrimonij ſit egena, vel dotem
non habeat: licèt poſteà ad diuitias magnas
perueniat, vel ei dos à patre conſtituatur.
III. Allegamus pro hac parte textum *in
l. 63. pretia rerum. in princ. ad l. Falcid.* in qua eſt
caſus quòd ſeruus vel ingenuus heres in
ſtitutus, non priùs dicatur locupletior,
antequàm hereditatem adiuerit, cùm
multis de cauſis accidere poſſit, vt here-
ditatem non cupiat vel poſſit adire. Ideó-
que inquit textus, eſſe præpoſterum, antè
nos locupletes dici, quàm adquiſierimus.
Neque † hoc immeritò, vt his verbis teſtatur 12
Phauorinus: Homo cùm ſis nunquam di-
xeris quid cras futurum ſit: neque homine
felice viſo quamdiù talis manſurus ſit: ne-

que

que ſi familiam felicem videtis. Vide quo-
modo Homerus ſubitam Scopadum inter-
necionem recenſet. Et multæ iam ciuitates
prçter expectationem repentè euerſæ ſunt:
aliæ ab igne, aliæ terræ motu, quædam ac-
cerſu maris. Vbi nunc Helice? abſorbta eſt.
Vbi Bura? & hæc abſorbta eſt. Duç ciuitates
Græciæ tanquam nauigantes perierũt. Hæc
ille, quod etiam nos non inconcinnè de
multis Europæ ciuitatib. quæ bello incen-
dioq́; periêre, effari valemus. Eſt enim vel-
uti circulus quidam rerũ humanarum qui
ſua ratione non permittit eoſdem ſemper
agere fortunatè, vt ait Herodotus. Et alibi
idem Author inquit: Quòd ſi quis diuitias
eſſe firmas opinatur, & nunquam ſe deſe-
rendum ab ipſis, hic fortunam & inopina-
tos caſus contemnere videtur, ac ignorare
13 quàm dubia res proſperitas ſit. Nam † for-
tuna & vita noſtra, vt dicit Alexis in Brettia,
res eſt theſſerarum aleæ ſimilis; non enim
eadem ſemper cadunt, neque vitæ manet
eadem ſpecies, ſed variat. Vnde ait Euripi-
des *in Hecuba.*

Præſtantiorem nõ oportet præter fas dominari:
Neq. fortunatos putare ſemper tales ſe futuros:
Nam & ego olim fortunatus eram, nunc
Vero non ſum amplius,
Sed opes omnes vna mihi dies abſtulit.

14 Hinc † non immeritò iure noſtro prodi-
tum eſſe omnibus fatendũ eſt, vanam nimi-
tũ eſſe ſpem ſuccedendi, nullamq́; adeò hu-
ius ſpei rationem eſſe dicendam, *l. 6. poſt e-
mancipationem. de liberat. leg.* & ibi Bart. *num. 1.*
Iaſ. *ad. l. 18. is poteſt. col. 3. de acquir. hered.* Et
15 illud demũ † rectè noſtrum dici, quod ma-
nu ipſa apprehendimus, & in corpus patri-
monij noſtri redegimus.

Cum igitur vita & fortuna hominum ſit variabilis, neque vnquam in eodem maneat ſtatu, qua ratione modoue diceremus eam filiam locupletem, quæ aliquando diuiti ſucceſſura eſt parenti, cùm multis modis accidere poſſit, vt parens locuples ad extremam perueniat paupertatem.

16 III. Qualitas † adiecta verbo, intelligen-
da eſt ſecundum tempus verbi. Ergo
quod dicitur mulierem oportere eſſe egenam & ſine dote, antequam poſſit gaudere beneficio d. auth. præterea; ſufficit vt hoc ſit tempore diſſoluti matrimonij, licèt poſteà ad diuitias perueniat, *l. 4. in de lictis. §. ſi extraneus. & ibi Bart. & l. 31. quod ait Prætor. in fin. de noxal. act. & l. 26. Titius. de milit. teſtam.*

IV. Eſto quod parens locuples teneatur filiam alere, tamen quòd ei adhuc competat beneficium d. auth. negari non poteſt, cùm & filij teneantur alere matrem, *d. l. 5. in princ. de liber. agnoſ.* & tamen nihilominus competit ei beneficium d. auth. vt ſuprà demonſtrauimus.

Ex prædictis certa promanat concluſio, quòd filia locupletis parentis, modò non ſit dotata, gaudeat beneficio *d. auth. præterea. C. vnde vir & vxor.*

Huic concluſioni ſubſcribunt Iaſon *in d. auth. præterea. num. 8. verſ. conſidera.* Iacob Thoming. *illuſtr. quæſt. deciſ. 40.* & alij.

QVAESTIO XL.

An maritus ſit Dominus dotis?

SVMMARIA.

1 *Dominus dotis maritus non eſt. diſtinguitur num. 5.*
2 *Theſaurus in fundo dotali inuentus non ſpectat ad maritum.*
3 *Dos proprium patrimonium filiæ.*
4 *Dotem exigendi poteſtatem habet mulier, viro ad inopiam vergente.*
5 *Dominium naturale penes maritum non eſt.*
6 *Noſtrum etiam illud dicitur quod ſub certa lege noſtrum eſt.*
7 *Dominium dotis quoad exercitium penes maritum non eſt, contrà nu. 8.*

PARS I. NEGANS.

AD maiorẽ huius quæſtionis cognitio- 1
nẽ pro † ſententia negatiua hoc modo
diſputatur: Dominium eſt ius de re corporali plenè perfecteq́; diſponẽdi. At maritus non habet ius de re dotali pro arbitrio ſuo diſponendi, vt docetur per §. 1. *Inſt. quib. alien. licet vel non.* vbi traditur quòd maritus fundum dotalem non poſſit obligare, neq; alienare. Ergo maritus non poteſt eſſe Dominus rei dotalis, neque naturaliter neque ciuiliter.

II. Si † maritus eſſet rei vel fundi dotalis 2
Dominus, ſequeretur quòd etiã medietas rei inuentæ in eo ſpectaret ad maritum, vt pone theſaurũ aliquẽ in fundo dotali inuenire, iſte theſaurus ſi maritus eſſet verus Dominus, ſpectaret quoad medietatem ad eum, vt probatur per §. *theſauros. Inſt. de rer. diuiſ.* vbi dicitur, ſi quis theſauros in alieno loco inuenerit, dimidium inuentori, & dimidium Domino ſoli debetur. Sed conſequens eſt falſum, vt docetur per *l. 7. §. ſi fundum. ſol. matr.* ibi enim theſaurus in fundo

dotali inuentus dicitur communis eſſe in-
uentoris & vxoris, de marito quidem ibi
nulla mentio fit. Ergo, &c.
III. Opponitur *l. 24. ſi conſtante. §. 1. ſi mari-
tus ſol. matr.* vbi pro hac parte eſt tex. præcla-
rus, ponitur enim ibi caſus per IC. Vlpia-
num quòd quando nimiam maritus in ſer-
uos exercet ſæuitiam, an de hoc poſſit con-
ueniri? Reſpondet IC. diſtinguendo inter
ſeruos vxoris, & ſeruos mariti, nominatque
ſeruos vxoris, reſpectu ſeruorũ mariti alie-
nos, ex quo ſatis liquet quòd maritus nõ ſit
dominus dotis, ſi. n. eſſet dominus dotis Vl-
pianus inter ſeruos mariti & vxoris nullã fa-
ceret diſtinctionem, nedum quòd eos alie-
nos à mariti ſeruis diſcerneret, vt patet ex
verbis ibidem poſitis: *attamen ſæuitia quæ in
propriis culpanda eſt, in alienis coercenda eſt, hoc
eſt, in dotalibus.*
3 IV. Opponi † poteſt tex. *in l. 3. deniq. § 5. ergo
etiam de minorib.* vbi IC. ait dotem eſſe reſti
tuendam filiæ, additque rationem: *quoniam
dos ipſius filiæ proprium patrimonium eſt.* Si iam
veritati conſonaret, quòd maritus eſſet Do-
minus dotis, ſequeretur quòd duo vnius rei
poſſent eſſe domini in ſolidum, quia non eſt
dubium quod vxor ſit propriæ ſuæ rei do-
mina. Sed conſequens eſt falſum. Ergo &
antecedens.
4 V. Confirmatur ex eo quòd † mulier viro
ad inopiam vergẽte poſſit repetere dotem,
vt eſt text. *in c. 6. illud. Nouel 97.* ibi: *Quia enim
dedimus mulieribus electionem, etiam conſtante
matrimonio, ſi malè res maritus gubernet, & acci-
pere eas & gubernare. & in c. per veſtras. de do-
nat. inter vir. & vx.* Bart. *in l. ſi conſtante. nu. 4.
& 20. de dote præleg.* Vndè ſequitur quòd ma-
ritus non ſit dominus dotis, cùm aliâs mu-
lier eam repetere non poſſet.

PARS II. DISTINGVENS.

5 HÆc quæſt. † ſatis ampla eſt & lõga, nos
breuitati ſtudẽdo reſpondemus, quod
prædictis argumẽtis & ſimilibus difficillimũ
ſit reſpondere, niſi dominij diſtinctionẽ fa-
ciamus. Tenẽdo igitur hanc diſtinctionem
tanq̃ fortiſſimũ cõtra prædicta argumenta
clipeum, ad I. dicimus oppoſitũ, quod illud
procedat qñ naturaliter dominium cõſide-
ramus, nam illud penes mulierẽ ſemp ma
net, & in maritũ per matrimoniũ non tranſ-
fertur, vt probatur in d. oppoſito, & in *l. 30. in
rebus. C. de iure dot.* vbi eſt text. hoc præclarè
his verbis probans: *cum eadem res* (dotales) *&
ab initio vxoris fuerint, & naturaliter in eius per-
manſerint dominio.* Si verò dominium conſi-
deramus quoad exercitiũ & fructus perce-
ptos, tũc benè maritus Dominus dotis dici
poteſt, neq; hoc mirũ, cũ † ẽt illud noſtrũ di- 6
catur, quod ſub certa lege noſtrũ eſt, vt pul-
chrè teſtatur Seneca *lib. 7. de benef. c. 12.* di-
cens: *Non eſt argumẽtum, ideò aliquid tuum non
eſſe, quia vendere non potes, quia conſumere, quia
mutare in melius aut deterius non potes. Tuum. n.
eſt etiam, quod ſub certa lege tuũ eſt.* Et ideò ma-
ritus cùm dos ſub certa lege & ratione, ſcil.
quoad eius exercitium & fructus, ad eũ per-
tineat, rectè eius Dominus dici poteſt. Hoc
modò leges quæ videntᷣ ſeſe inuicem ſuper
hoc caſu oppugnãtes ſunt recõciliandæ, vt
rectiſſimè ſentit Zaſ. *ad l. 5. de diuiſion. ſol. mat.*
Hæc quidem in genere ad omnia p̃dicta
argumenta ſoluenda ſufficiunt. Cæterũ mi-
nùs in maiori prædicti argumẽti ꝓpoſitione
dictum eſt, q̃ oportebat, hæc. n. verba debe
bant addi: *niſi ſi quid vi vel iure prohibeatur.* Et
maritus quòd nõ habeat poteſtatẽ alienan-
di dotẽ, iure ꝓhibetur, & iccircò licèt dotẽ
alienare non poſſit, tñ nihilominus quoad
exercitium & dotis fructus benè Dominus
eſſe poteſt. Ex II. arg. etiã perſpicuè proba-
tur, quòd mulier naturaliter conſiderando
verum dotis habeat dominium, tamen ex
eo non infertur ꝙ maritus ſecundum præ-
dictum modum non ſit dominus dotis.
III. Argumentum † fortiùs obſtat, quia vi- 7
detur ex eo probari poſſe, quòd ẽt maritus
quoad exercitium dotis non ſit Dominus, ſi
enim eſſet Dominus exercitij, ſequeretur ꝙ
eodem modo ſeruos in dotem datos poſſet
tractare ſicut ſuos. Sed hoc non poteſt, vt ꝓ
batur in *d. §. 5. ſi maritus.* ibi: *ſæuitia quæ in pro
priis culpanda eſt, in alienis coercenda eſt, hoc eſt, in
dotalibus.* Inquit text. eſt quidem culpanda
nimia ſæuitia in ſeruis propriis, quaſi dice
ret, non autẽ coercenda, ſicut in alienis. Vn
dè videtur dicendum quòd etiam maritus
non habeat dominium quoad exercitium.
Sed † poteſt reſponderi quod eo iure do 8
minium quoad exercitium illi à lege nõ ſit
cõceſſum, vt abutatur re dotali, maleq́; eam
exerceat, ſed vt honeſtè, fideliter, & vti bo
nũ probumq́; patremfam. decet, exercitij
dominium ſuſcipiat. Non igitur ſequitᷣ, ma-
ritus non poteſt eandem ſæuitiam exercere
in ſeruos dotales, quã exercet in ſeruos pro
prios, ergo non eſt Dominus exercitij, q̃a eo
iure & ratione illi exercitij dominium à le
ge non eſt conceſſũ, & dominiũ eſt (vt ſupra
diximꝰ) ius de re plenè perfecteq́; diſponen-
di, niſi ſi q̃d vi vel iure prohibeatᷣ. Sed hæc
nimia ſæuitia iure ꝓhibetur, vt in d. § 5. Ergo

quoad iſtam ſæuitiam non habet exercitij
dominium.

Reſpondetur ad IV. oppoſitum verum eſ-
ſe, quod dos proprium patrimoniũ ſit vxo-
ris, quoad proprietatem dotis, non autem
quoad fructus & eius exercitium. Ideoq; ex
eo argumento non ſequitur, quod maritus
& vxor einſdem rei dotalis ſint ſimul duo
domini in ſolidum, cùm vnus habeat domi-
nium rei proprietatis, alter eius exercitij,
quæ duo poſſunt eſſe ſeparata.

Verum eſt, quod in V. arg. dicitur, dotem
videlicet ſoluto matrimonio redire ad vxo-
rem, & conſeqnenter virum nõ eſſe domi-
num dotis quoad proprietatem, neq; hoc
nos oppugnamus, ſed laltẽ dominium ex-
ercitij & fructuum ei competere defendi-
mus, quod ex eo argumẽto non oppugnat̃.

Concludimus veram & indubitatam iu-
ris eſſe ſententiam, quòd maritus ſit domi-
nus dotis, non quoad proprietatem, ſed
quoad eius fructus & exercitium.

Alias diſtinctiones quæ huc pariter per-
tineut, vide ſuprà art. 3.

QVAESTIO XLI.

Nunquid maritus, cui facta eſt mora in dote tradenda, poſſit petere vſuras, & quando committatur mora?

SVMMARIA.

1 *Vſuras propter moram in dotis traditione commiſſam, quo iure maritus exigat.*
2 *Mora quid ſit.*
3 *Mora non ſolùm in ſoluendo, ſed etiam in accipiendo committitur.*
4 *Mora non committitur per verbalem oblationem.*
5 *Mora quotuplex.*
6 *Mora in re quomodo committatur.*
7 *Mora quomodo committatur in perſona.*
8 *Mora effectus quis ſit.*

DEclaratio huius quæſtionis cùm depẽ-
dear ab eis, quæ plenè diximus *in tract.
noſtro controuerſiarũ. de bon. conſt. matrim. acquiſ.
q. 13.* non adeò neceſſarium eſſe duximus e-
am hîc latè diſcutere, maximè cum ſit pun-
ctus non parùm periculoſus.

1 Reſpondemus † igirur breuiter, ꝙ quidem
marito dotis occaſione propter moram in
eius traditione cõmiſſam detur poteſtas v-
ſuras exigendi, *c. ſalubriter. de vſur.* nõ vi mu-
tui, ſed titulo lucri & commodi ceſſantis, ꝙ
facturus fuiſſet dote ſtatim ſoluta ad matri-
monij onera ſuſtinenda Adrian. *q. 1. de vſur.*
Sot. *lib. 6. de iuſt. q. 1. art. 2.* & Couar. *libr. 1. var.
reſolut. c. 1. num. 3.* vel ſaltem titulo donationis
à ſocero propter matrimonij onera genero
faciendæ, Medina quem ſequitur Nauar
c. 17. nu. 213.

Eſtq; † mora (vt huius materiæ primor 2
dium nõ ignores) nihil aliud quàm ſoluen-
di vel accipendi debiti fruſtratoria dilatio,
*argument. l. 3. §. fin. de vſur. l. 5. ſi cert. pet. l. 37. in
fin. mand.* Donel. *de mora. c. 1.* Cuiac. *ad l. 23. de
verb. obligat.* Fab. *in l. 1. de reg. iur.* Borch. *c. 3.
nu. 14. de vſur.*

Ex † qua definitione patet, dotis promiſſo 3
rem non ſolùm in ſoluendo, ſed etiam ma
ritum in accipiendo motam committere
poſſe, eoq; fieri, vt non poſt moram dunta-
xat maritus dotis vſuras fructuſue perdat,
ſed etiam ipſa dos eius periculo ſit *l. ſi ſo-
luturus. de ſolut. l. parem. de reg.* quod † pro- 4
cedere intelligimus, ſi realiter oblatio fa-
cta fuerit, cùm per ſolam verbalem ob
lationem creditor in mora non conſti-
tuatur, *l. qui decem. §. idem reſponſum. de ſo
lut.* niſi in ſex caſibus quos vide apud
Loriot. *in tractat. de mora. verſic. ſed an per
ſolam.*

Et eſt † duplex, alia in re *l. mora. de v-* 5
*ſur. l. in minorum. C. quib. ex cauſ. in integr. l. vl-
tim. C. de condit. ob turp. cauſ. l. 5. C. de actio. empt.
l. 2. §. fin. de excuſat. tut. l. fin. de peric. & com-
modo rei vend.* Alberic. de Roſ. & Gabriel
Mudæus *ad l. Iulianus. de act. empt.* Alex. *in l.
quod te. num. 8 ſi cert. pet.* alia in perſona. Mo-
lin. *de vſur. cap. 40. num. 206.* Borch. *eod.
tractat. c. 3. num. 19.* Illam Interpretes irregu-
larem, hanc regularem appellant. Bart. & a-
lij *in d. l. mora.*

Mora † in re committitur ex ſolo tardæ 6
ſolutionis tempore, *d. l. in minorum. & l. 32. de
vſur.* Menoch *2. arbit. iud. 220. num. 6.* Borch.
d. cap. 13. numer. 19. & ſeq. Treut. *de vſur. th. 6.*
Cuius exceptio eſt, niſi debitor ſe debitorẽ
eſſe ignoret, *l. 4. §. fin. de leg. commiſ. l. 2. verſic.
ſed omnimodò. C. de iure emphyt.* Ignorare autẽ
non dicitur eum, etiamſi neſciat, modò ex
iuſta cauſa ſcire debeat: quoniam idem eſt
ſcire vel ſcire potuiſſe, *l. ſi duo ſunt, de acquir.
hered.* intelligere vel intelligere debere, *l.
quod te. in fin. ſi cert. pet.* habere vel habere
debere, *l. pen.* vbi Bart. *de auro & arg. leg.* Ex
cuſabit ſe autem etiam his rationibus non
obſtantibus, ſi ex tẽporis diuturnitate, *arg.
l. peregrè. de acquir. poſſ.* negotiorumq; frequẽ
tia & qualitate, veritati conſentaneam al-

leget obliuionem, Bar. *ad l. 2. §. obſeruari. C. de uram. cal.*

7 In † perſona committitur mora per interpellationem, opportuno tẽpore & loco factam, *l. 2. de in ius voc. d. l. mora. in princ. l. ratio. §. ſi per venditorẽ.* & ibi gloſ. *de act. emp.* Et poteſt huiuſmodi mora tribus verbis fieri, vt: egeo mea pecunia. Bart. *ad l. etiam hoc modo. de leg. 1. l. vinum. & ibi Doct. ſi cert. pet.* quia humanis verbis admonere debitorem ſufficit, *leg. quidam Iberus. de ſeruit. vrb.* maximè ſi grauis ſit perſooa, quæ etiam his verbis interpellatur: *emi domum, & debeo pretium, Doct. ad d. l. vinũm.*

8 Effectus † verò huius moræ omne rei periculum in debitorem transfert, *l. 5 ſi cert. pet. l. 23. §. 24. de verb. oblig. l. 39. & l. 108. §. 51. de leg. 1.* Bart. *in l. ſi duo. de conſtit. pec.* Menoch. *3. præſumpt. 138.* Cuiac. *ad d. l. 23.* obligationem perpetuat, fructuum & vſurarum præſtationem *l. 38. videamus. de vſur.* nec nõ obligationem ad intereſſe inducit, *l. 8. quod cert. loc. arg. l. 22. ſi cert. pet.*

Sic econtrariò omnem rei caſum in debitorem transfert, ſi debitum illi opportuno tempore & loco oblatum accipere recuſet, *l. 91. §. 3. de verb. obligat. l. 27. de vſur.* Botch. *de vſur. c. 3. num. 22.* Cuiac. *ad d. l. 91.* Quam autem moram purgat, ſi rurſus debitum à debitore petat. *l. 9. ſol. mat. l. 17 de peric. & com. rei vend.* Donel. *de vſur. c. 10.*

Atqui hæc breuiter, & quidem neceſſariò de materia moræ nos dixiſſe ſufficiant.

QVAESTIO XLII.

Nunquid maritus ſuſtinẽs onera matrimonii putatiui, lucretur fructus dotis?

SVMMARIA.

1 *Dotis fructus maritus non lucratur, ſi matrimonium illicitum ſcienter contraxerit, ſecùs ſi ignoranter, nu. 2.*

3 *Expenſas in re dotali factas maritus putatiuus recuperat.*

4 *Gloſſ. in l. 6. ſol. matr. reprobatur.*

HÆc quæſtio cùm magis diſtinguendo quàm diſputandò declaretur, è re noſtra eſſe duximus, vt eam hoc modo diſtinguamus:
1 vt † videlicet maritus nullum ſibi ex dote fructum ſperare poſſit, ſi matrimonium, vnde dos debetur, illicitum ſcienter contraxerit, *l. 42. in inſulam. §. 1 ſolut. matr. gloſ. & Bart. in l. 35. & ex diuerſo. de rei vendic.*

Cuius exceptio eſt, niſi pactum fecerit de lucrandis fructibus, *l. 68. dotis. de iure dot.* Sed verius eſt vt reprobetur, ne detur anſa illicita conttahendi matrimonia.

Si verò † matrimonium lege prohibitum 2
ignoranter fuerit contractum, tùne maritum tamdiu abſq; vllo obſtaculo dotis fructus lucrari exiſtimamus, quamdiu illiciti cõiugij ignotantia durar. Cuius diſtinctionis paritet ea eſt exceptio, vt non includat fructus, matrimonij onera excedentes, cùm fructuum lucrum eatenus ſe extendat, quatenus matrimonij onera, *arg. text. in l. 20. pro oneribus. C. de iure dot.*

Secunda † quoad vtiles & neceſſarias im- 3
penſas, quas fecit maritus in re dotali conſeruãda, etiamſi præſciuerit matrimonium eſſe nullum. Ratio eſt, quia malæ fidei poſſeſſor etiam huiuſmodi impenſas deducit *l. 5. domum. C. de rei vendic.* ibi: *niſi* (malæ fidei poſſeſſores) *neceſſarios ſumptus fecerint.* & vide Cuiac. *10. obſer. 1. not. in l. in fundo. ff. eod. tit.*

Neque † huic contrariatur diſtinctioni, 4
quod dicit Gloſſ. *in l. 6. ſi ante nuptias. ſolut. matrimon.* maritum quidem non lucrari dotis fructus de rigore iuris, ſecùs de æquitate, etiamſi ſcienter matrimonium lege prohibitum contraxerit, cuius aſſertionis eam dicit rationem, quòd eadem in tali matrimonio lucrandorum fructuum ſubſit ratio, quæ ſubeſt in matrimonio vero, ſcilicet onera matrimonij, idem Gloſſ. *in d. leg. 68. dotis fructus. in princip. de iure dot.* & Specul. *tit. de donat. inter vir. & vxor. §. fin. verſic. ſed ſi mulier.* Non contrariatur, inquam, cùm æquitas non iniuſtum improbumq; foueat, ſed oppugnet.

QVAESTIO XLIII.

An fundus habens lapides non renaſcibiles cedat lucro mariti, & dicatur eſſe in fructu?

SVMMARIA.

1 *Lapides eſſe quoſdam renaſcibiles oſtenditur.*

2 *Fundus habens lapides non renaſcibiles cedit lucro mariti, contrà num. 3. exceptio nu. 7.*

3 *Interpretatio benignior pro dote facienda.*

4 *Lapides renaſcibiles cedunt lucro dotis.*

5 *Maritus qui cadendo lapides non renaſcibiles fundum deteriorem facit, tenetur mulieri ad intereſſe.*

6 *Interpretatio l. 8. fundus. ſol. matr.*

10 *Arbores germinales mariti lucro cedunt.*

PARS I. AFFIRMANS.

QVOD lapides † reperiantur renaſcibiles, 1
Philoſophorum Iureconſultorumque

com-

comprobari aurhoritate compertum eſt ex Plinio *36. cap. 15. & 18.* vbi in Italia huiuſmodi naturæ lapides reperiri aſſetit, quod idem Plinins *d. c. 15.* Straboq; 5. paulò admirabilius effantur, cùm lapides eſſe qui pariant, montiumq; vlcera ſponte compleant, aſſerere non ambigant.

Quòd verò in Gallia & Aſia lapides inueniantur renaſcibiles, extra dubium eſt, cùm id teſtis fide digniſſimus Vlpianus I C. referat *in l. 7. fructus.* (aliâs) *diuortio. §. 13. ſi vir. ſol matr.*

2 Huius rei occaſione quæritur, num † lapides non renaſcibiles alicuius fundi in dotem dari cedant lucro mariti, & dicantur eſſe in fructu? Nos eam breuiter decidendo dicimus, quod iſto in puncto duo diuerſa Doctorum reperiantur reſponſa, quorum primum hoc nititur fundamento. Si huiuſmodi lapides non renaſcibiles lucro mariti non cederent, ſequeretur quòd dotis conſtitutio iſto in caſu facta eſſet inutilis, cùm nullum fructum maritus exinde habere poſſet. Sed conſequens non eſt admittendum, *l. 4. de pact. dotal. arg. l. 30. pro onerib. C. de iur. dot.* Ergo, &c.

Hanc fortè perpendens rationem Paulus I C. *in l. 8 fundus. ſolut. matrimon.* reſpondit: Si fundus in dotem datus ſit, in quo lapis cęditur, lapidicinarum commodum ad maritum pertinere conſtat, quia palam ſit, eo animo dediſſe mulierem fundum, vt iſte fructus ad maritum pertineat. Hoc Pauli reſponſum cùm principale huius partis importet fundamentum, cætera omittimus.

Concludunt ex his, quod fundus habens lapides non renaſcibiles, mariti lucro cedat.

Eiuſdem exceptio eſt, niſi mulier contrariam voluntatem in dote danda declarauerit, *d. l. 8.* Sed reprobatur, ſi maritus aliis ex rebus matrimonij onera ſuſtinere non poſſit, *d. l. 4.*

Altera exceptio eſt, niſi lapidicina ab initio ad cædendum lapides non fuerit deſtinata, quo caſu ſi lapis cędatur, dotem auget, *text. in l. 32. ſi ex lapidicinis. de iure dot. l. 17. de vſufruct.*

PARS II. NEGANS.

3 ALTERVM † reſponſum hac ratione fundatur, quòd ſemper benignior interpretatio pro dote ſit facienda, *l. 70. in ambiguis. de iure dot.* ac conſequenter non dicendum quod huiuſmodi lapides in fructu ſint, cùm per hoc mulier paulatim poſſet fieri indotata, quod Vlpianus *in l. 7. fructus.* (aliàs) *diuortio. §. 13. ſi vir. ſolut. matrimon.* conſiderans, hanc quæſtionem ita determinat: *quia† nec in fructu eſt marmor, niſi tale ſit,* 4
vt lapis ibi renaſcatur, quales ſunt in Gallia, ſunt & in Aſia.

5 Hinc † fit qnòd maritns teneatur mulieri actione de dote, ſi talem fundum in cædendo lapides deteriorem fecerit, in id quod intereſt, Cuiac. *15. obſer. 21.*

Hanc partem nos amplectendo reſpondemus, maiorem oppoſiti argumẽti propoſitionem minùs rationi conſonare, cùm maritus vendendo lapides, eorum pretio interim vti non prohibeatur. Fac. *l. 4. de pact. dotal.*

6 Nec † in contrarium pugnat *d. l. 8.* cùm illa non de fructu propriè ſumpto, prout *in d. §. 13.* loquatur, ſed de commoditate, vt patet expreſsè ex verbis præcedentibus eiuſdem contextus: *lapidicinarum commodum ad maritum pertinere conſtat.*

Eſt igitur *in dict. l. 8.* verbum, *fructus*, pro commoditate accipiendum, quam ſolutionem etiam expreſsè ibidem ſentiunt Paul. de Caſt. & Zaſ.

Ex his contrarium eius quod in prima parte concluſum eſt, apparet.

7 Huius † concluſionis exceptio eſt, quoad commoditatem lapidum non renaſcibilium, vt ſuprà tactum, & Azo communiterque Doctores *in d. l. 8.* ſentiunt.

8 Secunda † exceptio videtur, niſi maritus huiuſmodi lapidibus pro ædificio ſtabiliendo vel ædificãdo temperatè vteretur, quod æquitati maximè conuenire credimus, *l. 9. §. 2. de vſufr.*

9 Tertia † exceptio eſt, quoad creti, auri, argenri, harenæq; fodinas: hæ enim ſunt renaſcibiles & conſequenter in fructu.

10 Et † hæc quæ diximus de lapidicinis eadem intelligẽda volumus de arboribus, niſi ſint arbores germinales, aut (vt Plinius loquitnr) congerminantes, quæ ad hoc ſunt deputatæ, vt ex eis germina ſurculiq; colligantur, vel cremiales, id eſt, aridę & ad comburendum deſtinatæ, ita tamen vt in harum locum aliæ à marito ſubſtituantur, vide text. & Doct. *in d. l. 7. fructus. §. 12.*

QVAESTIO XLIV.

Mulcta an dicatur fructus illius anni, in quo delictum commiſſum, an

verò

verò illius in quo ſententia lata eſt?

Svmmaria.

1 *Iuriſdictionis in dotem data commoditas ſpectat ad maritum.*

2 *Mulcta dicitur fructus illius anni, in quo ſententia lata eſt, & non illius in quo delictum commiſſum eſt.*

3 *Mulcta & pœna differunt.*

4 *Mulcta ſpectat ad maritum, etiamſi vxor ante ſententia executionem deceſſerit.*

1 Ivrisdictio † in dotem data, etſi quoad ipſam ſubſtantiam in mariti commodum nõ tranſeat, eius tamen fructum commoditatemq; maritum percipere poſſe non ambigitur, *arg. text. in l. fin. ſolut. matr. c. 1. qua ſint regal. in vſib. feud. l. mulctarum. C. de modo mulct.* Bart. *in d. l. fin.*

Sed huius occaſione quoquo modo in controuerſiam vocari poſſe videtur, num
2 mulcta dicat' † fructus illius anni, quo delictum commiſſum eſt, an verò iſtius, in quo delicti ſententia lata eſt. Iſtam quæſtionem breuiter attingendo, reſpondemus in puncto iuris verius apparere, mulctam qua de quæritur dici fructum iſtius anni, quo per ſententiam mulcta eſt declarata. Nam ſi tempore delicti propriè mulcta eſſet appellanda, ſequeretur quòd etiam eo tempore poſſet exigi: ſed conſequens eſt falſum *l. 20. ex iudiciorum. de accuſat. & inſcript.* ibi: *ex iudiciorum publicorum admiſſis, non aliàs tranſeunt aduerſus heredes pœna bonorum ademptionis, quàm ſi lis conteſtata & condemnatio fuerit ſecuta.* Item
3 text. † pulcherrimus *in l. 244. ſi qua pœna. de verbor. ſignific.* vbi Labeo I C. oſtendens differentiam inter pœnam & mulctam ſic effatur: *vtrumq. eorum* (quod mulcta & pœna idem ſint) *falſum eſt, namque harum rerum diſsimilitudo ex hoc quoq; apparet, quod de pœna prouocatio non eſt, ſimul enim atq; victus quis eſt eius maleficij, cuius pœna eſt ſtatuta, ſtatim ea debetur, at mulcta prouocatio eſt, nec ante debetur, quàm aut non eſt prouocatum, aut prouocator victus eſt, nec aliter quàm ſi is dixit, cui dicere licet.*

Ex quibus verbis ſatis clarè apparet, quòd mulcta priùs non ſit, quàm commiſſi ſententia eſt lata. Neque his contrariatur *l. 58. ae functa. de vſufr.* de qua Cyn. *in l. fin. de iuriſdict. omn. iud.* aliiq; opponunt, quia reſpondemus quod ibi fructus, quorũ ratione debebatur penſio, erant percepti, quod ante ſententiam latam de mulcta dici non poteſt.

4 Hæc † eadem exiſtimamus procedere, ſi vxor ante ſententiæ executionem decederet, nam ex quo mulctæ fructus ad maritum ex cauſa oneroſa & non lucratiua pertinet, nihil adeò obſtare videmus, quod maritum ob nudam ſententiæ executionem haud factam à tali mulctæ fructu abſtrahat. Bart. *in l. 7. fructus.* (aliâs) *diuortio. circa fin. ſolut. matrim.*

Qvaestio XLV.

Num maritus, qui propter dotem in pecunia ſimpliciter conſtitutam longo tempote litigauit, poſſit litis expenſas de dote deducere?

Svmmaria.

1 *Expenſas litis maritus de dote deducere nequit, contrà num. 3. eiuſdem except. num. 6. & ſeq.*

2 *Expenſæ in re litigioſa facta, non de ipſius rei ſubſtantia, ſed de fructibus ab adminiſtratoribus repetendæ.*

4 *Expenſa à marito in re dotali litigioſa facta, cur poſſint repeti, & non à patre?*

PARS I. NEGANS.

Maritvs pro re dotali longo tempore litigans, num de dote litis poſſit deducere expenſas, inter Doctores controuerſum eſt. Eorum † qui pro negatiua pu- 1
gnant ſententia, fundamenta recenſendo, principiò ſic inſtamus. Quod neceſſariò in rem mulieris non eſt impenſum, de dote non eſt deducendum: Atqui maritus quod impendit pro dote conſequenda, non dicitur in rem mulieris neceſſariò impendere. Ergo, &c.

Minor docetur *in l. 1. & ſequent. de impenſ. in reb. dotal. fact.* vbi inter neceſſarias dotis impenſas non reperiuntur impenſæ pro dote conſequenda factæ. Item facit text. *in l 5. quod dicitur. eod. tit.* ibi: *Hoc de his impenſis dictum eſt, quæ in dotem ipſam factæ ſint.* Sed impenſæ quæ fiunt pro dote exequenda, non fiunt in ipſam dotem, hoc eſt, in ſubſtãtiam rei in dotem datæ. Igitur de dote non deducendæ.

II. Perſonæ † quibus nuda duntaxat bo- 2
norum adminiſtratio eſt conceſſa, litis agitatę mouẽdæue ratione quod impẽderunt, non de ipſa bonorum ſubſtantia repetendi habẽt poteſtatem, ſed de eorum fructibus, *text. in l. 1. C. de bon. mater. idem text. in l. fin. §. 2. vbi autem, C. de bon. quæ liber.* At maritus nudam habet duntaxat bonorum dotalium adminiſtrationem, vt diximus ſuprà q. 40.

Ergo quod pro dote exequenda impen dit, non poteſt de dotis ſubſtantia repetere.

III. Hæc dos in ſubſtantia propter has impenſas non augetur, ſed tantùm mariti vtilitati exinde magis accommodatur. Ergo tales expenſæ à dotis ſubſtantia non repe rendæ, *arg. l. ſumptus. de rei vendic.* Ex his & aliis quæ breuitati ſtudendo à nobis omittuntur, in partem negatiuam concludunt.

Aſſentit huic concluſioni Gloſſ. *in d. l. 1. de impenſ. in reb. dotal. fact. &c.*

PARS II. AFFIRMANS.

3 SED † prædictis non obſtantibus, partē affirmatiuam tanq̃ magis in iure fundatā amplectimur, reſpondēdo ad minorē I. arg. propoſitionem, quod licet hę expenſę inter neceſſarias dotis impenſas expreſsè non cōputentur, q; tamen propterea nō minùs neceſſariæ ſint reputandæ, cùm *dd. ll.* non oēs huius generis proponāt impenſas, ſed quaſdam tantummodò exēplificando enarrent. Neq; vlteriùs eadem propoſitio ex *d. l. 5.* confirmatur, cùm hæ expenſæ ex eo ſatis in ipſam dotem dicantur factæ, quòd illis iuris vigore concurrente ipſa dos præſtetur.

4 Reſpondemus † ad maiorem II. argumenti, quòd leges in ea allegatæ loquant̃ in parte, quòd is impenſas de fructib. debeat deducere, quod ad maritum, vt in minori propoſitione factum, extendi non poteſt. Ratio diuerſitatis eſt, quòd propter nudam patriā poteſtatem patri fructus debeantur, marito verò propter matrimonij onera, ſicq; iniquum eſſet, quòd maritus inſuper expenſas de fructibus deberet deducere, cùm leges propter ſola matrimonij onera ei fructus dotis deſtinauerint, *l. 30. p oneríb. C. de iur. dot.*

5 Negatur † conſequentia III. argumenti. Nam licet dos propter litis expenſas in ſubſtantia non augeatur: tamen propterea neceſſariarum impenſarum nomē haud amittit, vt per *d. l. 1. & ſeq. de impenſ. in reb. dot. fac.* determinatum habemus, nam impenſæ ruentis ædificij cauſa adhibitæ, non quidem ipſum ædificium in dotem datum augent, ſed ipſum quò minùs ruat, cōſeruant. Item ſi maritus vites propagauerit, arbores curauerit, vel ſeminaria pro vtilitate agri fecerit, quidem neceſſarias impēſas exhibet, vt *in l. 3. d. tit. de impenſ.* demonſtratur, attamen ipſam dotis ſubſtantiam exinde augeri non erit dicendum. Eodem modo impenſæ pro dote conſequenda factæ, etſi ipſam dotem non augeant: tamen cùm eius cauſa neceſſariò adhibeantur, inter neceſſarias computari impenſas non erit negandum.

Per prædicta pro parte affirmatiua concluditur.

Iſtius † concluſionis exceptio videt̃, niſi hereditas æſtimata, vel nomen debitoris in dotem datum ſit. Ratio eſt, quia tunc maritus periculum in ſe ſuſcepiſſe pręſumit̃, quo caſu impenſæ non ſunt deducendæ, *l. ſi nomen. de hered. vel act. vend.* Bart. *in d. l. 1.* 6

Secunda † exceptio eſt, niſi caſtrum, prædiū, domus, aliudue corpus in dotem datū ſit, quo caſu non ipſum corpus diminuitur, ſed tamdiu huiuſmodi corporis ſine dotis nomine maritus detentationem habet, donec illi de impenſis ſatis factum ſit, *text. in d. l. 5. de impenſ. in reb. dot. fact.* 7

QVAESTIO XLVI.

Queſtionis eſt, num damnum, ab inimicis viri in rem dotalem vxori illatum, præſumatur culpa ipſius mariti illatum?

SVMMARIA.

1 *Damnum ab inimicis viri in rem dotalem vxori illatum à marito non reſarciendum. contrà nu. 4. except. nu. 6.*

2 *Infortunium viri vxor debet participare.*

3 *Furti pœna non ſolùm vni ſocio committenti, ſed etiam alteri eſt infligenda. & nu. 5.*

6 *Damnum ex inimicitia publica rel. us dotalibus illatum caſui fortuito aſcribendum.*

PARS I. NEGANS.

CVM diuinæ † humanæq; domus ſocietatem inter coniuges eſſe cōtractam minimè negari poſſit, vt oſtendimus *in tract. noſtro controuerſ. de bonis. conſtant. matr. acquiſ. q. 8 & 9.* videtur hoc in puncto concludendum, quòd damnum ab inimicis viri dotalib. bonis illatum, vxori non ſit reſarciendum, maximè cùm vxor, non bonorum tantùm, ſed corporis etiam periculum cum viro ſubire debeat, vt hoc matrimonialis amor multis maiorum noſtrorum exemplis exornatus luculenter comprobat. 1

II. Damnum quòd procedit ab inimicis viri eſt quoddam infortunium, quod ſequitur ipſum virum.

Atqui † vxor debet participare infortuniū, & calamitatem viri, vt ſuprà dictū, & eſt tex. *in l. 22. ſi cum. §. ſi maritus. ſol. matr.* Ergo, &c. 2

III. Damnum q; ex vnius coniugis culpa delictoue procedit, non delinquenti con-

iugi duntaxat imputandum, ſed etiam alteri qui delictum non commiſit, *text. in l. ſi igi-*
3 *tur. pro ſoc.* vbi † lex decidit, quòd ratione furri ab vno ſocio commiſſi, non ſolùm committens ſocius ad duplum, vel quadruplum teneatur, ſed etiam alius ſocius qui non cõmiſit, quæ deciſio ad coniuges, cùm viræ bonorumq; indubitati ſocij ſint, *d. q. 8. & 9.* non incongruè extendi poteſt. Proinde poſito quòd damnum culpa mariti ab eius inimicis rebus dotalibus ſit illatum, tamen hoc damno mariti duntaxat cedere ex prædictæ legis deciſione negatur.

Ex his in partem negatiuam videtur concludendum.

Huius concluſionis exceptio eſt, niſi maritus ſciuerit ſe habere inimicos, qui rei dotali damnum inferre poſſent, & diligentem propterea rei dotali cuſtodiam non adhibuerit. Ratio eſt, quia videtur eſſe in culpa non faciendo diligentem cuſtodiam.

PARS II. AFFIRMANS.

4 PRÆDICTIS † non obſtantibus partem affirmatiuam tenendo, reſpondemus ad I. argumentum, quòd illud procedat quando damnum obuenit contemplatione matrimonij, aliâs ſecùs. Fac. *l. quod quis ex culpa. de reg. iur. l. 6. cum duobus.* (aliâs) *ſi fratres. §. 18. per contrarium. & l. 59 adeò. §. quod in alea. pro ſoc.* & diximus *in d. tractat. noſtro controuerſ. de bon. conſtit. matr. acq. quæſt. 14. poſt num. 7.* Sed damnum quod obuenit ex mera culpa mariti, non contemplatione matrimonij obuenit. Ergo, &c.

Eodem modo ad maiorem II. argumenti reſpondemus. Quod enim infortunium ab vtroq; coniugum perferendum ſit, intelligitur de infortunio, quod reſpectu matrimonij obuenit, quod hîc dici non poteſt. Vel ſolue aliter hoc modo: Damnum procedens ex infortunio, cauſam efficientem extra culpam cõiugum habente, id ab vtroque coniugum portandum. Sed damnum quo de nos agimus tale non eſt. Ergo, &c.

5 Maior III. argumenti † eſt intelligenda eo in caſu, quo delictum commiſſum eſt ab vno coniuge, vel ſocio, altero ſciente & conſentiente, quo in caſu nos non loquimur.

Prędictis breuiter ſic abſolutis in partem affirmatiuam concluſum volumus.

Confirmat hanc concluſionem Bar. *in l. 66. in his. ſol. matr. glo. in l. 25. ſi merces. §. 4. culpa. locat.*

6 Exceptio † huius concluſionis eſt, niſi inimicitia ſit publica, ex qua ſi damnum oriatur mulieri, marito non erit imputandum. Ratio eſt, quia huiuſmodi inimicitia annumeratur caſui fortuito, *d. l. 25. ſi merces. §. 6. vis maior. & l. 13. item quæritur. § 7. exercitu. locat.* Bal. *in d. l. in his.* & Cyn. *in l. 41. ſi de damno. locat.*

QVAESTIO XLVII.

Quæritur, ſi maritus ex iuſtis cauſis voluntariis vel neceſſariis ſoluerit mulieri eiuſue patri dotem, quam poſteà ipſe pater vel mulier in iuſtam cauſam nõ expendendo perdidit, an ſit à dotis ſolutione liberatus?

SVMMARIA.

1 *Maritus ex iuſtis cauſis dotem vxori vel eius patri ſoluens eſt liberatus, etiamſi poſteà dos inutiliter ab eis conſumatur. contrà num. 2. except. num. 4.*

3 *Pupillo licet res à debitore ex iuſta cauſa ſoluta ſit, tamen ſi eam pupillus poſteà perdiderit, tenebitur debitor denuò ſoluere.*

PARS I. AFFIRMANS.

PRo huius † quæſtionis breui declaratione primò pro parte affirmatiua in hunc 1
modum diſputamus. Mulierum fauor non eſt maior fauore pupillorum. At debitor ſoluens pecuniam ex iuſta cauſa pupillo eſt liberatus, etiamſi poſteà eam pupillus perdiderit, *text. in l. 15. pupillo. de ſolut.* Ergo, &c.

II. Maritus ex iuſta cauſa neceſſaria vel voluntaria vxori dotem ſoluens eſt permittente lege liberatus, *text. in l. 20. quamuis. de iure dot.* Ergo ſi iuxta thema noſtrum maritus vxori dotem ſoluerit, erit liberatus, cùm in eo iuſta cauſa præſupponatur.

III. Sub legis prætextu nemini fraus vel dolus eſt inferendus. Sed ſi hoc in caſu maritus ſoluendo non liberaretur, hoc fieret. Ergo, &c.

Minor docetur ex eo, quod maritus ſuadente lege ex cauſa neceſſaria ſoluens putat ſe rectè ſoluiſſe, non exiſtimans ſi vxor pecuniam ſolutam perderet, quòd denuò ad ſolutionem teneretur, ſicq; legis prætextu fraus doluſue ei fieret, quod eſt prohibitum.

Ex his concludunt, quòd maritus, hoc in caſu ſoluens, indiſtinctè ſit liberatus.

Cui concluſioni aſſentiunt Imola, Paulus

de Caſtr

de Caſtr. & alij *in d. l. quamuis*. prout eos refert Campez. *tractat. de dot. part. 3. quaſt. 13. poſt numer. 2.*

PARS II. NEGANS.

2 CÆTERVM † cùm ius perſpicuè contra-
rium determinet, erit prędictis non ob-
ſtantibus pars negatiua tenenda, non enim
obſtat *d. l. 15.* in minori I. arg. propoſitione
oppoſita, quia reſpondetur tantum abeſſe
quòd *d. l.* cōtrarietur, vt planè hanc partem
3 confirmet. Dicit † enim, quòd tunc demum
pupillo ſine tutoris authoritate rectè ſolua-
tur, ſi pecunia in iuſtam cauſam fuerit con-
uerſa, vt colligitur ex verbis eiuſd. *l. & nummi ſalui ſint*. & eſt text. in terminis hoc probans *in §. 2. circa fin. Institut. quib. alien. lic. vel non.* ibi: *quòd ſi male conſumpſerit* (pecuniam ſine tutoris authoritate iuſtè ſolutam) *aut furto, aut vi amiſerit, nihil proderit debitori doli mali exceptio, ſed nihilominus condemnabitur.*

In maiori II. argumenti minus poſitum eſt quàm debebat, nihil enim ex ea rectè conſequitur, niſi addatur: *mulier pecuniam ſolutam in iuſtam cauſam conuertit*, vt ex *d. l. 20.* conuincitur, & eſt text. *in l. 73. mutus. §. 1. de iur. dot.* cuius verba ſunt: *Manente matrimonio non perditura vxori ob has cauſas dos reddi poteſt, vt ſe ſuosq́; alat, vt fundum idoneum emat, &c.* Sed hoc modo prædictam propoſitionem ponendo noſtram partem confirmat. Ergo, &c.

Hinc facili negotio tollitur minor III. argumenti, quod enim lege expreſsè cautum eſt, hoc cautum non eſſe maritus exiſtimare nequit, ac proinde ex errore eum in fraudem duci non eſt dicendum.

Atqui expreſsè diſpoſitum eſt, quòd maritus ſoluens perdituræ vxori denuò teneatur, *dict. l. 73. l. fin. & ibi gloſſ. de iur. dot.* Ergo, &c.

Ex prædictis concludimus, quòd maritus, ſi ex iuſta cauſa neceſſaria vel voluntaria dotem vxori perdituræ ſoluerit, teneatur denuò patri ad ſolutionem & viceuerſa vxori, ſi patri ſoluerit.

Huic concluſioni ſubſcribunt Bart. Bald. Angel. & alij non pauci *in d. l. quamuis*. ſed variè diſtinguunt, tu hanc quæſtionem per ſubſequentes exceptiones planam credas.

4 Prima † huius concluſionis exceptio eſt,
niſi mulier communi opinione diligens, &
non perditura exiſtimetur, quæ exceptio
probari videtur *arg. text. in l. 10. eum qui. §. fin. commod.* & eorum quæ notat Bartol. *in l. 39. ſi ſoluturus. de ſolut.* & optimè Ang. *in l. 21. ſi à bonafidei. de rei vendic.* & videtur nobis ea exceptio multum æqua, licet aliâs eam diſputabilem non negemus.

Secunda † exceptio eſt, niſi maritus neceſ- 5
ſitate cogente dotem ſoluerit, vt in caſu *l. 24. ſi conſtante. in princ. ſol. matr.* putà quando maritus ad inopiam vergit.

QVAESTIO XLVIII.

An dos profecta à patre, filiâ relictis liberis in matrimonio defunctâ, debeat reuerti ad patrem, an ad filios pertineat?

SVMMARIA.

1 *Dos profecta à patre ſuperſtitibus filia defuncta liberis, ad patrem non reuertitur. contrà num. 6.*

2 *Dotem conferre tenentur nepotes cum auunculis hereditatem maternam diuidentes.*

3 *Interpretationi conſuetudinis debemus ſtare in caſu de iure communi dubio.*

4 *Dos à patre profecta ad eum non reuertitur, ſi matrimonium morte mariti & non vxoris ſoluatur, reprobatur nu. 5.*

7 *Acquiſitum ex bonis paternis patri applicandum.*

8 *Extraneo dos non niſi per pactum expreſſum reſtituenda.*

9 *Iuris idem eſt de duobus circa idem participantibus.*

10 *Dos defuncta matre quod debeat manere apud liberos, & non reuerti ad patrem dotantem, cùm verior, tùm æquior videtur opinio.*

11 *Ratione vna ſublata altera operatur.*

PARS I.

Dotem ad liberos pertinere affirmans.

HÆc quęſtio eſt difficillima, & in vtram-
que partē valdè diſputabilis. Nos † bre- 1
uitati ſtudendo in primis paucis oſtēdemus dotem ad filios pertinere I. hoc modo argumentando. In patrimonio matris liberi pręferuntur auo materno, *arg. text. in l. 40. poſt dotem. ſol. matr.* ibi: *& poſteà filia ſine liberis deceſſerit, non erit impediendus pater quò minus ex ſtipulatu agat.*

Ergo à contrario, ſi non ſine liberis deceſſerit, erit impediendus. Sed dos eſt proprium patrimonium matris. *l. 3. §. ergo etiam. de minorib.* Ergo, &c.

II. Certum † eſt, quòd nepotes ex filia ad 2

hereditatem aui materni veniẽtes, teneantur cum auunculis & materteris dotem ſuę matris conferre, *l. 19. illam meritò. C. de collat.* Ergo ſi tenentur conferre, certiſſimum eſt quòd apud liberos mortua matre dos maneat, cùm aliâs eam conferre non poſſent.

III. Ab alimentis ad dotem rectè arguitur, hoc pręſuppoſito ſic inſtamus. Dos loco alimentorum ſuccedit, Batt. *ad auth. res quæ. C. commun. de leg.* Ergo ratio dictat, quòd non ſolùm commodum dotis ad filiã, ſed etiam ea mortua ad liberos pertineat, cùm & hi ſint alendi, & alimenta nunquam repetenda. Afflict. *deciſ. 152. num. 4.*

IV. Videtur eſſe textus pro hac parte *in l. fi. §. 1. vt leg ſeu fideicom.* ibi: *apud quem* (maritum) *dos remanſiſſet.*

3 V. In † caſu maximè de iure communi dubio (vt eſt noſter caſus) debemus ſtare interpretationi cõſuetudinis, illamq́; opinionem veriorem credere, quam cõſuetudo approbat, vt dicit ſingulariter Bald. *in l. 2. ad fin. C. de bon. quæ liber.* & hoc dictum Baldi dicit eſſe mirabile & menti tenendum Alex. *in d. l. poſt dotem.* cum propter eius authoritatem alicui & honorem & vtilitatem poſſet adferre.

Diſſentit tamen ipſe Alex. vt refert Iaſ. *in d. l poſt dotem. nu. 101.* Atqui hanc opinionem conſuetudo veriorem interpretatur.

Ergo huiuſmodi interpretationi debemus ſtare.

Ex his & ſimilibus fundamentis concludendum videtur, quòd dos mortua matre, debeat manere apud eius liberos, & non reuerti ad auum, à quo eſt profecta.

Hanc concluſionem tenent Martinus Gloſſator *in l. 4. C. ſol. matr.* Anton. Fab. *1. con. 16.* Forcat. *in cupid. iurisprud. c. 7. num. 2. & ſequentib.* Duar. *ad l. 48. ſol. matr.* eamq́; communem eſſe dicit Curt. iun. *conſ. 43. nu. 9.* eamq́; conſuetudine obſeruari teſtatur Gloſſ. *& Doct. in l. 4 dos à patre. ſol. mat.*

Ampliatur hæc concluſio procedere, ſi pater expreſsè ſtipulatus ſit, vt dos ſibi mortua filia etiam filiis extantibus reſtituatur, *l. quod ſi nolit. § q aſſidua. de adil. edict.* Iaſ. *ad l. poſt dotem. ſolut. matr.* & vide Ioan. Nicol. *ad l. 5. generaliter. C. de ſecund. nupt. nu. 46.* vbi communem dicit.

4 Exceptio † prædictæ concluſionis eſt, niſi maritus primò decedat, & poſteà mulier vidua, eius patre & liberis ſuperſtitibus. Ratio eſt, quia conſuetudo iuxta q̃ maximè hæc pars obtinet, eſt exorbitãs ab opinione, quę eſt de iure communi vera, & igitur eſt reſtringenda, & non ad mulierem viduam extendenda.

Ita circa hanc concluſionem excipit Bar. *in d. l. poſt dotem.* dicitq́; ita Bononiæ per octo Doctores fuiſſe iudicatum. Eandem exceptionem approbat Alex. *in d. l. poſt dotem.* refertq́; multos iuniores Doct. in ea errare, putantes ſimpliciter Martini gloſſatoris opinionem de generali conſuetudine obſeruari, vnde hanc exceptionem in practica vtiliſſimam eſſe ait. Idem tenet Bald. *in l fin. col. 4. C. commun. vtriusq. iud. & in conſil. 7. Petrus maritauit. volum. 1.* Petr. de Anchar. *in conſil. 348. in propoſito themate.* Raph. Fulgoſ. *conſil. 66. Ser Garnerius de Gaſio.* & communiter omnes, vt refert Iaſ. *ad dict. l. poſt dotem. numer. 102.*

Diſſentit † ab hac except. Iaſ. *d. loc.* illam 5
quę minimè veram eſſe putat, cui nos per rationes ibid. per eum poſitas ſubſcribimus. Nam ſi rationem, propter quam conſuetudo mouetur, adiudicatq́; liberis ſuperſtitib. marito dotem, perpendamus, nõ ſanè aliam inueniemus, quàm ipſos liberos: cùm igitur viuente patre ratione liberorum conſuetudo diſponat, vt dos apud patrẽ debeat manere, quò honeſtiùs & meliùs eos educare poſſit, quanto magis hoc patre mortuo in ipſis liberis obtinebit, quia tunc vtroq́ue parente orbati ſunt.

Per hanc & ſimiles rationes pro certo determinamus, quòd prædicta concluſio non minùs hoc in caſu quàm in priori procedat. Et vide omninò quę pro confirmatione huius puncti dicit Roget. *in tractat. de dot. § 18. poſt num. 14.*

PARS II. NEGANS.

SED † iſtis non obſtantibus, ſi iuris reſpi 6
ciamus rigorem, contrariam veriorem eſſe ſententiam neceſſariò fatendum videtur: quod enim in maiori I. argumenti propoſitione dictum eſt, non cõtrariatur. Nam *in d. l. 40.* pater ſub ea conditione eſt ſtipulatus, ſi filia ſine liberis deceſſerit, vt tunc dos ad eum reuertatur. At noſtro in caſu inter patrem & filium ſub tali conditione nihil actum eſt. Ergo quod iſta in lege determinatur ad noſtrum propoſitum extendi non poteſt. Præterea quod dicitur in eodem argumento dotem, proprium patrimonium eſſe filiæ, hoc intelligitur quoad durat matrimoniũ, eo verò ſoluto ampliùs propriè dos dici non poteſt, ſed ad patrẽ reuertitur, & conſequẽter propriũ eius patri-

monium

monium dici nequit, vt ex infrà ſcriptis patebit.

Poteſt etiam reſponderi, quòd *in d. l.40.* morte filiæ matrimonium non fuerit ſolutum, & ideò dos ad patrem non redit, niſi ſpecialiter cum filia de dote reſtituenda pepegerit.

Reſpondetur ad antecedens II. argumenti in quo dictum, quòd nepotes ex filia teneantur tempore diuiſionis conferre dotem, hoc procedere duob. in caſibus. Primò quando parens cōtracti matrimonij tēpore expreſsè admiſit, vt defunctâ in matrimonio filiâ, dos debeat manere apud eius liberos, vel ſi poſteà tacitè dotem liberis fruendam reliquit.

Secundò ſi pater prior moritur quàm filia, tunc enim liberis illud quod in dotem datum eſt relinquitur, & ideò quodcunq; datum eſt, tenentur conferre. Sed nos ſumus in caſu, in quo pater non admiſit liberis retinere dotem, neque prior quàm filia deceſſit, & ideò dos ad patrem reuertitur, & conſequenter liberi eam conferre non opus habent.

Non ſequitur igitur, certum eſt quòd liberi teneantur tempore diuiſionis conferre dotem, ergo mortua matre dos apud liberos debet manere, quia liberi, quādo dos patri reſtituta eſt, eam conferre nullo iure coguntur.

Ratio in III. argumento adducta non obſtat. Nam licet admittamus, dotem loco alimentorum ſuccedere: tamen non ſequitur, filia à patre eſt alenda, ergo & eius liberi, cùm hi ſuum ſequantur patrem, ab eoq; ſint alendi, *text. in l.5. ſi quis à liberis. in princ. de liber. agnoſc.*

Neq; contrariatur quod ex Afflicto oppoſitum eſt, alimenta nimirum non eſſe repetenda, cùm hoc duntaxat quoad alimenta percepta vel conſumpta, & non quoad ipſam ſubſtantiam à qua alimenta petuntur, procedat.

Reſpondemus ad IV. arg. quòd *d. l. 1.* non diſponat de dote à patre profecta, ſed ex propriis filiæ bonis conſtituta, quæ ſoluto matrimonio apud liberos remanet.

Ad maiorem V. arg. propoſitionem reſpōdemus, quòd hic caſus non ſit adeò dubius, quia commune Doctorum reſponſum eſt, quòd dos de iure communi ſoluto matrimonio, etiam liberis ſuperſtitibus, debeat reuerti ad patrem, vt teſtatur Paul. de Caſt. *in d. l. 2.* Ergo hoc in caſu non tenemur ſtare interpretationi conſuetudinis.

Ad confirmationem prædictarum ſolutionum I. hoc modo argumentari poteſt. Si dos mortuâ filiâ apud liberos ab ea relictos maneret, ſequeretur quòd pactum eam ob cauſam inter patrem & filiam factum eſſet ſuperuacuum. Sed conſequens eſt falſum, *d. l.40.* Ergo, &c.

II. Quod † occaſione rei paternæ quæſi- 7
tum eſt, ad patrē debet reuerti. *Inſt. per quas perſ. nob. acq.* Pil. Modicenſ. *q.89. in princ.* Ergo multò magis dos, quæ directè à patre profecta eſt.

III. Quo in caſu lex non diſtinguit, nobis quoq; diſtinguere illicitum eſt, vulg. Atqui noſtro in caſu lex diſponens, quòd ſoluto matrimonio dos debeat redire ad patrem, nō diſtinguit liberi ſuperſint vel nō, ſed ſimpliciter dotem ad patrem redire determinat, *tex. in l.4. dos. C. ſol. matr.* ibi: *Dos à patre profecta, ſi in matrimonio deceſſerit mulier filiafam. ad patrem redire debet.* idem text. *in l. vlt. C. commun. vtriuſq. iud.* & *in l.6. iure. de iure dot.* qua in lege pulcherrima additur ratio: *ne ſcilicet pater amittendo filiam & dotem duplici afficiatur infortunio.* ad idem vide text. *in l.17. filius fam. ad SC. Macedon.*

IV. Pone filiam à patre emancipatam inſtituiſſe extraneum in dodrante, legitima filiæ relicta, an iſte extraneus poſſit pro dodrante repetere? vtique. Igitur liberi ſoli non ſunt cauſa retētionis. Hoc modo arguit pro hac parte Pileus Modicenſ. *in d. quæſt.89.* vbi per hęc & ſimilia in hanc ſententiam inclinat.

V. Explorati iuris eſt, quòd, quando extraneus ſtipulatur dotem ſibi reſtitui, non fiat dotis retentio. Atqui lex magis tribuit patri dotem danti, quàm extraneo paciſcenti. Ergo ſi extraneo non fit retentio dotis, multò magis patri.

Aſſumptio † probatur per tex *in l. vnic. §.13.* 8
accedit. C. de rei vxor. actio. vbi eſt caſus, quòd non niſi per pactum expreſſum extraneo dos reſtituatur, patri verò etiam per tacitum. Ratio additur in lege, cum donaſſe magis mulieri, quàm ſibi aliquod ius ſeruaſſe extraneus non ſtipulando videatur. Eamq; ob cauſam ait lex: *parenti enim tacitam ex ſtipulatu actionem damus.*

VI. Parentes ex naturali inflammantur ratione ad alimenta liberis præſtanda. Ergo iuſta illis retentionis non competit cauſa.

VII. Quocunq; † in caſu duo circa idem 9
participant, idem iuris ſtatuendum eſt in vno, quod ſtatuitur in alio, *l. fin. C. de fruct. & lit. pend.* Sed mortuo patre ſine vlla diſtin-

ſtione cõſolidatur dos in filiam. Ergo mortuâ filiâ, ſine vlla diſtinctione debet etiam cõſolidari in patrem, per hoc arg. huic ſubſcribit parti Dyn. *in d. l. dos à patre.* Sed facilè ad eius maiorem poteſt reſponderi, videlicet vt procedat, quando in vtroque caſu eadem reperitur ratio. At propter liberos eadem ratio non eſt in patre, quæ eſt in filia. Ergo, &c.

Ex his pro parte negatiua, quòd dos ſuperſtitibus liberis reuertatur ad patrem, concluditur.

Hanc concluſionem crebriùs à Doctoribus receptam ait Alexander *conſil. 115. viſus & tuta. vol. 1.*

Pro complemento huius quæſtionis ſcias, quòd olim inter duos Gloſſatores, Bulgarum ſcilicet & Martinũ, maxima ſuper hac quæſtione fuerit contentio. Ille dotem ad patrem redire defendebat, hic contrarium aſſerebat. Bulgari ſententiã Azo, Accurſius, Alexand *d. l. loc.* Hotomanus *de dote.* & plerique alij communiorem eſſe dicunt.

Martini verò opinionem à conſuetudine eſſe receptam, teſtantur gloſſ. & Doct. *ad d. l. 4. dos à patre. C. ſol. matr.*

10 Et † quamuis (vt etiã quod nobis æquum videtur, pronunciemus) Bulgari opinio in puncto iuris videatur verior, per text. *in d. l. vnic. § taceat.* Martini tamen ſententiam æquiorẽ eſſe apparet, à qua in iudicando non videtur recedendum. Et ſi iuris fundamenta, quę pro vtraque poſſunt produci opinione, altiùs conſiderarentur, fortè hanc etiam maiori niti ratione quàm alteram inueniretur.

Conſtat enim, quòd dos propter onera matrimonij conſtituatur. *l. 30. pro onerib. C. de iur. dot.* Sed onera matrimonij mortuâ filiâ relictis liberis adhuc durant.

Ergo videtur etiam dos adhuc conſtituta. Minorem probamus per tex. *in l. 56. ſi is § 2. poſt mortem. de iur. dot.* ibi: *poſt mortem patris ſtatim onera matrimonij filium ſequuntur, ſicut liberi, ſicut vxor.*

Ecce ibi Paulus IC. determinat, quòd onera matrimonij virum ſequantur, & addit quęnam ſint onera matrimonij, ſicut liberi, ſicut vxor. Ideoq; licet vxor moriatur: tamẽ cùm adhuc ſuperſint liberi, dici non poteſt, quòd onera matrimonij ſint ſublata, quia v-

11 bi † plures ſunt cauſæ propter quas lex ſe fundat, vna ſublata operatur adhuc altera, per textum *in l. ſi prius. de aqua plu. arcen. & in l. ſi domus. de ſeruit. ruſt. præd.* Dec. *conſ. 396. num. 3.*

Neceſſariò igitur concluditur, quòd dos cùm propter onera matrimonij conſtituatur, & noſtro in caſu adhuc ſuperſint onera, quòd etiam videatur dos adhuc conſtituta.

Secundò neceſſarium eſt, vt fateamur dotem proprium patrimonium eſſe filiæ, vt ſuprà diximus.

Ergo tranſmittitur ad eius liberos, & non ad patrem, cùm hi primum in ſucceſſione locum obtineant. *text. in c. 1. Nouel. 118* ibi: *etiam ipſis parentibus præponi* (in ſucceſſione) *præcipimus, quorum ſub poteſtate fuerit, qui defunctus eſt.*

Prętereà fauor liberorum videtur expoſtulare, vt dos ſemel conſtituta, propter ſolam parentis mortem non videatur reuocata. Gloſſ. *in d. l. 4.* Hæc & ſimilia argumenta, quæ iam breuitatis cauſa omittimus, ſi bene inſpicerentur, fortè quis hanc poſteriorẽ opinionem non ſolùm æquiorem, ſed etiam in puncto iuris eſſe veriorem fateretur, licet nos in præſentiarum hoc adeò affirmare non audeamus, maximè propter text. *in d. §. taceat. verſ. ſileat.* Atqui proptereà maluimus potiùs hanc quæſtionem inter alias multas in vtramque partem defendendam ſuſcipere, quàm certam eius concluſionem determinare, cùm in florentiſſima Herbipolenſi vniuerſitate pro ſummo in vtroque iure gradu aſſequendo repeteremus.

QVAESTIO XLIX.

Nunquid mulier poſſit dotem, quam maritus iuxta ſtatuti diſpoſitionem propter adulteriũ vxoris lucratur, repetere, ſi poſteà poſt latam ſuper dotis perditione ſententiam, conſanguinitate probata, matrimonium declaretur nullum?

SVMMARIA.

1 *Dotem maritus non lucratur propter adulterium vxoris, ſi poſteà conſanguinitate comperta matrimonium declaretur nullum. contrà num. 7.*
2 *Dos eſſe non poteſt, vbi matrimonium non eſt.*
3 *Dotem maritus putatiuus vſucapere nõ poteſt.*
4 *Ratio iuris non priùs quærenda eſt, quàm illud quo de agitur.*
5 *Error geſtorum non impedit veritatem.*
6 *Sententia ſecunda in matrimonio præualet.*

7 Ma

Digitized by Google

7 *Matrimonium legitimum propter ignorantiam inter ſanguine coniunctos conſiſtit.*
8 *Interpretatio l.1.§.fin.pro dote.*
9 *Matrimonium legitimum inter ignorantes conſanguinitatem quomodo conſiſtat,explicatur.*
10 *Peccatum eſſe quicquid non eſt ex fide, quomodo intelligendum.*
11 *Adulterij cauſa maritus iniuſtam vxorem accuſare poteſt.*
12 *Sententia à qua non eſt appellatum, facit ius inter partes.*
13 *Liberi ex matrimonio putatiuo ignoranter contracto procreati reputantur legitimi.*
14 *Effractor domus propter iniuriam, ſi poſteà res furtim ſit ablata, non tenetur actione furti.*
15 *Repetitio vt impediatur ſufficit vt quis ſe putet condemnatum.*

PARS I. AFFIRMANS.

1 MVLTIS †ſanè & non lenibus de cauſis affirmatiuã hoc in puncto eſſe amplectendam ſententiam videtur. Conſtat enim I. matrimonium q; nullum eſt nõ poſſe diſſolui nec accuſari, *per text. in c.13. ad diſſoluendum.§ interloquendo. de deſponſat.impub.* Atqui verò noſtro in caſu ratione cõſanguinitatis nullum poteſt eſſe mattimonium, *c.4. ad audientiam.& c.27.cum in tua.de ſponſal.* Ergo illud non poteſt accuſari nec diſſolui, ac conſequenter maritus propter tale commiſſum dotem haud lucrabitur.

2 II. Vbi †in rei veritate nullum matrimonium eſt, ibi etiam nulla dos eſſe poteſt, tex. eſt egregius *in l 3. dotis appellatio. de iure dot.* cuius verba ſunt: *Dotis appellatio non refertur ad ea matrimonia, quæ conſiſtere non poſſunt,&c.*

Sed noſtro in caſu propter conſanguinitatem nullum poteſt eſſe matrimoninm, Ergo etiam nulla dos, ac ſubinde mulier eam ſcortando amittere non poruit.

3 III. Poteſt†pro hac parte citari pulcherrimus text. *in l.1.§ fin.pro dote.* vbi perſpicuè,pbatur, virum putantem eſſe ſibi mattimonium, cùm non eſſet, vſucapere non poſſe. Ratio additur: *quia nulla dos ſit, quæ ſententia habet rationem.* Igitur vir licet putauerit ſe verum contraxiſſe matrimonium: tamen cùm in veritate nullũ fuerit, hoc ipſum non adiuuat. Per hoc argumentum maximum tollitur diſſentientium fundamentum, quo demonſtrare conantur, durante ignorantia durare etiam & conſiſtere matrimonium.

IV. Nec ſententiam ſuper ſeparatione thori latam virum adiuuare hoc modo probatur.
Priùs † quærendum eſt de eo de quo 4
agitur, quàm de iuris ratione, pex text. *in l. 14. quidam referunt. de iur. codicil.* ibi: *vt non ante iuris ratio, quàm perſona quærenda ſit. & arg. l. 5. non dubium eſt. C. de legib. & conſtit. & l. 177. cum principalis. de reg. iur.* Ergo licet ſententia lata ſit, tamen cùm anteà de matrimonio non fuerit quæſitum, iſta ſententia videtur eſſe nulla.

V. Error †geſtorum non impedit verita- 5
tem, *text. in l.6. illicitas.§. veritas. de offic. præſid.* ibi: *veritas rerum erroribus geſtarum nõ vitiatur.* & vide *c.5. etſi. de donat. inter vir. & vxor.* vbi videtur eſſe text. *& l.57. de obligat. & act. & l. 2. C. de error. aduoc.* At hoc in caſu ex errore ſententia eſt lata.

Ergo iſta ſententia non obſtante, veritas ſcilicet quòd matrimonium nunquam fuerit, non impeditur.

VI. Sententia † ſecunda in matrimonio 6
ſemper præualet, eſt caſus *in c.7. lator. & in c.11. conſanguinei. de ſenten. & re iudic.* quia non tranſit in rem iudicatam, *tex. in c. loci.§. ſis itaque. & in c. ſeq. 35. q. 9.*

Ergo iſta ſententia quæ fertur poſteà conſanguinitate comperta, debet præualere, & conſequenter mulier adulterio putatiuo non obſtante poterit repetere dotem.

Ex his & ſimilibus, quæ breuitatis cauſa omittuntur, videtur concludendum, quòd mulier adulterio putatiuo non obſtante habeat poteſtatem repetendi dotem.

PARS II. NEGANS.

VT † hanc materiam in vtramq; partem 7
diligẽtius examinatam habeas, ac tandem in eam, quam nos hîc ſuſtinendam ac defendendam ſuſcepimus, ſententiam negatiuam deliberato maturoq; iudicio poſſis diſcedere, ad ſingula argumenta in contrarium ſuprà poſita hoc modo reſpondeas, quod in aſſumptione I. argumenti dictum eſt, propter cõſanguinitatem diſſolui matrimonium, procedit, quando conſtat de conſanguinitate, ſi verò non conſtat de eo, tunc non diſſoluitur, ſed legitimum ratumque manet matrimonium, liberique in eo procreati legitimi reputantur. Eſt text. præclarè hoc probans *in c 2. cum inter. qui filij ſint legitimi.* vbi eſt caſus, quod Titius in facie Eccleſiæ cõtraxerat matrimonium cum Seia, ignorans ſe vinculo conſanguinitatis cum ea coniunctum, poſteà detecto conſanguinitatis impedimento, dirimitur matrimo

nium, quæritur, an filij in tali matrimonio procreati ſint legitimi? Determinat͛ per Papam quod ſic. Ex quo habes cognoſcere, ꝙ matrimonium ignoranter cum conſanguinea contractum, durante ignorantia, legitimum reputetur, cùm aliâs filij legitimi nõ eſſent. Atqui hîc tẽpore diuortij mulier adhuc ignotauit impedimentum conſanguinitatis. Igitur perinde peccat, ac ſi verè adulterium commiſiſſet, ac ſubſequenter maritus verè dotem lucrabitur.

Eodem modo reſpõdemus ad minorem II. arg quòd hîc licet conſanguinitas ſit, tamen cùm iſta nondum ſit detecta, non impedit matrimonium, vt probatur *in d.c.2. & in c.14 ex tenore. eod. tit.*

8 Poteſt † reſponderi ad text. *in d.l.1.§. fin. pro dote.* in III. arg. oppoſitum, quòd ibi ſit caſus à noſtra materia diuerſus. Nam hîc in odiũ delicti mulier dotem non poteſt repetere, ibi verò cùm nullum delictũ à muliere perpetratum ſit, non attenditur vſucapio viri, ſed potiùs fauor mulieris, vt eò citius renubere poſſit. Ideoque dicit Caſſius I C. quia nulla dos ſit, conſiderans potiùs tempus præſens fauote mulieris, in quo detectum fuit impedimentum conſanguinitatis, quàm præteritum, quo tempore maritus potauerat ſe verum contraxiſſe matrimonium.

Cui hæc ſolutio non placet, is ſoluat aliter hoc modo: Nimirum ꝙ nos ſimus in materia matrimoniali, in qua ius Canonicum præfert͛ iuri ciuili. Igitur licet ius ciuile diuerſum determinet: tñ cùm ius Canonicum hoc matrimonium quamdiu ignotãtia durat, ratum iudicet, vt per *d.c.2. & 14.* ſuprà probatum eſt, neceſſariò concluditur, quòd etiam dos, ſi qua conſtituta ſit, valeat.

Reſpondetur ad cõſequens IV arg. quòd hoc in caſu non opus fuerit per iudicem inquirere, an matrimonium ratum ſit, nec ne? cùm hoc ſatis cõpertum habeat per Eccleſiam in cuius facie contractũ eſt. Et ideò licet poſteà ex improuiſo manifeſtetur impedimentum conſanguinitatis: tamen cùm anteà iudex legitima motus ratione ſententiam tulerit, meritò iſta ſententia ſortitur effectum.

Vnde patet, quòd etiam iuri non cõſonet, quòd in minore V. argumenti propoſitione dictum eſt, ex errore, nempè iudicem hanc tuliſſe ſententiam, cùm iudex nondum detecto cõſanguinitatis impedimento, nil niſi verum ratumque potuerit cognoſcere matrimonium, & ideò iudicem ex errore iudicaſſe dici non poteſt. Non obſtat demum, quod in VI. argumento dictum eſt, quia totum illud rectè intellectum concedimus, ſententiam ſcilicet ſecundam in matrimonio præualere primæ. Nam licet matrimonium inter conſanguineos ignoranter in facie Eccleſiæ contractum, ab eo pro rato & legitimo iudicetur: tamen matrimonium, ſi detegatur poſteà conſanguinitatis impedimentum, dirimitur, etiam priore Eccleſiæ approbatione non obſtante.

Sed exinde non ſequitur, quod ſententia ratione adulterij lata, poſteà per ſecundam ſententiam, qua matrimonium dirimitur, tollatur, quia tunc temporis, cùm iſta lata fuit ſententia, verum extitit matrimonium, & conſequentur verum fuit commiſſum adulterium.

Quod † dicimus iſto tempore verum ex 9
titiſſe matrimonium, intellige in foro exteriore, cùm Eccleſia de occultis non iudicet, licet apud DEVM nunquam fuerit verum matrimonium, quia ſi verum apud DEVM matrimonium extitiſſet, DEVS eoſdem coniunxiſſet, & quos DEVS coniunxit homo non ſeparet. Vnde euidenter infertur, inter tales perſonas ſine prçuia diſpenſatione nullum verum eſſe matrimonium, ſed tantùm ab Eccleſia reputari verum, quamdiu ignoratur de impedimento.

Hinc quoniam pro tempore ignorantiæ habetur matrimonium ipſorum coniugum opinione, fit vt adulterium committant, quia contra conſcientiam agunt.

Quicquid † enim non eſt ex fide, pecca 10
tum eſt, quem locum Theologi ita intelligunt, omne illud peccatum eſſe apud DEVM, quicquid agitur contra conſcientiam.

Neque quod dicimus oppugnatur per ſecundam ſententiam, cum ea duntaxat ab eo tempore, quo conſanguinitatis impedimentum detectum eſt, matrimonium nullum eſſe determinet, neque vlterius determinare poteſt, per text. *in d.c.2. & in d.c.14.*

Prędictis argumentis ſic breuiter ſolutis, vlteriùs pro iſta parte confirmanda I. hoc
modo argumentari poteſt. Maritus † non 11
ſolùm iuſtam, ſed etiam iniuſtam vxorem de adulterio accuſare poteſt.

Ergo licet probetur, hanc vxorem propter conſanguinitatem eſſe putatiuam: tamẽ nihilominus maritus eam de adulterio accuſare potuit. Antecedens probatur per text. *in l.13. ſi vxor. § 1 de adult.* ibi: *Plane ſiue*

iuſta vxor fuit, ſiue iniuſta accuſationem inſtituere, vir poterit. Additur ratio: *nam & Sextus Cæcilius ait, hanc legem ad omnia matrimonia pertinere, & illud Homericum adfert: nec enim ſoli (inquit) Atridæ vxores ſuas amant.*

Et licèt hanc legẽ Interpretes dicant non eſſe in vſu propter Nouel. 91. vel alij aliter eam interpretētur: tamen eam ſaltẽ noſtro in caſu locum habere negari non poteſt, cùm vir hanc mulierem licèt conſanguineam, tanquam veram & legitimam reputet vxorem. Vndè patet quòd prima ſentẽtia valeat, quę lata fuit ad ſeparationẽ thori.

12 II. Sententia † à qua non eſt appellatum facit ius inter partes, etiam ſi contra ius litigatoris lata ſit, vt eſt text. *in c. 13. cum inter. §. quamuis. & in c. 20. inter monaſterium, de ſenten. & re iudic.* idem text. *in l. 207. res iudicata. de reg. iur.* ibi: *res iudicata pro veritate accipitur.* item eſt text. *in l. 25. ingenuum. de ſtatu hom.* Sed ab hac ſententia non eſt appellatum. Ergo &c.

13 III. Filij † nati ex matrimonio ignoranter cum conſanguinea contracto, reputantur legitimi, vt eſt text. *in c. 2. cum inter. & in d. c. 14. ex tenore. qui filij ſint legit.* Ergo neceſſariò concluditur quòd etiam matrimonium fuerit legitimum, & conſequenter adulterium propriè perpetratum.

IV. Adulterij commiſſi tempore mulier ſe veram vxorem eſſe credebat. Ergo quoad mulierem adulterium verè perpetratum fuit, ac conſequenter dos legitimè per virum lucrata, arg. text. *in c. in lectum. 34. q. 2.* & eſt textus expreſsè hoc probans *in c. 4. nuper. de bigam.* vbi eſt caſus quòd cum clericis in ſacerdotali ſtatu alterum matrimonium contrahentibus, tanquam cum bigamis non diſpenſetur, licèt in veritate (cùm primum matrimonium in ſtatu laicali contraxerint) bigami non exiſtant. Diuerſitatis rationem addit Papa: quia non propter ſacramenti defectum, ſed propter affectum intentionis cum opere ſubſecuto, diſpenſatio inter eos non eſt admittenda.

14 Idem † text. *in l. 53. qui iniuria. de furt. in princ.* vbi probatur quòd is qui iniuriæ cauſa ianuam effregit, & poſteà per alios res amotæ ſunt, quod is non teneatur furti actione, nam *maleficia* (ait text.) *voluntas & propoſitum delinquentis diſtinguit.* Vndè determinatur non eſſe reſpiciendum quid fiat, ſed quo animo fiat, *text. in c. occidit. 23. q. 8. & in c. in grauibus. 3. q. 7.*

V. Eſt † textus pro hac ſententia pulcherrimus in *l. 36. cum putarem, famil. erciſc.* Vbi Titius ex aſſe heres, egit familiæ erciſcundæ iudicio contra Sempronium, quem heredem eſſe putabat, & poſteà Titius ad ſoluendam pecuniam condemnatus eſt: quæritur an iuſtè condemnatus ſit? Reſpondet Paulus IC. quòd ſic. *Nam quamuis non ſit iudicium* (familiæ erciſcundæ) *tamen ſufficit ad impediendam repetitionem, quòd quis ſe putat condemnatum.* Eodem modo mulier licèt in rei veritate adulterium non perpetrârit, tamen cùm putauit ſe hoc perpetraſſe, ſufficit. 15

Concludimus quòd vxor putatiua propter adulterium, ante conſanguinitatis reuelationem commiſſum, condemnata, non poſſit repetere dotem per ſtatuti diſpoſitionem viro applicatam.

Huic parti ſubſcribit gloſſa *in l. 8. conſenſu. §. 3. vir quoque. C. de repud.* item *text. gloſ. & Canoniſt. in c. 4. plerunque.* ibi: *Plerunque ſi mulier ob cauſam fornicationis iudicio eccleſiæ.* (vti hoc in caſu fit propter ignorantiam conſanguinitatis) *aut propria voluntate, à viro receſſerit, nec reconciliata poſteà ſit eidem, dotem vel dotalitium repetere non valebit.* Et eſt commune *in d. c. plerunque.* Doctorum reſponſum, teſte Baldo Nouell. *in tract. de dot. par. 11. § hactenus. num. 36.* quem ad hoc refert ſequiturque Didac. *ſuper 4. decretal. fol. 135. nu. 1.* Anton Gomez. *ad l. 80. Tauri. n. 48. ver. 2.* Ioannes Campezius *tract. de dote. par. 5 q. 8.* Clar. *lib. 5. §. adulterium. verſ. ſed quid.*

QVAESTIO L.

Marito excommunicato, an vxor poſſit repetere dotem?

SVMMARIA.

1 *Marito excommunicato mulier dotem repetere poteſt, contrà nu. 8.*
2 *Deportatus amittit omnia quæ ſunt iuris ciuilis.*
3 *Matrimonium eſt ſpecies ſeruitutis. & nume. 12.*
4 *Hæreticus quis ſit.*
5 *Matrimonij definitio.*
6 *Vxor non debet aſtringi infortunio mariti, & nu. 13.*
7 *Matrimonium quandoq; deportatione ſoluitur de iure ciuili. contrà nu. 10.*
9 *Matrimonium captiuitate non ſoluitur.*
11 *Interpretatio 1. Corinth. 7. ſi infidelis diſceſsit, &c.*
14 *Intellectus Authoris 56. fol. matr.*

nium, quæritur, an filij in tali matrimonio procreati ſint legitimi? Determinat per Papam quod ſic. Ex quo habes cognoſcere, q matrimonium ignoranter cum conſanguinea contractum, durante ignorantia, legitimum reputetur, cùm aliàs filij legitimi nō eſſent. Atqui hîc tēpore diuortij mulier adhuc ignorauit impedimentum conſanguinitatis. Igitur perinde peccat, ac ſi verè adulterium commiſiſſet, ac ſubſequenter maritus verè dotem lucrabitur.

Eodem modo reſpōdemus ad minorem II. arg quòd hîc licet conſanguinitas ſit, tamen cùm iſta nondum ſit detecta, non impedit matrimonium, vt probatur *in d. c. 2. & in c. 14 ex tenore. eod. tit.*

8 Poteſt † reſponderi ad text. *in d. l. 1. §. fin. pro dote.* in III. arg. oppoſitum, quòd ibi ſit caſus à noſtra materia diuerſus. Nam hîc in odiū delicti mulier dotem non poteſt repetere, ibi verò cùm nullum delictū à muliere perpetratum ſit, non attenditur vſucapio viri, ſed potiùs fauor mulieris, vt eò citius tenubere poſſit. Ideoque dicit Caſſius I C. quia nulla dos ſit, conſiderans potiùs tempus præſens fauore mulieris, in quo detectum fuit impedimentum conſanguinitatis, quàm præteritum, quo tempore maritus putauerat ſe verum contraxiſſe matrimonium.

Cui hæc ſolutio non placet, is ſoluat aliter hoc modo: Nimirum q nos ſimus in materia matrimoniali, in qua ius Canonicum præfert iuri ciuili. Igitur licet ius ciuile diuerſum determinet: tñ cùm ius Canonicum hoc matrimonium quamdiu ignotātia durat, ratum iudicet, vt per *d. c. 2. & 14.* ſuprà probatum eſt, neceſſariò concluditur, quòd etiam dos, ſi qua conſtituta ſit, valeat.

Reſpondetur ad cōſequens IV arg. quòd hoc in caſu non opus fuerit per iudicem inquirere, an matrimonium ratum ſit, nec ne? cùm hoc ſatis cōpertum habeat per Eccleſiam in cuius facie contractū eſt. Et ideò licet poſteà ex improuiſo manifeſtetur impedimentum conſanguinitatis: tamen cùm antea iudex legitima motus ratione ſententiam tulerit, meritò iſta ſententia ſortitur effectum.

Vnde patet, quòd etiam iuri non cōſonet, quòd in minore V. argumenti propoſitione dictum eſt, ex errore, nempè iudicem hanc tuliſſe ſententiam, cùm iudex non illum detecto cōſanguinitatis impedimento, nil niſi verum ratumque potuerit cognoſcere matrimonium, & ideò iudicem ex errore iudicaſſe dici non poteſt. Non obſtar demum, quod in VI. argumento dictum eſt, quia totum illud rectè intellectum concedimus, ſententiam ſcilicet ſecundam in matrimonio præualere primæ. Nam licet matrimonium inter conſanguineos ignoranter in facie Eccleſiæ contractum, ab eo pro rato & legitimo iudicetur: tamen matrimonium, ſi detegatur poſteà conſanguinitatis impedimentum, dirimitur, etiam priore Eccleſiæ approbatione non obſtante.

Sed exinde non ſequitur, quod ſententia ratione adulterij lata, poſteà per ſecundam ſententiam, qua matrimonium dirimitur, tollatur, quia tunc temporis, cùm iſta lata fuit ſententia, verum extitit matrimonium, & conſequenter verum fuit commiſſum adulterium.

Quod † dicimus iſto tempore verum extitiſſe matrimonium, intellige in foro exteriore, cùm Eccleſia de occultis non iudicet, licet apud DEVM nunquam fuerit verum matrimonium, quia ſi verum apud DEVM matrimonium extitiſſet, DEVS eoſdem coniunxiſſet, & quos DEVS coniunxit homo non ſeparet. Vnde euidenter infertur, inter tales perſonas ſine prçuia diſpenſatione nullum verum eſſe matrimonium, ſed tantùm ab Eccleſia reputari verum, quam diu ignoratur de impedimento. 9

Hinc quoniam pro tempore ignorantiæ habetur matrimonium ipſorum coniugum opinione, ſit vt adulterium committant, quia contra conſcientiam agunt.

Quicquid † enim non eſt ex fide, peccatum eſt, quem locum Theologi ita intelligunt, omne illud peccatum eſſe apud DEVM, quicquid agitur contra conſcientiam. 10

Neque quod dicimus oppugnatur per ſecundam ſententiam, cum ea dunraxat ab eo tempore, quo conſanguinitatis impedimentum detectum eſt, matrimonium nullum eſſe determinet, neque vlterius determinare poteſt, per text. *in d. c. 2. & in d. c. 14.*

Prędictis argumentis ſic breuiter ſolutis, vlteriùs pro iſta parte confirmanda I. hoc modo argumentari poteſt. Maritus † non ſolùm iuſtam, ſed etiam iniuſtam vxorem de adulterio accuſare poteſt. 11

Ergo licet probetur, hane vxorem propter conſanguinitatem eſſe putatiuam: tamē nihilominus maritus eam de adulterio accuſare potuit. Antecedens probatur per text. *in l. 13. ſi vxor. § 1. de adult.* ibi: *Plane ſiue iuſta*

iuſta vxor fuit, ſine iniuſta accuſationem inſtituere, vir poterit. Additur ratio: *nam & Sextus Cæcilius ait, hanc legem ad omnia matrimonia pertinere, & illud Homericum adfert: nec enim ſoli (inquit) Atridæ vxores ſuas amant.*

Et licèt hanc legé Interpretes dicant non eſſe in vſu propter Nouel. 91. vel alij aliter eam interpretētur: tamen eam ſaltē noſtro in caſu locum habere negari non poteſt, cùm vir hanc mulierem licèt conſanguineam, tanquam veram & legitimam reputet vxorem. Vndè patet quòd prima ſentētia valeat, quę lata fuit ad ſeparationē thori.

12 II. Sententia † à qua non eſt appellatum facit ius inter partes, etiam ſi contra ius litigatoris lata ſit, vt eſt text. *in c. 13. cum inter. §. quamuis. & in c. 20. inter monaſterium, de ſenten. & re iudic.* idem text. *in l. 207. res iudicata. de reg. iur.* ibi: *res iudicata pro veritate accipitur.* item eſt text. *in l. 25. ingenuum. de ſtatu hom.* Sed ab hac ſententia non eſt appellatum. Ergo &c.

13 III. Filij † nati ex matrimonio ignoranter cum conſanguinea contracto, reputantur legitimi, vt eſt text. *in c. 2. cum inter. & in d. c. 14. ex tenore. qui filij ſint legit.* Ergo neceſſariò concluditur quòd etiam matrimonium fuerit legitimum, & conſequenter adulterium propriè perpetratum.

IV. Adulterij commiſſi tempore mulier ſe veram vxorem eſſe credebat. Ergo quoad mulierem adulterium verè perpetratum fuit, ac conſequenter dos legitimè per virum lucrata, arg. text. *in c. in lectum 34. q. 2.* & eſt textus expreſsè hoc probans *in c. 4. nuper. de bigam.* vbi eſt caſus quòd cum clericis in ſacerdotali ſtatu alterum matrimonium contrahentibus, tanquam cum bigamis non diſpenſetur, licèt in veritate (cùm primum matrimonium in ſtatu laicali contraxerint) bigami non exiſtant. Diuerſitatis rationem addit Papa: quia non propter ſacramenti defectum, ſed propter affectum intentionis cum opere ſubſecuto, diſpenſatio inter eos non eſt admittenda.

14 Idem † text. *in l. 53. qui iniuria. de furt. in princ.* vbi probatur quòd is qui iniuriæ cauſa ianuam effregit, & poſteà per alios res amotæ ſunt, quod is non teneatur furti actione, nam *maleficia* (ait text.) *voluntas & propoſitum delinquentis diſtinguit.* Vndè determinatur non eſſe reſpiciendum quid fiat, ſed quo animo fiat, *text. in c. occidit. 23. q. 8. & in c. in grauibus. 3. q. 7.*

V. Eſt † textus pro hac ſententia pulcherrimus in *l. 36. cum putarem, famil. erciſc.* Vbi Titius ex aſſe heres, egit familiæ ereiſcundæ iudicio contra Sempronium, quem heredem eſſe putabat, & poſteà Titius ad ſoluendam pecuniam condemnatus eſt: quæritur an iuſtè condemnatus ſit? Reſpondet Paulus IC. quòd ſic. *Nam quamuis non ſit iudicium* (familiæ ereiſcundæ) *tamen ſufficit ad impediendam repetitionem, quòd quis ſe putat condemnatum.* Eodem modo mulier licèt in rei veritate adulterium non perpetrârit, tamen eùm putauit ſe hoc perpetraſſe, ſufficit. 15

Concludimus quòd vxor putatiua propter adulterium, ante conſanguinitatis reuelationem commiſſum, condemnata, non poſſit repetere dotem per ſtatuti diſpoſitionem viro applicatam.

Huic parti ſubſcribit gloſſa *in l. 8. conſenſu. §. 3. vir quoque. C. de repud.* item text. *gloſ. & Canoniſt. in c. 4. plerunque.* ibi: *Plerunque ſi mulier ob cauſam fornicationis iudicio eccleſiæ.* (vti hoc in caſu fit propter ignorantiam conſanguinitatis) *aut propria voluntate, à viro receſſerit, nec reconciliata poſteà ſit eidem, dotem vel dotalitium repetere non valebit.* Et eſt commune *in d. c. plerunque.* Doctorum reſponſum, teſte Baldo Nouell. *in tract. de dot. par. 11. § hactenus. num. 36.* quem ad hoc refert ſequitur què Didac. *ſuper 4. decretal. fol. 135. nu. 1.* Anton Gomez. *ad l. 80. Tauri. n. 48. ver. 2.* Ioannes Campezius *tract. de dote. par. 5. q. 8.* Clar. *lib. 5. §. adulterium. verſ. ſed quid.*

QVAESTIO L.

Marito excommunicato, an vxor poſſit repetere dotem?

SVMMARIA.

1 *Marito excommunicato mulier dotem repetere poteſt, contrà nu. 8.*

2 *Deportatus amittit omnia quæ ſunt iuris ciuilis.*

3 *Matrimonium eſt ſpecies ſeruitutis. & nume. 12.*

4 *Hæreticus quis ſit.*

5 *Matrimonij definitio.*

6 *Vxor non debet aſtringi infortunio mariti, & nu. 13.*

7 *Matrimonium quandoq; deportatione ſoluitur de iure ciuili. contrà nu. 14.*

9 *Matrimonium captiuitate non ſoluitur.*

11 *Interpretatio 1. Corinth. 7. ſi infidelis diſceſſit, &c.*

14 *Intellectus Authoris 56. ſol. matr.*

nium, quæritur, an filij in tali matrimonio
procreati ſint legitimi? Determinat per Pa-
pam quod ſic. Ex quo habes cognoſcere, q
matrimonium ignoranter cum conſangui-
nea contractum, durante ignorantia, legi-
timum reputetur, cùm aliâs filij legitimi nõ
eſſent. Atqui hîc tẽpore diuortij mulier ad-
huc ignorauit impedimentum conſangui-
nitatis. Igitur perinde peccat, ac ſi verè ad-
ulterium commiſiſſet, ac ſubſequenter ma
ritus verè dotem lucrabitur.

Eodem modo reſpõdemus ad minorem
II. arg quòd hîc licet conſanguinitas ſit, ta-
men cùm iſta nondum ſit detecta, non im-
pedit matrimonium, vt probatur *in d. c. 2. &*
in c. 14 ex tenore. eod. tit.

8 Poteſt † reſponderi ad text, *in d. l. 1. §. fin. pro*
dote. in III. arg. oppoſitum, quòd ibi ſit caſus
à noſtra materia diuerſus. Nam hîc in odiũ
delicti mulier dotem non poteſt repetere,
ibi verò cùm nullum delictũ à muliere per-
petratum ſit, non attenditur vſucapio viri,
ſed potiùs fauor mulieris, vt eò citius renu-
bere poſſit. Ideoque dicit Caſſius IC. quia
nulla dos ſit, conſiderans potiùs tempus
præſens fauore mulieris, in quo dete-
ctum fuit impedimentum conſanguinita-
tis, quàm præteritum, quo tempore mari-
tus putauerat ſe verum contraxiſſe matri-
monium.

Cui hæc ſolutio non placet, is ſoluat ali-
ter hoc modo: Nimirum q nos ſimus in ma
teria matrimoniali, in qua ius Canonicum
præfert iuri ciuili. Igitur licet ius ciuile di-
uerſum determinet: tñ cùm ius Canonicum
hoc matrimonium quamdiu ignorãtia du-
rat, ratum iudicet; vt per *d. c. 2. & 14.* ſuprà
probatum eſt, neceſſariò concluditur, quòd
etiam dos, ſi qua conſtituta ſit, valeat.

Reſpondetur ad cõſequens IV arg. quòd
hoc in caſu non opus fuerit per iudicem in
quirere, an matrimonium ratum ſit, nec ne?
cùm hoc ſatis cõpertum habeat per Eccleſi-
am in cuius facie contractũ eſt. Et ideò licet
poſteà ex improuiſo manifeſtetur impedi
mentum conſanguinitatis: tamen cùm an
teà iudex legitima motus ratione ſenten
tiam tulerit, meritò iſta ſententia ſortitur
effectum.

Vnde patet, quòd etiam iuri non cõſonet,
quòd in minore V. argumenti propoſitio
ne dictum eſt, ex errore, nempè iudicem
hanc tuliſſe ſententiam, cùm iudex non
dum detecto cõſanguinitatis impedimen-
to, nil niſi verum ratumque potuerit co-
gnoſcere matrimonium, & ideò iudicem
ex errore iudicaſſe dici non poteſt. Non
obſtat demum, quod in VI. argumento di-
ctum eſt, quia totum illud rectè intellectum
concedimus, ſententiam ſcilicet ſecundam
in matrimonio præualere primæ. Nam li-
cet matrimonium inter conſanguineos i-
gnoranter in facie Eccleſiæ contractum,
ab eo pro rato & legitimo iudicetur: ta-
men matrimonium, ſi detegatur poſteà
conſanguinitatis impedimentum, dirimi-
tur, etiam priore Eccleſiæ approbatione
non obſtante.

Sed exinde non ſequitur, quod ſententia
ratione adulterij lata, poſteà per ſecundam
ſententiam, qua matrimonium dirimitur,
tollatur, quia tunc temporis, cùm iſta lata
fuit ſententia, verum extitit matrimonium,
& conſequentur verum fuit commiſſum
adulterium.

Quod † dicimus iſto tempore verum ex 9
titiſſe matrimonium, intellige in foro exte-
riore, cùm Eccleſia de occultis non iudicet,
licet apud DEVM nunquam fuerit verum
matrimonium, quia ſi verum apud DEVM
matrimonium extitiſſet, DEVS eoſdem
coniunxiſſet, & quos DEVS coniunxit ho-
mo non ſeparet. Vnde euidenter infertur,
inter tales perſonas ſine præuia diſpenſatio-
ne nullum verum eſſe matrimonium, ſed
tantùm ab Eccleſia reputari verum, quam
diu ignoratur de impedimento.

Hinc quoniam pro tempore ignorantiæ
habetur matrimonium ipſorum coniugum
opinione, fit vt adulterium committant,
quia contra conſcientiam agunt.

Quicquid † enim non eſt ex fide, pecca 10
tum eſt, quem locum Theologi ita intelli
gunt, omne illud peccatum eſſe apud DE-
VM, quicquid agitur contra conſcientiam.

Neque quod dicimus oppugnatur per
ſecundam ſententiam, cum ea duntaxat
ab eo tempore, quo conſanguinitatis im
pedimentum detectum eſt, matrimoni-
um nullum eſſe determinet, neque vlte
rius determinate poteſt, per text. *in d. c. 2. &*
in d. c. 14.

Prędictis argumentis ſic breuiter ſolutis,
vlteriùs pro iſta parte confirmanda I. hoc
modo argumentari poteſt. Maritus † non 11
ſolùm iuſtam, ſed etiam iniuſtam vxorem
de adulterio accuſare poteſt.

Ergo licet probetur, hanc vxorem pro
pter conſanguinitatem eſſe putatiuam: ta-
mẽ nihilominus maritus eam de adulterio
accuſare potuit. Antecedens probatur per
text. *in l. 13. ſi vxor. § 1 de adult.* ibi: *Plane ſiue*

iuſta vxor fuit, ſiue iniuſta accuſationem inſtituere, vir poterit. Additur ratio: *nam & Sextus Cæcilius ait, hanc legem ad omnia matrimonia pertinere, & illud Homericum adfert: nec enim ſoli (inquit) Atridæ vxores ſuas amant.*

Et licèt hanc legẽ Interpretes dicant non eſſe in vſu propter Nouel. 91. vel alij aliter eam interpretẽtur: tamen eam ſaltẽ noſtro in caſu locum habere negari non poteſt, cùm vir hanc mulierem licèt conſanguineam, tanquam veram & legitimam reputet vxorem. Vndè patet quòd prima ſentẽtia valeat, quę lata fuit ad ſeparationẽ thori.

12 II. Sententia † à qua non eſt appellatum facit ius inter partes, etiam ſi contra ius litigatoris lata ſit, vt eſt text. *in c. 13. cum inter. §. quamuis. & in c. 20. inter monaſterium, de ſenten. & re iudic.* idem text. *in l. 207. res iudicata. de reg. iur.* ibi: *res iudicata pro veritate accipitur.* item eſt text. *in l. 25. ingenuum. de ſtatu hom.* Sed ab hac ſententia non eſt appellatum. Ergo &c.

13 III. Filij † nati ex matrimonio ignoranter cum conſanguinea contracto, reputantur legitimi, vt eſt text. *in c. 2. cum inter. & in d. c. 14. ex tenore. qui filij ſint legit.* Ergo neceſſariò concluditur quòd etiam matrimonium fuerit legitimum, & conſequenter adulterium propriè perpetratum.

IV. Adulterij commiſſi tempore mulier ſe veram vxorem eſſe credebat. Ergo quoad mulierem adulterium verè perpetratum fuit, ac conſequenter dos legitimè per virum lucrata, arg. text. *in c. in lectum. 34. q. 2.* & eſt textus expreſſè hoc probans *in c. 4. nuper. de bigam.* vbi eſt caſus quòd cum clericis in ſacerdotali ſtatu alterum matrimonium contrahentibus, tanquam cum bigamis non diſpenſetur, licèt in veritate (cùm primum matrimonium in ſtatu laicali contraxerint) bigami non exiſtant. Diuerſitatis rationem addit Papa: quia non propter ſacramenti defectum, ſed propter affectum intentionis cum opere ſubſecuto, diſpenſatio inter eos non eſt admittenda.

14 Idem † text. *in l. 53. qui iniuria. de furt. in princ.* vbi probatur quòd is qui iniuriæ cauſa ianuam effregit, & poſteà per alios res amotæ ſunt, quod is non teneatur furti actione, nam *maleficia* (ait text.) *voluntas & propoſitum delinquentis diſtinguit.* Vndè determinatur non eſſe reſpiciendum quid fiat, ſed quo animo fiat, *text. in c. occidit. 23. q. 8. & in c. in grauibus. 3. q. 7.*

V. Eſt † textus pro hac ſententia pulcherrimus in *l. 36. cum putarem. famil. erciſc.* Vbi Titius ex aſſe heres, egit familiæ erciſcundæ iudicio contra Sempronium, quem heredem eſſe putabat, & poſteà Titius ad ſoluendam pecuniam condemnatus eſt: quæritur an iuſtè condemnatus ſit? Reſpondet Paulus IC. quòd ſic. *Nam quamuis non ſit iudicium* (familiæ ereiſcundæ) *tamen ſufficit ad impediendam repetitionem, quòd quis ſe putat condemnatum.* Eodem modo mulier licèt in rei veritate adulterium non perpetrârit, tamen cùm putauit ſe hoc perpetraſſe, ſufficit. 15

Concludimus quòd vxor putatiua propter adulterium, ante conſanguinitatis reuelationem commiſſum, condemnata, non poſſit repetere dotem per ſtatuti diſpoſitionem viro applicatam.

Huic parti ſubſcribit gloſſa *in l. 8. conſenſu. §. 3. vir quoque. C. de repud.* item text. gloſ. & Canoniſt. *in c. 4. plerunque.* ibi: *Plerunque ſi mulier ob cauſam fornicationis iudicio eccleſiæ.* (vti hoc in caſu fit propter ignorantiam conſanguinitatis) *aut propria voluntate, à viro receſſerit, nec reconciliata poſteà ſit eidem, dotem vel dotalitium repetere non valebit.* Et eſt commune *in d. c. plerunque.* Doctorum reſponſum, teſte Baldo Nouell. *in tract. de dot. par. 11. § hactenus. num. 36.* quem ad hoc refert ſequiturque Didac. *ſuper 4. decretal. fol. 135. nu. 1.* Anton Gomez. *ad l. 80. Tauri. n. 48. ver. 2.* Ioannes Campezius *tract. de dote. par. 5 q. 8.* Clar. *lib. 5. §. adulterium. verſ. ſed quid.*

QVAESTIO L.

Marito excommunicato, an vxor poſſit repetere dotem?

Svmmaria.

1 *Marito excommunicato mulier dotem repetere poteſt, contrà nu. 8.*

2 *Deportatus amittit omnia quæ ſunt iuris ciuilis.*

3 *Matrimonium eſt ſpecies ſeruitutis. & nume. 12.*

4 *Hæreticus quis ſit.*

5 *Matrimonij definitio.*

6 *Vxor non debet aſtringi infortunio mariti, & nu. 13.*

7 *Matrimonium quandoq; deportatione ſoluitur de iure ciuili. contrà nu. 10.*

9 *Matrimonium captiuitate non ſoluitur.*

11 *Interpretatio 1. Corinth. 7. ſi infidelis diſcedit, &c.*

14 *Intellectus Authoris 56. ſol. matr.*

nium, quæritur, an filij in tali matrimonio procreati ſint legitimi? Determinatur per Papam quod ſic. Ex quo habes cognoſcere, quod matrimonium ignoranter cum conſanguinea contractum, durante ignorantia, legitimum reputetur, cùm aliâs filij legitimi nõ eſſent. Atqui hîc tẽpore diuortij mulier adhuc ignorauit impedimentum conſanguinitatis. Igitur perinde peccat, ac ſi verè adulterium commiſiſſet, ac ſubſequenter maritus verè dotem lucrabitur.

Eodem modo reſpõdemus ad minorem II. arg quòd hîc licet conſanguinitas ſit, tamen cùm iſta nondum ſit detecta, non impedit matrimonium, vt probatur *in d. c. 2. & in c. 14 ex tenore. eod. tit.*

8 Poteſt † reſponderi ad text. *in d. l. 1. §. fin. pro dote.* in III, arg. oppoſitum, quòd ibi ſit caſus à noſtra materia diuerſus. Nam hîc in odiũ delicti mulier dotem non poteſt repetere, ibi verò cùm nullum delictũ à muliere perpetratum ſit, non attenditur vſucapio viri, ſed potiùs fauor mulieris, vt eò citius renubere poſſit. Ideoque dicit Caſſius IC. quia nulla dos ſit, conſiderans potiùs tempus præſens fauore mulieris, in quo detectum fuit impedimentum conſanguinitatis, quàm præteritum, quo tempore maritus putauerat ſe verum contraxiſſe matrimonium.

Cui hæc ſolutio non placet, is ſoluat aliter hoc modo: Nimirum quod nos ſimus in materia matrimoniali, in qua ius Canonicum præfertur iuri ciuili. Igitur licet ius ciuile diuerſum determinet: tñ cùm ius Canonicum hoc matrimonium quamdiu ignorãtia durat, ratum iudicet; vt per *d. c. 2. & 14.* ſuprà probatum eſt, neceſſariò concluditur, quòd etiam dos, ſi qua conſtituta ſit, valeat.

Reſpondetur ad cõſequens IV arg. quòd hoc in caſu non opus fuerit per iudicem inquirere, an matrimonium ratum ſit, nec ne? cùm hoc ſatis cõpertum habeat per Eccleſiam in cuius facie contractũ eſt. Et ideò licet poſteà ex improuiſo manifeſtetur impedimentum conſanguinitatis: tamen cùm anteà iudex legitima motus ratione ſententiam tulerit, meritò iſta ſententia ſortitur effectum.

Vnde patet, quòd etiam iuri non cõſonet, quòd in minore V. argumenti propoſitione dictum eſt, ex errore, nempè iudicem hanc tuliſſe ſententiam, cùm iudex non dum detecto cõſanguinitatis impedimento, nil niſi verum ratumque potuerit cognoſcere matrimonium, & ideò iudicem ex errore iudicaſſe dici non poteſt. Non obſtat demum, quod in VI. argumento dictum eſt, quia totum illud rectè intellectum concedimus, ſententiam ſcilicet ſecundam in matrimonio præualere primæ. Nam licet matrimonium inter conſanguineos ignoranter in facie Eccleſiæ contractum, ab eo pro rato & legitimo iudicetur: tamen matrimonium, ſi detegatur poſteà conſanguinitatis impedimentum, dirimitur, etiam priore Eccleſiæ approbatione non obſtante.

Sed exinde non ſequitur, quod ſententia ratione adulterij lata, poſteà per ſecundam ſententiam, qua matrimonium dirimitur, tollatur, quia tunc temporis, cùm iſta lata fuit ſententia, verum extitit matrimonium, & conſequenter verum fuit commiſſum adulterium.

Quod † dicimus iſto tempore verum extitiſſe matrimonium, intellige in foro exteriore, cùm Eccleſia de occultis non iudicet, licet apud DEVM nunquam fuerit verum matrimonium, quia ſi verum apud DEVM matrimonium extitiſſet, DEVS eoſdem coniunxiſſet, & quòs DEVS coniunxit homo non ſeparet. Vnde euidenter infertur, inter tales perſonas ſine præuia diſpenſatione nullum verum eſſe matrimonium, ſed tantùm ab Eccleſia reputari verum, quamdiu ignoratur de impedimento. 9

Hinc quoniam pro tempore ignorantiæ habetur matrimonium ipſorum coniugum opinione, fit vt adulterium committant, quia contra conſcientiam agunt.

Quicquid † enim non eſt ex fide, peccatum eſt, quem locum Theologi ita intelligunt, omne illud peccatum eſſe apud DEVM, quicquid agitur contra conſcientiam. 10

Neque quod dicimus oppugnatur per ſecundam ſententiam, cum ea duntaxat ab eo tempore, quo conſanguinitatis impedimentum detectum eſt, matrimonium nullum eſſe determinet, neque vlterius determinare poteſt, per text. *in d. c. 2. & in d. c. 14.*

Prædictis argumentis ſic breuiter ſolutis, vlteriùs pro iſta parte confirmanda I. hoc modo argumentari poteſt. Maritus † non ſolùm iuſtam, ſed etiam iniuſtam vxorem de adulterio accuſare poteſt. 11

Ergo licet probetur, hanc vxorem propter conſanguinitatem eſſe putatiuam: tamẽ nihilominus maritus eam de adulterio accuſare potuit. Antecedens probatur per text. *in l. 13. ſi vxor. § 1 de adult.* ibi: *Plane ſine*

iuſta vxor fuit, ſiue iniuſta accuſationem inſtituere, vir poterit. Additur ratio: *nam & Sextus Cacilius ait, hanc legem ad omnia matrimonia pertinere, & illud Homericum adfert: nec enim ſoli (inquit) Atrida vxores ſuas amant.*

Et licèt hanc legẽ Intetpretes dicant non eſſe in vſu propter Nouel. 91. vel alij alitet eam interpretẽtur: tamen eam ſaltẽ noſtro in caſu locum babere negari non poteſt, cùm vir hanc mulierem licèt conſanguineam, tanquam veram & legitimam reputet vxorem. Vndè patet quòd prima ſentẽtia valeat, quę lata fuit ad ſeparationẽ thori.

12 II. Sententia † à qua non eſt appellatum facit ius inter partes, etiam ſi contra ius litigatoris lata ſit, vt eſt text. *in c. 13. cum inter. §. quamuis. & in c. 20. inter monaſterium, de ſenten. & re iudic.* idem texr. *in l. 207. res indicata. de reg. iur.* ibi: *res iudicata pro veritate accipitur.* item eſt text. *in l. 25. ingenuum. de ſtatu hom.* Sed ab hac ſententia non eſt appellatum. Ergo &c.

13 III. Filij † nati ex matrimonio ignoranter cum conſanguinea contracto, reputantur legitimi, vt eſt texr. *in c. 2. cum inter. & in d. c. 14. ex tenore. qui filij ſint legit.* Ergo neceſſariò concluditur quòd etiam matrimonium fuerit legitimum, & conſequenter adulterium propriè perpetrarum.

IV. Adulterij commiſſi tempore mulier ſe veram vxorem eſſe credebar. Ergo quoad mulierem adulterium verè perpetratum fuit, ac conſequenter dos legitimè per virum lucrata, arg. text. *in c. in lectum. 34. q. 2.* & eſt textus expreſsè hoc probans *in c. 4. nuper. de bigam.* vbi eſt caſus quòd cum clericis in ſacerdotali ſtatu alterum matrimonium conttahenribus, tanquam cum bigamis non diſpenſetur, licèt in veritate (cùm primum matrimonium in ſtatu laicali contraxerint) bigami non exiſtant. Diuerſitatis rationem addit Papa: quia non propter ſacramenti defectum, ſed propter affectum intentionis cum opere ſubſecuto, diſpenſatio inter eos non eſt admittenda.

14 Idem † text. *in l. 53. qui iniuria. de furt. in princ.* vbi probatur quòd is qui iniuriæ cauſa ianuam effregit, & poſteà per alios res amotæ ſunt, quòd is non teneatut furti actione, nam *maleficia* (ait text.) *voluntas & propoſitum delinquentis diſtinguit.* Vndè determinatur non eſſe reſpiciendum quid fiat, ſed quo animo fiat, *text. in c. occidit. 23. q. 8. & in c. in grauibus. 3. q. 7.*

V. Eſt † textus pro hac ſententia pulcherrimus in *l. 36. cum putarem, famil. erciſc.* Vbi Titius ex aſſe heres, egit familiæ erciſcundæ iudicio contra Sempronium, quem heredem eſſe putabat, & poſteà Titius ad ſoluendam pecuniam condemnatus eſt: quæritur an iuſtè condemnatus ſit? Reſpondet Paulus IC. quòd ſic. *Nam quamuis non ſit iudicium* (familiæ erciſcundæ) *tamen ſufficit ad impediendam repetitionem, quòd quis ſe putat condemnatum.* Eodem modo mulier licèt in rei veritate adulterium non perpetrâtit, tamen cùm putauit ſe hoc perpetraſſe, ſufficit. 15

Concludimus quòd vxor putatiua propter adulterium, ante conſanguinitatis reuelationem commiſſum, condemnata, non poſſir repetere dotem per ſtatuti diſpoſitionem viro applicatam.

Huic parti ſubſcribit gloſſa *in l. 8. conſenſu. §. 3. vir quoque. C. de repud. item text. gloſ. & Canoniſt. in c. 4. plerunque.* ibi: *Plerunque ſi mulier ob cauſam fornicationis iudicio eccleſia.* (vti hoc in caſu ſit propter ignorantiam conſanguinitatis) *aut propria voluntate, à viro receſſerit, nec reconciliata poſteà ſit eidem, dotem vel dotalitium repetere non valebit.* Et eſt commune *in d. c. plerunque.* Doctorum reſponſum, teſte Baldo Nouell. *in tract. de dot. par. 11. § hactenus. num. 36.* quem ad hoc refert ſequiturque Didac. *ſuper 4. decretal. fol. 135. nu. 1.* Anton Gomez. *ad l. 80. Tauri. n. 48. ver. 2.* Ioannes Campezius *tract. de dote. par. 5 q. 8.* Clar. *lib. 5. §. adulterium. verſ. ſed quid.*

QVAESTIO L.

Marito excommunicato, an vxor poſſit repetere dotem?

SVMMARIA.

1 *Marito excommunicato mulier dotem repetere poteſt, contrà nu. 8.*

2 *Deportatus amittit omnia qua ſunt iuris ciuilis.*

3 *Matrimonium eſt ſpecies ſeruitutis. & nume. 12.*

4 *Hareticus quis ſit.*

5 *Matrimonij definitio.*

6 *Vxor non debet aſtringi infortunio mariti, & nu. 13.*

7. *Matrimonium quandoq; deportatione ſoluitur de iure ciuili. contrà nu. 10.*

9 *Matrimonium captiuitate non ſoluitur.*

11 *Interpretatio 1. Corinth. 7. ſi infidelis diſceſſit, &c.*

14 *Intellectus Authoris 56. fol. matr.*

iuſta vxor fuit, ſiue iniuſta accuſationem inſtituere, vir poterit. Additur ratio: *nam & Sextus Cæcilius ait, hanc legem ad omnia matrimonia pertinere, & illud Homericum adfert: nec enim ſoli (inquit) Atridæ vxores ſuas amant.*

Et licèt hanc legẽ Interpretes dicant non eſſe in vſu propter Nouel. 91. vel alij aliter eam interpretẽtur: tamen eam ſaltẽ noſtro in caſu locum habere negari non poteſt, cùm vir hanc mulierem licèt conſanguineam, tanquam veram & legitimam reputet vxorem. Vndè patet quòd prima ſentẽtia valeat, quę lata fuit ad ſeparationẽ thori.

12 II. Sententia † à qua non eſt appellatum facit ius inter partes, etiam ſi contra ius litigatoris lata ſit, vt eſt text. *in c. 13. cum inter. §. quamuis. & in c. 20. inter monaſterium, de ſenten. & re iudic.* idem text. *in l. 207. res iudicata. de reg. iur.* ibi: *res iudicata pro veritate accipitur.* item eſt text. *in l. 25. ingenuum. de ſtatu hom.* Sed ab hac ſententia non eſt appellatum. Ergo &c.

13 III. Filij † nati ex matrimonio ignoranter cum conſanguinea contracto, reputantur legitimi, vt eſt text. *in c. 2. cum inter. & in d. c. 14. ex tenore. qui filij ſint legit.* Ergo neceſſariò concluditur quòd etiam matrimonium fuerit legitimum, & conſequenter adulterium propriè perpetratum.

IV. Adulterij commiſſi tempore mulier ſe veram vxorem eſſe credebat. Ergo quoad mulierem adulterium verè perpetratum fuit, ac conſequenter dos legitimè per virum lucrata, arg. text. *in c. in lectum. 34. q. 2.* & eſt textus expreſsè hoc probans *in c. 4. nuper. de bigam.* vbi eſt caſus quòd cum clericis in ſacerdotali ſtatu alterum matrimonium contrahentibus, tanquam cum bigamis non diſpenſetur, licèt in veritate (cùm primum matrimonium in ſtatu laicali contraxerint) bigami non exiſtant. Diuerſitatis rationem addit Papa: quia non propter ſacramenti defectum, ſed propter affectum intentionis cum opere ſubſecuto, diſpenſatio inter eos non eſt admittenda.

14 Idem † text. *in l. 53. qui iniuria. de furt. in princ.* vbi probatur quòd is qui iniuriæ cauſa ianuam effregit, & poſteà per alios res amotæ ſunt, quòd is non teneatur furti actione, nam *maleficia* (ait text.) *voluntas & propoſitum delinquentis diſtinguit.* Vndè determinatur non eſſe reſpiciendum quid fiat, ſed quo animo fiat, *text. in c. occidit. 23. q. 8. & in c. in grauibus. 3. q. 7.*

V. Eſt † textus pro hac ſententia pulcherrimus *in l. 36. cum putarem. famil. erciſc.* Vbi Titius ex aſſe heres, egit familiæ erciſcundæ iudicio contra Sempronium, quem heredem eſſe putabat, & poſteà Titius ad ſoluendam pecuniam condemnatus eſt: quæritur an iuſtè condemnatus ſit? Reſpondet Paulus IC. quòd ſic. *Nam quamuis non ſit iudicium* (familiæ erciſcundæ) *tamen ſufficit ad impediendam repetitionem, quòd quis ſe putat condemnatum.* Eodem modo mulier licèt in rei veritate adulterium non perpetrârit, tamen cùm putauit ſe hoc perpetraſſe, ſufficit. 15

Concludimus quòd vxor putatiua propter adulterium, ante conſanguinitatis reuelationem commiſſum, condemnata, non poſſit repetere dotem per ſtatuti diſpoſitionem viro applicatam.

Huic parti ſubſcribit gloſſa *in l. 8. conſenſu. §. 3. vir quoque. C. de repud.* item text. gloſ. & Canoniſt. *in c. 4. plerunque.* ibi: *Plerunque ſi mulier ob cauſam fornicationis iudicio eccleſiæ.* (vti hoc in caſu ſit propter ignorantiam conſanguinitatis) *aut propria voluntate, à viro receſſerit, nec reconciliata poſteà ſit eidem, dotem vel dotalitium repetere non valebit.* Et eſt communc *in d. c. plerunque.* Doctorum reſponſum, teſte Baldo Nouell. *in tract. de dot. par. 11. § hactenus. num. 36.* quem ad hoc refert ſequiturque Didac. *ſuper 4. decretal. fol. 135. nu. 1.* Anton Gomez. *ad l. 80. Tauri. n. 48. ver. 2.* Ioannes Campczius *tract. de dote. par. 5 q 8.* Clar. *lib. 5. §. adulterium. verſ. ſed quid.*

QVAESTIO L.

Marito excommunicato, an vxor poſſit repetere dotem?

SVMMARIA.

1 *Marito excommunicato mulier dotem repetere poteſt, contrà nu. 8.*
2 *Deportatus amittit omnia quæ ſunt iuris ciuilis.*
3 *Matrimonium eſt ſpecies ſeruitutis. & nume. 12.*
4 *Hæreticus quis ſit.*
5 *Matrimonij definitio.*
6 *Vxor non debet aſtringi infortunio mariti, & nu. 13.*
7 *Matrimonium quandoq; deportatione ſoluitur de iure ciuili. contrà nu. 10.*
9 *Matrimonium captiuitate non ſoluitur.*
11 *Interpretatio 1. Corinth. 7. ſi infidelis diſcedit, &c.*
14 *Intellectus Authoris 56. fol. matr.*

15 *Intellectus Authoris ad l.1.C.de repud.*
16 *Matrimonium dignitas non ſoluit.*
17 *Dos ob quas cauſas repetatur.*
18 *Mors naturalis vbi requiritur, ciuilis non ſufficit.*
19 *Malum minus eſt eligendum de duobus malis.*
20 *Legi humanæ per conſuetudinem derogatur.*
21 *Marito excommunicato, quòd mulier dotem non poßit repetere varia ratione oſtenditur.*
22 *Amoris coniugalis illuſtria exempla.*

PARS I. AFFIRMANS.

VT huins quæſtionis veritatem perfectè
cognoſcamus, eam breuiter in vtram-
que diſcutere partem non grauabimut. Et
1 primùm † quidem pro parte affirmatiua
hoc modo argumentari poteſt. Deporta-
tus pro mortuo reputatur, per text. *in l.2.pu
blicorum. de pub. iudic.* ibi: *pœna mors aut exilium
eſt, hoc eſt, aqua & ignis interdictio.* Idē probatur
per text. *in l. 2. de pœn.* Atqui excommunica-
tus de iure canonico ſimilis eſt deportato,
quia vterque hominum non poteſt gaude-
re ſuffragiis, *tex. in l.3. hi qui. C. de apoſtat.* Ergo
pro mortuo teputatur, & conſequenier
mulier, cùm mortuo viro poſſit repetere
dotem, poterit etiam eo excommunicato.
II. Coniunx rediens iure poſtliminij non
tecuperat coniugem, niſi nouus interceſſe-
rit conſenſus, per tex. *in l 8. non vt à patre. l.14.
cum dua. in fin. & l. 23. de capt. & poſtlim. reuerſ.
& in l.10. ſi ab hoſtibus. & in l.56. ſi quis. ſol. matr.*
Ergo captiuitate ſoluitur matrimonium, &
conſequenter excommunicatione, cùm
hæc captiuitati hoc in caſu æquiparetur.
III. Conſtat ex primo arg. quòd excom-
2 municatus æquiparetut deportato. At † de-
portatus amittit omnia quæ ſunt iutis ciui-
lis, *l. 29. qui vltimo. de pœn.* Ergo & matrimo-
nium.
IV. Proptet diuetſam ſectam ſoluitur ma-
trimonium, putà ſi maritus ſit hæreticus, v-
xor verò orthodoxa, vel econtrariò, vt eſt
determinatum in Synodo ſexta Conſtanti-
nopolitana, habita in Trullo, can. 76. per
text 1. ad Corinth. 7. vbi Apoſtolus ait: *Quod
ſi infidelis diſcedit, diſcedat: non enim ſeruituti ſub-
iectus eſt frater aut ſoror in huiuſmodi.* Ex quibus
vetbis pleuè conſtat propter hæreſin ſolui
matrimonium, nam dicit fidelem non de-
bere ſubiectum manere ſeruituti, licèt infi-
3 delis diſcedat. Atqui † matrimonium eſt
ſpecies ſeruitutis, *Gloſ. in c.34. mulieri. in verb.
abſoluto. de iure iur.* & probatur arg. text. *in c.8.
nō debet. de conſang. & affinit.* vbi dicitur quòd
vir non habeat poteſtatem ſui cotporis, ſed
mulier, & econtrà. Idem probatur per A-
poſt. d. c. 7. Ergo conuincitur quòd fideles
non debeant eſſe ſubiecti matrimonio, cum
infidelibus contracto, cùm matrimonium
ſeruitus dicatur. Ad † minorem iam nos 4
vertendo propoſitionem, dicimus excom-
municatum eſſe hæreticum, hocq; ita pro-
bamus. Quicunque non communicat in ſa-
croſancta Romana Eccleſia, hæreticus iu-
dicatur, text. *in c.1. Nouel. 109.* Atqui excom-
mnnicatus non communicat in ſacroſan-
cta Romana Eccleſia. Ergo, &c. Item pro-
batur minor propoſitio hoc modo. Matri-
monium † eſt maris & fœminæ coniunctio, 5
diuini & humani iuris communicatio *l.1. de
ritu nupt.* Ergo mulier non poteſt retinere
cum viro excommunicato mattimonium,
cùm ſimul cum eo diuini & humani iuris
particeps eſſe nequeat.
V. Ceſſante cauſa ceſſat eius effectus. *l. adi
gere. de iure patron.* Atqui hoc in caſu ceſſat
cauſa proptet quam conſtituitur dos, ſcilic.
onera mattimonij, *l. 30. in rebus. C. de iur. dot.*
quæ vir excommunicatus portare nequit.
Ergo etiam ipſa dos debet ceſſate, & ad mu-
lierem reuetti.
VI. Vxor † non debet aſtringi infortunio 6
matiti, *text. in l.24. res vxori. C. de donat. inter
vir. & vx.* ibi: *nec alieni* (matiti) *criminis infor-
tunio adſtringi vxorem.* Ergo nec mulier tene-
tur eſſe aſtricta vito excommunicato, cùm
& hic in infortunium lapſus ſit.
VII. Argumentum † deducitur ex textu 7
in *l. 56. ſi quis. ſol. matr. & in l. 1. C. de repud.* vbi
dicitur, quòd ſi mulier propter depottatio-
nem viri mutet affectionem, quòd tunc ſol-
uatur mattimoniū. Verba textus ſunt: *Ma-
trimonium quidem deportatione, vel aqua & ignis
interdictione non ſoluitur, ſi caſus in quem mari-
tus incidit, non mutet vxoris affectionem.* Igitur
à contrario ſenſu, cuius eadem eſt diſcipli-
na, ſi in talē caſum maritus incidit, per quē
vxor ſuam affectionem mutat, ſoluitur ma-
trimonium. Sed negati non poteſt, quòd
mulier eo ipſo quòd repetat dotem muta-
uerit ſuam affectionem. Ergo per hoc dici-
tur ſolutum matrimonium, & conſequen-
ter dos à mulicte repeti poteſt.

Ex his concludendum videtur, quod mu-
lieri ad repetendam dotem aduerſus vi-
rum excommunicatum vtilis ex ſtipulatu
competat actio.

Huic concluſioni de iure ciuili ſubſcri-
bit Roſred. Beneuentan. *in qq. ſabbatin. q. 21.*

PARS

PARS II. NEGANS.

8 SED † iſtis etiam ſimilibus, quæ in contrarium poſſunt adduci nõ obſtantibus, demiramur hanc quæſtionem à Doctoribus in controuerſiam vocari, nam omnia iſta argumenta in contrarium adducta ſi recta perſpiciantur ratione, nobis ne minima quidem in parte refragantur. Quod enim in I. arg. dictum eſt: excommunicatum de iure canonico æquiparari deportato, & cõſequenter pro mortuo haberi, totum concedimus, cùm illud intelligendum ſit de morte duntaxat ciuili, & nõ naturali, quam nos ad matrimonium diſſoluendum expetimus, per text. *in l. 1. de repud. & in c. 22. deinceps. Nouel. 22.*

9 Quod in II. arg dictum † eſt, captiuitate ſolui matrimonium, concedimus de iure ciuili antiquo, de iure verò nouo & canonico negamus, ſed conſequenter ex eo inſerri quòd etiam excommunicatione ſoluatur matrimonium, falſum eſt, cum inter eam & captiuitatem magna differentia ſit, vt cuili-
10 bet liquet. Non † obſtat III. argumentum. Nam licèt in *d. l. 29.* dicatur maxima capitis diminutione amitti ſimul ciuitatem & libertatem: tamen ex eo nõ ſequitur quòd amittat matrimonium, cùm hoc ſpecialiter ſit exceptum, per tex. *in l. 1. C. de repud.* vbi ꝓpter deportationẽ, quæ aſſimilatur excommunicationi, non ſoluitᷣ matrimoniũ. Idem text. in *l. 5. de bon. dam. & in l. 14 qui & à quibus manumiſſ.* Item pulcher text. *in c. 8. quod autem. & in c. 13. deportatio. Nouell 22.*

11 Quod † in maiore IV. argumenti propoſitione dictum eſt, negamus, nam per hoc quod Apoſtolus dicit: quòd ſi infidelis diſcedit, diſcedat, &c. non intelligitur matrimonium ipſo diuino iure eſſe diſſolutũ, ſed ſaltem ſi alter coniugũ ſit paganus, poſſe de cõſuetudine eccleſiæ diſſolui, & permitti fideli, vt cũ altero vel altera iungatᷣ matrimonio. Quòd ſi tamen poſſint & velint cohabitare, liceat, cum diuino iure non ſit ſolutum, atq; ita eccleſia tollerare poteſt & non diſſoluere, vt etiã perſpicuè ex ipſiſmet Apoſtoli verbis in eodem contextu poſitis cognoſcitur, ait enim: *Si quis frater vxorem habet infidelem, & hæc conſentit habitare cum illo, non dimittat illam.* Et è contrario de muliere diſponit, poſteà verò addit: quòd ſi infidelis diſcedit, diſcedat, &c. Quod etiam paulò poſt plenius teſtatur his verbis: *Alligatus es vxori, noli quærere ſolutionem.* Idem determinat Gregorius *in c. vlt. de conuerſ. coniug. & ibi gl. in verb. iudicio eccleſiæ.* clarior tex. repecitur in *c. 2. quaſiuit. & in c. 7. quanto. de diuort.* ibi: *Si verò alter fidelium coniugum vel labatur in hæreſin, vel tranſeat ad gentilitatis errorem, non credimus quòd in hoc caſu is qui relinquitur viuente altero poſſit ad ſecundas nuptias conuolare.* Idem determinatur S. *Synod. Trident. ſeſſ. pen.* Eandẽ ſententiã tenet Magiſter in *4. lib. ſent. diſt. 39. lit. C.* Ang. *in ſumma verb. matrimonium.* & Syluеſter *in verb. diuortium. q. 6.* Gundiſalus de Viladiego *in tract. contra hæret. prauit. q. 15. nu 10.* Couaru. *in ſua epitome ſuper 4. decret. part. 2. c. 7. § 5. nu. 3.* Quod cùm ita ſit, abrogatur d. can. 76. Synod. ſextę Cõ-
ſtant. Præterea † quòd in eodem argumen- 12
to dictum eſt, matrimonium ęquiparari ſeruituti, & per D. Pauli dictum probari quòd talis ſeruitus per diſceſſionem infidelis ſoluatur, non intelligendum eſt quoad ipſum matrimonium, quòd illud ſeruitus dicatur, ſed quoad mutuum ſeruitium cui amplius cõiunx fidelis poſt diſceſſum infidelis non eſt ſubiectus, *gl. in d. c. vlt. in verb. iudicio eccleſia.* Et de hoc puncto dicemus plura (ſi ſuperauerimus) in tract. controuerſ. de reb. matrimon. in quo melior dabitur occaſio.

Ad V. procedendo arg. dicimus minorem eius propoſitionem eſſe falſam, cùm maritus excommunicatus perindè debeat ſuſtinere onera matrimonij, ac ſi nunquam excommunicatus fuiſſet. Et licèt difficilius ea poſſit ſuſtinere quàm anteà, tamen per hoc non conuincitur quòd non poſſit, cùm & illud non poſſe dicamur, quòd difficile poſſumus.

Negatur † conſequentia VI. arg. nam li- 13
cèt per *d. l. 24. res vxoris. C. de donat. inter vir. & vx.* probetur, quòd mulier non debeat aſtringi infortunio mariti, tamen ex eo non ſequitur quòd non teneatᷣ eſſe aſtricta viro, cùm illa lex tantùm diſponat circa res mulieris, quòd illæ viri infortunio non obſtante debeant manere illibatæ.

VII. Argumentum videtur valdè obſtare, ſed poteſt ſecundum communiter Doctores reſponderi ad d. l. 56. in maiore eius propoſitione oppoſitam, quòd illa ſit
correcta per *d. c. 8 & c. 13 Nouel. 22.* Cum † au- 14
tem legum correctio ſit euitanda, tu aliter reſponde, nempè quòd eam ob cauſam ibi vir teneatur reſtituere dotem, quia vxori captæ vel maxima capitis diminutione damnatæ (intellige maximam capitis diminutionem ex verb *vel ancilla effecta*) non poteſt cohabitare, & conſequenter onera matrimonij non ſuſtinere, quorũ cauſa dos potiſſimùm conſtituitur. *arg. text. in l 30.*

pro

pro oneribus. C. de iure dot. & in l. 21. §. 1. de donat. inter vir. & vxor. Ideoque hoc in caſu cùm
vir non poſſit ſuſtinere onera matrimonij,
dos reſtituitur & vxor captiua vel damnata
reſpectu dotis reſtituendæ, & non matri-
monij pro mortua reputatur. Et hanc le-
gem ita eſſe intelligendam apertè conuin-
citur per text. *in l. 13. ſed ſi mori. de donat. inter*
vir. & vx. ibi. *cùm igitur deportatione matrimo-*
nium minimè diſſoluatur, &c. quibus verbis
Vlpianus IC. diſertè ſignificat, quòd per
deportationem matrimonium non ſolua-
tur. Igitur neceſſariò dicendum eſt reſpe-
ctu dotis, & non matrimonij in *d. l. 56.* vxo-
rem tanquam mortuam reputari. Sed hic
quiſpiam nobis fortè obiiceret: ergo per i-
ſtam legem pro aduerſa opinione conuin-
citur, quòd cõiuge deportato dos poſſit re-
peti? Ad hoc poteſt reſponderi, quòd maxi-
ma differentia ſit inter deportationem, quę
ibi pro maxima capitis diminutione poni-
tur, & aquę atque ignis interdictionem, quę
excommunicationi aſſimilatur, nam olim
qui maxima capitis diminutione damna-
batur, non ſolùm amicorum, ſed etiam v-
xoris & liberorum communicatione deſti-
tuebatur, *l. 9. ſi pater. de ſent. paſſ. §. 2. cum au-*
tem. quib. ius poteſt. ſol. l. vlt. de capit. diminut. &
§. 1. Inſt. eod. & l. 5. de extran. cognit. & vide Ho-
tom. ad d. §. 1. Inſt. de capit. dimin. Verùm cui
hodiè aquæ & ignis interdictio fit, quæ in
locum deportationis ſucceſſit, is vxoris &
liberorum communicationem retinet, &
conſequenter onera matrimonij, quorum
cauſa dos maximè conſtituitur. Vndè co-
gnoſcitur quòd magna differentia ſit inter
deportationem olim obſeruatam, & aquæ
& ignis interdictionem, ac conſequenter
15 diuerſum ius ſtatuendum. Iam † reſtat re-
ſpondere ad *d. l. 1. C. de repud.* eod. loco oppo-
ſitam, quæ etiam videtur valdè obſtare. Sed
reſponde legem iſtam non determinare q;
per deportationem, vel aquæ & ignis inter-
dictionem ſoluatur matrimonium, ſed tm̃
innuere q; licèt matrimonium per deporta-
tionem non ſoluatur, tñ mulier ſi mutet af
fectionem erga maritum ſuum, putà ſi non
poſſit per atrocitatẽ deportationis ei com
modè cohabitare, quòd tunc quidem de æ
quitate dos ei ſit reſtituenda, quia tunc vir
etiam matrimonij onera non ſuſtinet. At-
qui hodiè pœna interdictionis aquę & ignis
quæ excommunicationi æquiparatur, non
eſt ita atrox, quin mulier commodè viro
cohabitare queat. Iccircò hoc in caſu præ-
dictæ legis ratio ceſſat, & conſequenter eius
determinatio debet ceſſare. Hanc legem
ita eſſe accipiendam (putà quòd per eam
non inferatur propter deportationem diſ-
ſolui matrimonium, etiamſi mulier affe-
ctionem ſuam mutet) apertè probatur per
d. c. 13. Nouel. 22. vbi Imperator determinans
quòd propter deportationem, vel aquæ &
ignis interdictionem non ſoluatur matri
monium, refert ſe ad hanc legem, dicens:
Hac enim & ſacratiſſimo pridem placuit Conſtan-
tino, clemens quadam cauſa, & à nobis quidem pro-
bata eſt, &c.

Ad hanc partem confirmandam I. hoc
modo arguas. Dignitas † mariti nullũ mu- 16
lieri infert præiudicium, per text *in l. 28. ſi li-*
bertam. C. de nup. vbi probatur quòd vir, licèt
libertam in vxorem habeat, & poſteà in ſe
natorem eligatur, quòd tamen propter i-
ſtam dignitatem matrimonium non ſolua-
tur. Ergò à contrario nec caſus mariti ad-
uerſus vel infortunat' mulieri debet prod-
eſſe.

II. Vnum generale multa impedit ordi-
nanda, quod ordinata non deſtruit, per tex.
in l. 7. quam Tuberonis. de pecul. & in l. 1. de poſt-
hum. Ergo excommunicatio licèt in initio
matrimonium contrahi impediat, contra-
ctum tamen non diſſoluit.

III. Cauſæ † propter quas dos repetitur 17
non minimam argumentandi occaſionem
tribuunt, nam duæ de iure reperiuntur cau-
ſæ, propter quas dos repetit', vtpotè mors &
paupertas mariti. *l. vnic. C. de rei vxor. act. &*
l. 29. vbi. C. de iur. dot. & probatur per tot. tit.
D. & C. ſol. mat. Sed iſtæ duæ cauſæ non repe
riuntur in noſtra quæſtione, nam propter
excommunicationem non ſoluitur matri-
monium, per text. *in d. l. 5. de bon. dam. in l. 14.*
qui & à quib. manumiſſ. & in d. c. 8. quod autem.
ibi: *Maneat igitur matrimonium hoc nihil ex tali*
decreto læſum, vtpotè inter perſonas liberas conſi
ſtens. Item pulcher text. in *d. c. 13. deportatio.*
Nouell. 22. vbi dicitur propter deportatio
nem, in cuius locum ſucceſſit aquæ & ignis
interdictio, non ſolui matrimonium. Ne-
que maritus ad paupertatem, de qua nos lo-
quimur, propter excõmunicationem red-
actus dicitur. Ergo cum iſtæ duæ cauſæ in
noſtro propoſito ceſſent, debet etiam ceſ-
ſare dotis repetitio. Non cõtratiatur quòd
per deportationem vel excommunicatio-
nem introducatur mors ciuilis, de qua et-
iam ſuprà diximus, quia ad repetendam
dotem mors naturalis & non ciuilis expo-
ſtulatur, & † vbi mors naturalis requiritur, 18
ciuilis non ſufficit, per text. in *l. 121. ex ea par-*
te.

te. §. *2. in inſulam. de verb. oblig.* vbi probarur quòd quando depottato reo ptomittendi ad hunc modum ſtipulatio concepta eſt: *cùm morteris dari* : vt tunc non niſi eo ipſo moriente ſtipulatio cõmittatur. Idem ſunt text. hoc probanres in *l. 77. cũ pater.* §. *4. hereditatem. l. 59. intercidit.* §. *1. de condit. & demonſt.*

IV. Matrimonium eſt maris & fœminæ coniunctio, indiuiduam vitæ conſuetudinem continens, *l. 1. de ritu nupt.* Et quos Deus coniunxit, homo non ſepatet. Igitur matrimonium ſi non ſoluitur, dotis repetitio non habet locum, cum iſta non competat, niſi ſoluto matrimonio, vel vito ad inopiam vergente.

V. Si eſſet admiſſum quòd per excommunicationem, quæ ſæpè contingir, ſolueretur matrimoniũ, ſequererur quòd liberorum procreatio & educatio impediretur. Sed conſequens non eſt admiſſum, *l. 1. ſol. matr.* Ergo, &c.

19 VI. De † duobus malis minus malum eſt eligendum, *arg. l. 1.* §. *licèt. de peric. & com. rei vend. & Inſt. de vſu. in princ.* Atqui pro aduerſa opinione dicitur malum eſſe mulieri viro excommunicato cohabitare, pro noſtra deterius eſſe, ſi à viro ſeparetur. Igitur cum de duobus malis minus malum ſit eligendum, meliùs eſt vt concludamus vxorem à viro excommunicato non poſſe ſeparari, & conſequenter dotem nõ repetere.

20 VII. Conſuetudo † derogat legi humanę, *text. in c. fin. de conſuet. & in l. 2. C. quæ ſit longa conſuet.* & dicit in *c. fin. 23. q. 6.* humanę naturę proprium eſſe conſueta ſumma affectione diligere, & abhorrere ea quæ in deſuetudinem abierunt. Sed vbiq; tettarũ conſuetudinis eſt quòd mulier à viro excõmunicato non poſſit diſcedere. Igitur poſito, minimè aũt conceſſo, de iure ciuili mulierem à viro excõmunicato poſſe diſcedere: tñ cùm hoc per cõſuetudinem ſit abrogatũ non obſtat.

21 VIII. Quòd † per excommnnicationem non ſoluatut matrimonium, & conſequenter dos repeti non poſſit, multis rationibus maiorumq; noſtrorum exemplis illuſtrari poteſt. Nam ſi ſacra atteſtante ſcriptura vir & vxot vna dicantur caro, cur eos per excommunicationem ſeparari ab inuicem diceremus? Si nihil magis humanum ſit quàm de caſibus fortuitis coniugum coniuges fore participes, *l. 22. ſi cum dotem.* §. *7. ſi maritus. ſol. matr.* ſi inquam tanta corporum fœditas, quãta excogitari poteſt, mattimonium non dirimat, cur illud per excommunicationem dirimi affirmaremus? Hinc cor † animumq; præ maxima admiratione 22 in diuetſas partes tapimus, cũ antiquatum gentium illuſtriſſima de amore coniugali exẽpla ob oculos ponimus. Nã reperimus olim coniuges tanto ſeſe pſecutos fuiſſe amore, vt vnus morte alterius audita ſe ipsũ vita priuaret, vt de C. Plautio Numida refert Valet. Max. *lib. 4. c. 6.* Idẽ refert M. Plautium propter mortem Oreſtillæ vxoris ſuæ ſe ipſum gladio occidiſſe, & poſteà ab amicis ſuis vnà cum Oreſtilla cõmunibus flammis traditum. Sed & illud perpetua admitatione dignum, quod de Pottia M. Catonis refertur filia. Quæ cũ à Philippis vitum ſuum Brutum interemptum cognoſceret, ardentes ore carbones (cùm nihil aliud daretur, quo ſibi necem inferre poterat) haurire non timuit, amore mariti adeò accenſa, vt muliebri ſpiritu virilem patris exitum imitaretur. Hæc cùm ita ſiur, & coniugalis amor perpetuus eſſe debeat, non eſt dubitandum, quin pro hac parte, omni ſuadente iure & ratione, ſit concludendum.

QVAESTIO LI.

An heredes vel ipſe maritus (ſi matrimonium diuortio ſit ſolutum) qui retinent infra annum dotem, in rebus mobilibus conſiſtentem, teneantur intereà vxori defuncti pręſtare alimenta?

SVMMARIA.

1 *Heredes tenentur defuncti vxori de dote in re mobili cõſiſtente infra annum ſolutionis alimenta præſtare. contrà n. 11. diſtinctio n. 28.*

2 *Heredibus prouidendi onus incumbit, ne teſtator defunctus iniuria afficiatur.*

3 *Pupillo ratione inopia pendente appellatione alimenta ſunt præſtanda.*

4 *Res tranſit cum ſuo onere.*

5 *Alimenta qui denegat occidit.*

6 *Dos & quod ex ea comparatur pertinet ad vxorem.*

7 *Alimenta poſt diuortium à marito vxori præſtanda, contrà nu. 19.*

8 *Maritus dotis fructus non poteſt petere, ſi vxorem non demonſtrat. & nu. 20.*

9 *Fugients ad Eccleſiam & pauperi in carcere de alieno alimenta ſunt præſtanda.*

10 *Alimentorũ cauſa die feriato iudiciũ conſiſtit.*

12 *Alimentorum præſtandorum priuilegium eſt perſonale. & nu. 21.*

13 *Marit' & vxor vna caro quomodo intelligẽdũ.*

14 *Officium ſuum nemini debet eſſe damnoſum.*

15 Interpretatio l. 1. §. ſi tamen. ad Turpill. & aliar. ll. ibid.
16 Interpretatio præcepti: Eſurienti panem porrigas.
17 Exemplum lepidum de Iudæo, omnia ſua bona hominibus diſtribuente.
18 Interpretatio l. 4. de liber. agnoſ.
22 Nemo inuitus alicui rem ſuam dare compellitur.
23 Fauor in odium non trahendus.
24 Lex rebus & non verbis ſcripta.
25 Epiſcopo extra Eccleſiam, iudici extra prouinciam, alimenta non præſtanda.
26 Lex quod concedit fruſtrà precibus impetratur.
27 Legatum dotis commodum repræſentationis habet.
28 Æquitas quid ſit.
29 Alimenta an poſſint repeti quæ ab heredibus defuncti vxori dantur, ſi poſteà ipſa vxor ad pinguiorem fortunam veniat.
30 Alimentorum nomine quid veniat.

PARS I. AFFIRMANS.

LICET hæc quæſtio ab aliis intacta non ſit remiſſa, Rofred. Beneuent. *q. Sabbat. q 26.* tamen ne à ſtudioſis iuris, cuius progreſſum noſtris laboribus iuuare pro viribus quærimus, prætermiſſa deſideretur, eandem ſubnectere libuit, alia forma & mo-
1 do ſeruato. Primum † quòd heredes debeant vxori præſtare alimenta probatur hoc modo. Vxor mortuo marito in viduitate permanens, eadẽ retinet priuilegia, quę habebat eo viuẽte. Sed certi iuris eſt ꝙ viuẽte marito vxori dotatæ alimenta ſint præſtanda Ergo, &c. Maior probatur *ex l. 8. fæmina. de ſenator.* vbi dicitur, quòd mulier ad ſecundas nuptias non tranſiens eandem retineat dignitatẽ, quam à priore viro accepit. Idem probatur per *l. 3. fæmina. §. 1. illud. de ſecund. nupt.* vbi determinatur, quòd ſoluto matrimonio eodem modo ſuccedat filiis, ſicut eo conſtante.
2 II. Heredes, quibus à teſtatore in eius vita bona relinquuntur, teſtatorem alere tenentur. Ergo etiam eo defuncto ipſius vxorem, cum qua vna caro eſſe dicitur, vt teſtatur ſacra ſcriptura, & probatur per *l. 4. aduerſus. C. de crim. expil. heredit.*

III. Heredibus † prouidendi onus incumbit, ne defunctus iniuria afficiatur. *Inſt. qui manumit. poſ. vel nõ.* ergo neceſſario debẽt defuncti vxori alimenta præſtare, cum aliâs ipſi præberent vxori anſam iniuriam defuncto inferendi, quia ſi nihil haberet quod mãducaret, cucurbitaret forſan maritum, vel alia turpia tractaret, quibus eum dehoneſtaret.

IV. Facit optimè in argumentum quod diſponitur in *l. pen. vt in poſſ. legat.* nimirum quòd vxor miſſa in poſſeſſionem cauſa rei ſeruandæ, poſſit diminuere de fructibus
cauſa veſcendi. Item † quod determinatur 3
in *l. 1. §. ſi tamen. ad Turpil.* tamen interim ratione inopiæ alimenta pupillo præſtanda ſunt, text. eſt in *l. 27. §. 3. de inofficioſo. de inoffic. teſtam. & in l. 14. vt in poſſ. leg.* item fac. in arg. *l. fin. C. de ord. cog. & l. 7. ſi neget. de liber. agnoſcend.* vbi probatur quòd licet Titius neget Bertam eſſe vxorem ſuam, quòd tamen interim à Titio liberis alimenta ſint præſtanda. Idem de patrono paupere diſponitur, qui à liberto diuite poteſt petere alimenta, & è contrario. *l. ſi quis à liberis. §. 22. ſi quis à liberto. de liber. agnoſc.*
V. Res † tranſit cum ſuo onere, *text. in l. 20.* 4
traditio. de acquir. rer. dom. ergo dos quando tranſit ad heredes, debet etiam trãſire cum ſuo onere, quod eſt vxori & liberis alimenta præſtare, *l. 21. §. 1. de donat. inter vir. & vxor. & l. 20. pro oneribus. C. de iure dot.*

VI. Quod à Deo mandatum eſt, illud ſine vlla contradictione eſt ſernandum. Sed à DEO mandatum eſt, vt eſurienti panem porrigamus. Ergo, &c.
VII. Occidere eſt prohibitum. Sed † qui 5
denegat mulieri alimenta eam occidit, *tex. in l. 4. necare. de liber. agnoſc.* ibi: *Necare videtur non tantùm is qui partum perfocat, ſed & is qui abiicit, & qui alimonia denegat.* & vide *l. 5. de pecor. C. de lege Aquil.* nihil enim intereſt occidat quis, an cauſam mortis præbeat, vt eſt text. *in l. 15. nihil intereſt. ad l. Corn. de ſiccar.* Vndè concluditur quod denegare defuncti vxori alimenta ſit prohibitum.
VIII. Quod † ex dote comparatur perin- 6
dè pertinet ad vxorem, ac ſi ipſa dos, per text. *in l. 22. ſi cum dotem, §. vlt. ſol. mat.* ibi: *quaſi & hæ* (res ex dote comparatæ) *dotales ſint.* item *tex. in l. 26. ita. de iure dot. & in l. 71. ſed quod. de legat. 2.* Atqui fructus quos petit vxor ab heredibus defuncti, ex dote ſunt percepti vel comparati. Ergo, &c.

IX. Eſt pulcherrimus pro hac opinione text. *in c. vlt. in fin. Nouel. 53.* cuius verba ſunt: *& inopia coniugis per diuitias ſaluetur alterius.* Ergo argumentando à maiori ad minus multo magis inopia coniugis propriis eſt ſaluanda diuitiis.
Vt † his præmiſſis ad maritum noſtra de- 7

fleƈtatur diſputatio, eique neceſſariò poſt diuortium mulierem alimentandi onus incumbere doceamus, I. hoc modo argumentamur. Conſiderando cauſam, propter quam maritus dotis fructus lucratur, inuenimus onera matrimonij, *d. l. 20. pro oneribus. & l. 7. dotis fructum. eod. tit.* ibi: *Dotis fructum ad maritum pertinere debere æquitas ſuggerit.* Qua de cauſa ſuggerit? *cùm enim ipſe onera matrimonij ſubeat, æquum eſt eum etiam fructus percipere.* Idem eſt text. in *l. 65. actione, in fin. pro ſoc.* & diximus latè in *tractat. noſtro controuerſ. de lucro dot. q. 13.* Sed ſoluto matrimonio talis cauſa ceſſat. Ergò etiam maritus dotis fructus non lucratur, *l. 6. §. quamuis. de iure patron.* & conſequenter vxori pro alimentis ſunt adiudicandi.

II. Mulieri de proprio eius patrimonio alimenta non ſunt deneganda. Atqui dos eſt proprium patrimonium mulieris, text. in *l. 3. denique. §. 5. ergò etiam de minorib. 25. ann.* ibi: *Quoniam dos ipſius filiæ proprium patrimonium eſt.* Ergò, &c.

8 III. Maritus † qui vxorem non demonſtrat, non poteſt dotis fructus petere, *argum. l. 17. pater. in princ. de doli mali except.* vbi probatur quòd gener non poſſit petere vſuras, ratione dotis à ſocero promiſſas, niſi vxorem exhibeat. Eodem modo maritus non videtur lucrari dotis fructus, niſi vxorem oſtendat. Sed de iure ciuili propter diuortium vir non poteſt oſtendere vxorem, quia matrimonium ſolutum dicitur. Igitur dotis fructus non poteſt petere.

9 IV. Licet † concederemus, mulieri ius petendi à viro alimenta poſt diuortium non competere: tamen eo non obſtante vir de ſuo tenetur vxori alimenta præſtare, *arg. l. 6. præſenti, in fin. princ. C. de his qui ad eccleſ. confug.* vbi determinatur quòd fugienti ad eccleſiam de alieno alimenta ſint præſtanda, & arg. *l. 9. Iudices. C. de Epiſcop. aud.* vbi pauperi, pro crimine in carcere retento, de alieno alimenta præſtantur.

10 V. Huius † opinionis veritas probatur etiam ex ſubiecta alimentorum materia, quæ ita fauorabilis eſt, vt etiam die feriato de eis agendi poteſtas concedatur, *l. 2. de fer. l. 1. in princ. vbi pupil. educ. deb.* Et vt ſolutione per triennium facta, obligationem in futurum inducat, *l. 1. C. de fideicom.* quodq; alia multa iuris beneficia alimentorum cauſa concedantur, quæ in aliis non permittuntur. Ergò ſaltem fauore alimentorum Iudici pro muliere pronunciandi onus incumbit.

Ex his & ſimilibus videtur concludendum, quòd tàm heredes, quàm ipſe maritus, qui infra annum retinent dotem, in rebus mobilibus conſiſtentem, teneantur intereà vxori alimenta præſtare.

PARS II. NEGANS.

PRædictorum † argumentorum ſolutiones cùm in ſpecie non inueniamus 11
daras. ſecundum nos (diſtinctione, quam inferiùs dabimus, ſeruata) ad prædicta argumenta hoc modo reſponderi poteſt. Primùm ad maiorem I. argumenti propoſitionem, in qua dictum quòd vxor in viduitate permanens, eadem priuilegia retineat, quæ habebat in vita mariti, quòd hoc procedat quoad dignitatem mariti, ſucceſſionem filiorum, & alia horum ſimilia, vt ipſæ ll. in contrarium adductæ indicant, non verò quoad alimenta vxori præſtanda, cùm † iſtud priuilegium ſit 12
tantùm perſonale, *l. 46. ſi maritus. ſam. erciſc.* & cum perſona extinguatur. *l. vnic. §. ſin vero talis. C. de caduc. tol. l. 4. forma. §. 2. is verò. de cenſib.*

Ad II. argumentum reſponderi poteſt, eius conſequentiam negando. Nam quod † in antecedente dictum eſt, virum 13
& vxorem vnam eſſe carnem, hoc non eſt ita intelligendum, quaſi vir & vxor vnum & idem corpus conſtituerent, ſed quòd vnus alterius carnem ita debeat diligere & habere, quaſi ſuam propriam carnem. Vndè iſta verba non ampliùs ſe extendunt, quàm reſpectu amoris ad virum & vxorem. Ideoque non ſequitur: heredes teſtatorem alere tenentur, ergò etiam reſpectu dotis eius vxorem. Prætereà poteſt reſponderi, quòd ſoluto matrimonio vir & vxor deſinant eſſe vna caro, & iccircò ſequi non poteſt quòd heredes teſtatoris alere teneantur eius vxorem, cùm ampliùs vna caro non dicantur.

Negatur rurſus conſequentia III. argumenti. Nam licèt heredes debeant proſpicere, ne iniuria defuncto inferatur: tamen ex eo non ſequitur quòd teneantur vxorem alere, quia per hoc nulla infertur defuncto iniuria, cùm propterea vxor, quæ aliis honeſtis mediis ſibi victum ac-

quirere poteſt, opus non habeat cucurbitare maritum.

Non obſtant ll. loco III. arg. oppoſitæ.
14 Nam † quòd in *l. pen. vt in poſſ. leg.* vxor, neptis, vel proneptis, cauſa veſcendi de legato detrahunt, ideò fit quia nemo ſuis ſumptibus rem alienam conſeruare & tueri cogitur. Quis enim ait Apoſtolus, ſuis ſtipendiis militat vnquam? quis plantat vineam, & de fructu eius non comedit? Iccircò cùm nemini debeat officium ſuum eſſe damnoſum, *text. in l. 7. ſed ſi quis. quemad. teſtam. oper. & in l. 1. & 29. ex quib. cauſ. maior. in integ. reſt.* meritò quod cauſa veſcendi conſumptum eſt in legatum imputatur.

15 Item † non contrariatur *d. l. 1. §. ſi tamen. ad Turpil.* Nam quòd ibi pupillo alimenta non detrahantur, licet à ſententia appellatum ſit, eſt ſpeciale, fauore pupillorum iure prætorio introductum, quia aliâs pupillus, qui nec laborare neque negotiari poteſt, aliundè forſan ſe ſuſtentare non poteſt. Item non aduerſatur *l. 7. ſi negot. de liber. agnoſ.* cùm hoc etiam in iſta lege ſit ſpeciale, ne liberi, qui ſibi ipſi alimenta præſtare nequeunt, fame pereant. Denique non obſtat *l. 5 ſi quis à liberis. §. 22. de liber. agnoſ.* quia ibi operatur quaſi ius naturale, propter tantum beneficium à patrono liberto præſtitum. Ita ſoluit iſtam l. Beneuent. *d. q. 28. num. 11.*

Negatur conſequentia V. arg. Nam licet regulariter dicatur, rem tranſire cum ſuo onere: tamen ex eo non ſequitur quòd heredes de dote in re mobili conſiſtente infra annum teneantur vxori defuncti alimenta præſtare, cùm illis ſpecialiter per tantum temporis ſpacium dos libera, & ab vlla præſtatione vacua ſit à iure relicta, per text. in *l. 24. ſi conſtante. §. 2. quotiens. ſolut. matrim.* melior text. *in l. vnic. §. 7. cum autem. C. de rei vxor. act.* ibi: *Exactio autem dotis celebretur non annua, bima trima die, ſed omnimodò intra annum, in rebus mobilibus, vel ſe mouentibus, vel incorporalibus: cæteris videlicet rebus quæ ſolo continentur illicò reſtituendis.*

16 Non † obſtat generalitas præcepti, loco VI. argum. oppoſita, quia iſta non vult, vt totum ius noſtrum ratione alimentorum egenti concedamus, ſed vt de reſiduis inter pauperes diſtribuamus, & nihilominus ſubſtantiam bonorum & iurium noſtrorum conſeruemus. Si quis verò velit plus inter egenos diſtribuere, liberæ ſuæ voluntatis eſt, & non præcepti, cùm aliâs forſan quis per breue temporis ſpacium totam ſuam inter pauperes diſtribueret ſubſtantiam, poſteà verò non ita facilè
aliquid recuperaret, vt † de Iudæo 17
quodam referunt, qui cùm Chriſtianam acceptaſſet fidem, perſuaſus vt totam ſuam bonorum ſubſtantiam pauperibus, aliiſque bonis ſociis diſtribueret, quia Deus ille quem iam per Chriſtum coleret, centuplum illi reſtituturus eſſet. Iudæus huic doctrinæ aſſentiens, in breuiſſimo tempore omnes ſuas opes ſociis ſuis & pauperibus diſtribuit, poſteà verò bonis ſuis ſic diſtributis, à ſociis relictus vitam miſerabilem & pauperrimam egit, imò in tantam paupertatem redactus, vt præ nimia fame pro naturali alui exoneratione ſanguinem emitteret.

Sed hic Iudæus tandem per Dei clementiam, licet lento pede aduenientem, ab hac paupertate liberatus, inuenit ſacculum margaritis pretioſiſſimis plenum. Socij eius cùm hoc cognoſcerent, cùmque ad diuitias maximas aſpirantem cernerent, ad eum properabant, dicentes: Ecce nunquid tibi verum prædiximus, Deum tibi centuplum reſtituturum?

Reſpondit ille, benè dixiſtis: Deus enim in opere ſuo verus eſt, ſanguis autem priùs mihi erat emittendus, antequàm tantum reſtitueret. Iccirco iſtud quod mihi reſtituit diligenter cuſtodiam, & quod feci ampliùs non tentabo.

Eſt neganda minor VII. argumenti
propoſitio. Nam † quòd dicitur in d. l. 4. 18
eum non ſolùm necare partum qui perfocat, ſed etiam eum qui alimonia denegat, fit eam ob cauſam, quia partus, quando non alitur à patre vel matre, debet neceſſariò mori, cùm propter immaturum ſenſum per alium modum ſibi victum acquirere nequeat.

Sed noſtro in caſu licet mulieri per annum ratione dotis alimenta denegentur: tamen laborando, negotiando, vel dotem alicui obligando, ſibi alimenta comparare poteſt. Vndè cùm diuerſa inter mulierem & infantē ſit ratio, neceſſariò etiam diuerſa iuris determinatio eſt

ſta

ſtatuenda, & diſpoſitum de partu in muliere non admittendum.

Reſpondemus ad d.l.22. in maiori VII. argumenti oppoſitam, qua determinatur, quòd res ex dote comparatę quaſi dotales cenſeantur, quòd hoc ideò fiat, quia ibi matrimonium cum ſeruo ignorãter contractum de iure ciuili non eſt ratum, & iccirco res omnes ex dote comparatę pleno iure ad mulierem pertinent, & quaſi dotales dicũtur, nec vir vel eius heredes hoc priuilegiũ, de quo nos agimus, opponere poſſunt, cùm hoc non niſi matrimonio legitimè contracto competat. Item non obſtat *d.l.22. de iure dot. & l.71. de legat. 2.* quia in illis legibus non fit mentio quidem de fructibus, infra annum poſt ſolutum matrimonium perceptis, ſed de ipſa rei dotalis permutatione, & vt iſtud quod per illam permutationem comparatum eſt in locum dotis ſuccedat. Non igitur conuincitur ex dd. ll. fructus ex dote in re mobili conſiſtenti infra annum poſt ſolutum matrimonium perceptos quaſi dotales cenſeri, cùm in iſtis legib. caſus à noſtra quæſtione longè diuerſi determinentur.

Non contrariatur *d.c. vlt. Nouel. 53.* in IX. atg. oppoſitum, quia illud nihil aliud diſponit, quàm quòd viro non adimatur poteſtas vxori pauperæ aliquid legandi, & vt per hunc modum vxoris inopiæ per diuitias alterius ſuccurri poſſit, quod & nos fieri poſſe non negamus.

19 Ad † alteram oppoſitionis partem progrediendo, reſponderi poteſt ad maiorem propoſitionem I. argumenti, nimirum verum eſſe quòd onera matrimonij ſint cauſæ, propter quas maritus conſtante matrimonio dotis fructus lucretur. Sed matrimonio ſoluto talem cauſam non requirimus, ſed ſufficit nobis quòd per legem ſpecialiter determinatum ſit, virum matrimonio ſoluto ab omni fructuum præſtatione liberum eſſe.

Quod in II. argumento dictum eſt, mulieri de proprio eius patrimonio non eſſe alimenta deneganda, totum concedimus. At fructus infra annum ex dote in re mobili conſiſtente percepti, non pertinent ad patrimonium mulieris, per tex. *in d.l. vnic. §. 7. C. de rei vxor. act.* Ergò quando de eis mulieri alimenta denegantur, dici non poteſt quòd de proprio eius patrimonio denegentur.

20 Quod † ad maiorem III. argumẽti propoſitionem attinet, in qua dictum quòd maritus qui vxorem non poteſt exhibere, non poſſit quoq; dotis fructus vel vſuras, ratione dotis pollicitas, petere, procedit quoad iſtos fructus, qui marito ratione onerum matrimonij competebãt, ſed quia vxorẽ non poteſt exhibere, & conſequenter non probare quòd onera matrimonij ſuſtinuerit, nõ poteſt quoq; vſuras vel fructus ratione dotis petere. Sed in noſtra quæſtione talem cauſam vel rationẽ non expetimus, ſed ſufficit nobis matrimoniũ fuiſſe legitimè contractũ, & per diuortiũ legitimè ſolutum. Quo caſu licet vir mulierem vxorem ſuam (effectualiter intelligendo) ampliùs non poſſit oſtendere: tamen nihilominus infra annum à fructuum præſtatione liber exiſtit, cùm amplius ad hoc non requiratur quàm vt matrimonium legitimè ſit ſolutum.

Non contrariantur iura in IV. argumento oppoſita. Nam quòd fugienti ad eccleſiam de alieno alimenta præſtentur, eſt ſpeciale eam ob cauſam, quia ſępiſſimè fugiens ad eccleſiam de ſuo alimenta habere nequit, & iccircò neceſſariò, cùm aliâs fame periret, illi alimenta de alieno ſunt præſtanda. Eodem modo poteſt reſponderi ad *d.l.9. in eod. arg* in contrariũ adductam. Non obſtãt deniq; quæ pro cõfirmatione V. atg. adducta ſunt. Nam licèt non negemus alimentorum fauorem magnum eſſe, non tamen per hoc concedimus, vt ratione iſtius fauoris iſtud quòd ſpecialiter per legem determinatum eſt, abrogetur.

Ad has noſtras ſolutiones confirmandas I. hoc modo argumentari poteſt. Dare alimenta eſt onus perſonale, per text. in *d. l. 46. ſi maritus. famil. erciſc.* quod cum perſona extinguitur, *d. l. vnic. §. ſin verò. C. de caduc. tollend. & d.l.4. §.2. de cenſib.* Ergò mortuo marito, cui alimentandi onus incumbit, dicitur quoque ipſum alimentandi onus extinctum.

Facit optimè in argumentum *d. l. ſi quis à liberis. §. ſi à liberto. de liber. agnoſc. & l.1. C. de oper. libert.* in quibus determinatur quòd libertus teneatur alere patronum, eius autem liberi non teneantur, cùm maioris priuilegij ſint liberi vel heredes, quàm defunctus, *l. fin. C. de euictio.* Ergò licet maritus teneatur alere conſtante matrimonio vxorem ſuam: eius tamen heredes non tenentur.

III. Si vllo iure heredes eſſent obligati ad alimenta vxori præſtanda, ſequeretur quòd ad hoc eſſent obligati ex contractu vel quaſi, vel ex maleficio vel quaſi. Sed conſequens eſt falſum, igitur nullo iure vxori ad alimenta præſtanda ſunt obligati, *l. 1. de action. & obligat. & Inſt. de obligat.*

22 IV. Nemo inuitus † alicui rem ſuam tradere vel dare compellitur, *text. in l. 9. non enim. de act. rer. amot. & in l. 70. nec quaſi. de rei vendit.* Sed fructus infra annum ſoluto matrimonio à marito vel eius heredibus ex dote, in re mobili conſiſtente, percepti, pertinent propriè ad maritum vel eius heredes. Ergò inuiti de eis non tenentur vxori alimenta præſtare.

23 V. Quod † in fauorem alicuius eſt introductum, illud in eius læſionem non debet retorqueri, *text. in l. 6. quòd fauore. C. de legib. & conſt. 1. c. 17. indultum. c. 61 quod ob gratiam. de reg. iur. in 6. & ibid. Dyn.* Sed dilationem anni habent heredes & maritus in eorum fauorem à lege conceſſam. Igitur iſta conceſſio, quæ in fauorem eorum eſt introducta, in eorum læſionem non debet retorqueri, quod aliàs neceſſariò fieret, ſi onus præſtandi alimenta illis incumberet, cùm plùs ſæpiſſimè ſit in alimentorum præſtatione, quàm in fructuum perceptione.

VI. Si hoc in caſu maritus vel eius heredes tenerentur mulieri alimenta pręſtare, ſequeretur quòd lex verbis, & non rebus

24 ſcripta eſſet. At † conſequens eſt abſurdum, *l. 2. in fin. C. com. de legat. & l. vlt. C. de vſur.* Ergò & antecedens.

25 VII. Facit † in argumentum *c. 9. interdicimus. Nouel. 123.* vbi probatur quòd Epiſcopo non dentur alimenta qui extra eccleſiam eſt. Ad idē facit optimè *c. 5. ſi verè quis. Nouel 134.* vbi Iudex exiens prouinciā tenetur proprius expenſis hoc facere. Eodem modo in propoſito noſtro eſt dicendum, quòd mulieri, ampliùs in matrimonio non conſiſtenti, alimenta non ſint præſtanda.

VIII. Adde pro hac parte text. *in d. l. 24. ſi conſtante. § 12. quotiens. ſol. matr. & in l. vnic. §. 7. cum autem. C. de rei vxor. act.* in quibus locis diſponitur, quòd per integrum annum ſoluto matrimonio detur dilatio dotis reſtituendæ, modò in rebus mobilibus conſiſtat. Hæc cùm ita ſint, nobis neceſſarium non videtur vt ſuper hoc puncto ma-

gis contendamus, cùm † fruſtrà precibus impetretur, quòd per legem inuenitur conceſſum. *l. 1. C. de iure liber. & l. vnic. C. de thesaur. libr. 10.* Ex prædictis concludimus quòd maritus vel eius heredes, qui retinent dotem, in rebus mobilibus conſiſtentem, inſta annum non teneantur vxori alimenta præſtare. 26

Huius concluſionis exceptio eſt, niſi dos, de qua nos agimus, mulieri legata ſit, tunc enim ſtatim vxori eſt reſtituenda, quia † doris legatum commodum repræſentationis habet. *l. 1 §. 2. de dote præleg.* 27

Huius quæſt. diſtinctio.

CVM † æquitas dicatur quædam mitigatio, temperans iuris ſcripti rigorem, conſultius magisque Chriſtianæ pietati conueniens nobis, & multis ante nos viſum fuit, vt mediam quodammodo eligendo viam, pro horum argumentorum concordia inter mulierem egenam & diuitem diſtinctionem quandam faciamus, & priori quidem caſu maritum, vel eius heredes ad alimenta vxori præſtanda cogi non poſſe affirmemus, *not. gloſ. in l. vnic. §. exactio. C. de rei vxor. act.* & ibi Cyn *arg. l. ſi quis à liberis. §. ſed ſi filius. de agnoſc. liber.* Poſteriori caſu mulierem à marito, vel eius heredibus de æquitate alendam eſſe determinemus, *arg. l. pen. vt in poſſ. legat. & l. 7. Fulcinius §. pen & vlt quib. ex cauſ. in poſſ. eat. & in l. vlt. de priuil. credit. & argum. l. plius. de iure delib.* & eſt commune Doctorum reſponſum, atteſtantibus Alexandro *ad l. 7. fructus (aliàs) diuortio. ſolut. matrim.* & Couaruuia *in epit. 4. cap. 3. § 9. numer. 9.* eum hac tamen adhibita moderatione, quòd in plus mulieri non teneantur, quàm ex dote præſtare queunt, *argum. l. 2. §. 1. & l. 3. §. 1. vbi pupil. educ. deb. & l. 12. §. 3. de adminiſt. tut.* Hic vltimus caſus videtur limitandus, vt procedat in muliere vidua, & non in ea quæ ad ſecunda tranſiuit vota, not. Cyn. *ad l. fin. de bon. mater.* 28

An † autem hæc alimenta poſtrà ab heredibus, ſi vxor ad pinguiorem peruenerit fortunam, poſſint repeti? & putamus quod non, cùm quia non tàm ex bonis mariti, vel eius heredum, quàm ex propriis mulieris bonis data videantur, tùm etiam quia alimenta egeno data non repetuntur. 29

Poſtremò † ſcias quòd nomine alimentorum non ſolū veniat cibus & potus, ſed etiam 30

iam veſtimenta, lectus & habitatio, ſine quibus corpus ali non poteſt, *text. in l. legatis alimentis. de aliment. legat. & l. verbum victus. de verb. ſignific.* Et de materia alimentorum vide omninò Bart. *in tract. de aliment.*

QVAESTIO LII.

Vtrum in caſu, quo vir ad inopiam vergit, detur creditoribus quib. bona ſunt obligata, poteſtas dotem in pecunia mulieri, rem in pretio dote maiorem poſſidenti, offerendi?

SVMMARIA.

1 *Creditoribus viri non datur poteſtas offerendi mulieri pecuniam, rem in pretio dote maiorem poſſidenti. contrà num. 4. einſd. exceptio. num. 8.*

2 *Mulier qua ratione habeat facultatem retinendi bona ſibi dotis cauſa obligata.*

3 *Mulieri à lege proſpectum ne damnum patiatur, non quòd cum alterius iactura commodum ſentiat.*

5 *Interpretatio l. 29. vbi adhuc. C. de iure dot.*

6 *Interpretatio l. 10. cum tibi, C. qui pot. in pig. habeant.*

7 *Creditor poſterior habet poteſtatem auocandi pignus à priore, et pecuniam offerendo.*

PARS I. NEGANS.

CELEBRIS à Doctoribus hæc exiſtimatur controuerſia, nunquid viri creditoribus, eo ad inopiam vergente, detur poteſtas offerendi mulieri dotem, vt reſidui, quod vltra dotem in bonis eſt, fiant participes.

1 Eorum † qui partem negatiuam conantur tueri fundamenta hæc ſunt præcipua. Creditores, marito ad inopiam vergente, ſi haberent ius mulieri dotem oſtendi, ſequeretur quòd eo tempore propriè locus daretur actioni de dote. Sed conſequens eſt falſum, maximè cùm agitur de fauore dotis, vt hic *l. 1. ſol. mat.* Ergò.

2 II. Mulieri † conceditur retinendi poteſtas bona, dotis ratione ei obligata, etiam ſi dotis valorem excedant, quò ſe, liberos atque maritum ſuſtentare poſſit. Ergò creditores huiuſmodi bona non habent auocandi facultatem. Antecedentis probatio perſpicua videtur ex *l. 29. vbi adhuc. C. de iure dot.* ibi: *Vbi adhuc matrimonio constitutus maritus ad inopiam ſit deductus, & mulier ſibi proſpicere velit, resque ſibi ſuppoſitas pro dote, & ante nuptias donatione, rebusque extra dotem conſtitutis tenere: non tantùm mariti res ei tenenti, & ſuper his ad iudicium vocata, exceptionis præſidium ad expellendum ab hypotheca ſecundum creditorem præſtamus, ſed etiam ſi ipſa contra detentatores, &c.* Et paulò poſt: *Sed fructibus earum ad ſuſtentationem tàm ſui, quàm mariti, filiorumq. ſi quos habet, abutatur, creditoribus ſcilicet mariti contra eum, eiuſque res, ſi quas poſteà* (nota) *fortè acquiſierit, integra ſua iura habentib.* Quæ verba cùm nullam faciant diſtinctionem bonorum, pro dote mulieri obligatorum, an excedant valorem dotis nec ne, videtur concludendum quòd creditoribus ratione reſidui, quod eſt in bonis pro dote obligatis, non detur poteſtas mulieri in pecunia dotem offerendi.

Hanc concluſionem crebriùs à Doctoribus obſeruatam tradit Vaſquius *controuerſ. iuris. lib. 3. c. 100.*

PARS II. AFFIRMANS.

SED cùm commune iſtud iuris axioma indubitatum ſit, quo aſſeritur mulieri ideò eſſe proſpectum, ne damnum patiatur, non quòd lucrum cùm alterius iactura faciat, *l. 12. aſſiduis. in fin. C. qui pot. in pign. hab.* æquiùs † profectò erit, vt partem affirmatiuam, prædictis non obſtantibus, amplectamur. Neque obſtat I. argumentum, quia reſpondetur ad eius maiorem, quòd ex eo non ſequatur, dotis actioni propriè locum concedi, quòd creditoribus pecuniam pro dote detur offerendi poteſtas, cùm dotis actio propriè dicatur moueri, cùm de ipſa dote principaliter agatur. At hîc non agitur principaliter de dote, ſed de reſiduo, quod eſt in bonis pro dote obligatis. Hæc ſolutio nobis hoc in caſu ſufficit, tametſi aliâs non negemus, viro ad inopiam vergente, mulieri rectè dari actionem ad repetendam dotem, *d. l. 29.* cuius contrarium ſuperiùs aſſertum. Sed iſtud extra propoſitum. 3 4

Negatur † antecedens II. argumenti, neque probatur ex *d. l. vbi adhuc*, cùm in ea tantùm probetur quòd mulier ad ſuam ſuſtentationem poſſit retinere bona, ſibi pro dote obligata, non verò negetur quòd 5

creditores offerendo mulieri pro dote pecuniam non valeant reſiduum petere, cùm alias ex iſtius legis diſpoſitione maxima ſequeretur iniquitas, videlicet mulieri vltra dotem alterius creditum eſſe applicandum, quod leges, vt ſuprà tactum, ſummè vetârunt. Vndè licet *d. l. vbi adhuc*, ſecundum prædictum intellectum quoad reſiduum non expreſsè diſtinguat: tamẽ cum ratio ipſa hoc in puncto ſufficientem faciat diſtinctionem, non erit negandum, quòd hic noſter intellectus allegatæ *l. vbi adhuc*, ſummopetè conueniat.

6 Accedit † prædictis textus in *l. 10. cum tibi. C. qui pot. in pig. hab.* ex quo in hunc modum argumentum deducimus. Creditores ſi non offerant mulieri pro dote pecuniam, non poſſunt res ſibi & mulieri obligatas perſequi. Ergò ſi offerant, poterunt. At dices prædictum textum loqui in caſu quo matrimonium ſolutum eſt. At hic nõ eſſe ſolutum, ac proindè prædictam l. huc non referendam. Reſpondemus eundem mulieris fauorem hoc in caſu ſubeſſe ſoluto matrimonio, qui ſubeſt eo conſtante, ac propterea diuerſitatis rationem non poſſe aſſignari, quòd hic conſtante matrimonio per d. l. idem ſtatuendum non ſit, quod ſtatuitur eo ſoluto.

7 Præterea † generalis iuris regula eſt, ꝙ creditor poſterior habeat poteſtatem auocandi pignus à priore, ei pecuniam offerendo, *l. 1. C. ſi antiquior cred. pignus vend. l. potior. §. vlt. qui pot. in pign. hab.* Ergò iſti regulæ hoc in caſu tamdiu erit ſtandum, quamdiu de eius exceptione non docetur.

Ex prædictis pro parte affirmatiua concludimus.

Aſſentiunt huic concluſioni Vaſquius *d. c. 100.* & alij per Gail. *2. obſer. 92.* & Oſaſcum *deciſ. Pedemon. 135* allegati.

8 Eiuſdem † exceptio videtur, niſi mulier creditoribus offerat quod vltra dotem in re pro ea obligata reperitur. Ratio huius duplex. Vna fauor mulieris. *l. 1 ſol. mat. tex. in c. 4. §. ſi verò. Nouel. 2.* Altera rationis ceſſantis, quia ratio creditorum in reſiduo conſiſtit, ergò iſto reſiduo eis ſoluto, ceſſat prædicta ratio.

QVAESTIO LIII.

Nunquid viduæ detur poteſtas petendi vſuras ſiue intereſſe dotis & donationis propter nuptias, ſi heredes in mora ſint huiuſmodi res reſtituendi?

SVMMARIA.

1 *Viduæ datur poteſtas exigendi vſuras, ſiue intereſſe ab heredibus, moram in donat. propt. nupt. reſtituenda committentibus. except. num. 5.*

2 *Vſuras vidua poteſt petere ex vſu rerum antenuptialium.*

3 *Vſuras vidua poteſt petere ab heredibus, moram in dotis reſtitutione committentibus.*

4 *Vſura poſt moram in bonæ fidei iudiciis præſtandæ.*

5 *Vſuras remiſiſſe intelligitur vidua, eas longo tempore non exigendo.*

6 *Vaſquij ſententia de vſuris longo tempore non exactis ab Authore refutatur. Eiuſdem ſolutio ad l. 17 §. 1. de vſur. oppugnatur. numer. 7.*

QVÆSTIO hæc, num vidua poſſit petere vſuras, ſiue intereſſe, ſi res propter nuptias illi conſtitutæ ab heredibus interpellatis non reſtituantur, licet à nonnullis ſiniſtrè in partem negatiuam accepta & interpretata ſit, Afflictus *deciſ. 291.* tamen † cum pars affirmatiua veritati 1
adeò ex legibus conſentanea appareat, vt friuolum penè videatur contrarium aſſerere, eius in vtramque partem diſcuſſionem, tanquam ſuperfluam, omittimus, & pauca, quibus noſtra ſtabilitur ſententia, recenſemus. Et inter alia in primis citamus textum *in c. 4. ſi autem. Nouel. 2.* cuius verba ſunt: *Si autem omnis fortè conſiſtat in pecuniis, aut aliis mobilibus rebus, antenuptialis donatio tertiam vſurarum partem percipientem, matrem cum cautione iam definita, non exigere à filiis aurum; niſi fortè idonea ſit viri ſubſtantia, &c.*

Ex quibus verbis planè conſtat matrem antenuptialis donationis cauſa poſſe ab heredibus viri exigere vſuras. At dices hoc quidem de iure ciuili probari, ſecùs verò de iure canonico, per quod vſuræ interdictæ, vt latè oſtendimus *in tract. noſtro controuerſ. de bon. conſt. matr. acq.* Reſpondemus hoc procedere quoad vſuras propriè ſumptas, ſecùs verò quando ſumuntur tanquam intereſſe, aut lucrum ceſſans, prout hoc in caſu eas conſideramus.

Sedrurſus obiicies, mulierem has vſuras petere ex vſu rerum antenuptialium, ſibi per legem conceſſo. *d. §. ſi autem. & l. 6. hac edictali. §. 1. his illud. C. de ſecund. nupt.* At hoc modo vſuras petere eſſe prohibitum, tàm de iure ciuili, quàm canonico. *l. 20. improbum. C. ex quib. cauſ. infam. irrog.* Reſpõ-
2 detur † hoc arg. procedere in caſu, quo vſuræ vſurarum petuntur, quod hîc non fit, cùm vſus rerum antenuptialium mulieri tribuatur, tanquam ſors ſibi ex lege debita, *d. §. ſi autẽ. & §. his illud.* Atqui hæc in præſentiarum pro noſtra ſententia confirmanda ſufficiant.

Amplectuntur hanc partem Grammatic. *deciſ. 103. nu. 96.* Vrſil. *in Apoſtil. ad Afflict. d. deciſ. 291.* & Antonius Teſſaurus, quos etiam refert & ſequitur Vaſquius *controuerſ. iuris. lib. 3. c. 102. in princ.*

3 Hęc † eadem volumus procedere in caſu, quo viri heredes committunt moram in reſtitutione dotis, oppugnantibus id Bart. *ad l. 19. atqui natura. §. 4. non tantum. de negot geſt.* Alex. *in l. 35. diuort. nu. 23. eod.* Cranet. *conſ. 89. & 289.* Couar. *2. variar. reſol. c. 1.* Menoch *8. conſ. 703. nu. 15.*

Primò potiſſimùm ex eo fundamento, quòd actio de dote ſit bonæ fidei, text. *in l.*
4 *vnic. §. 2. ſed etſi. C. de rei vx. act.* At † in bonæ fidei iudiciis vſuræ poſt moram præſtantur. *l. 32. mora §. 2. in bonæ fidei. de vſuris.*

Secundò ex textu *in d. l. vnic. §. 7. cum autem. verſ. ſic autem.* ibi: *Sin autem ſuperſederit res mobiles, vel ſe mouentes, vel incorporales poſt annale tempus reſtituere, vel cateras res ſtatim poſt diſſolutum matrimonium, etiam vſuras æſtimationis omnium rerum, quæ extra immobiles ſint, vſq; ad tertiam partem centeſimæ ex bona fide introducendas maritus præſtet, &c.*

Ex prædictis fundamentis idẽ ſentiunt nobiſcũ, qui ſupra poſt nu. 2. allegati ſunt, quibus adde Iaſ. *1. conſ. 92.* Panor. *2. conſ. 39.*

5 Eiuſdem † ſententiæ exceptio eſt, niſi mulier vſuras longo tempore non exegerit. Ratio eſt, quia mulier longo temporis ſpacio vſuras non exigendo eas remiſiſſe præſumitur. Text. *in l. 17. cùm quidam. §. 1. de vſur.* ibi: *Diuus Pius ita reſcripſit: parum iuſte præteritas vſuras petis, quas omiſiſſe te longi tẽporis interuallum indicat, quia eas à debitore tuo, vt gratior apud eum videlicet eſſes, petendas non putaſti.* Idem text. *in l. 54. vir vſuras. de donat. inter vir. & vxi.* Cõfirmant hanc exceptionem Alex. *5. conſ. 74. nu. 8.* Alciat. *de præſump. reg. 1. præſumpt. 32. nu. 4.* Tiraq. *de præſcript. §. 1. gloſſ. 4.* & Menoch. *3. de præſumpt. præſumpt. 25.* Diſſentiunt Alex. ſibi contrarius *4. conſ. 56. nu. 6. & 63. nu. 16.* Iaſ. *in l. quæ dotis. nu. 19. ſol. matr.* Dec. *conſ. 571. n. 4.* quorum fundamẽta cùm per ſe leuia ſint, ea recenſere inutile duximus. Diſſentit † aliter Vaſq. *3. c. 103.* 6
exiſtimans iſtud Iudicis arbitrio eſſe relinquendum; ſed malè Quod enim lege expreſsè definitum eſt, iſtud Iudici pro ſuo arbitrio determinandum non remittitur. At quòd lege expreſsè definitum ſit, vſuras elapſo longi temporis ſpacio peti non poſſe, conſtat luce clarius ex *d. §. diuus.* Neque † huic textui obſtat reſponſio Vaſquij, 7
qua aſſerit ideò ibi vſuras eſſe remiſſas, quò creditor gratior eſſet debitori, & hoc fortè putat expreſsè *in d. §.* conſtare (cùm aliâs eius ſolutio nihil ligaret) & non præſumi. Reſpondemus iſtud erroneum eſſe, cum iſta ratio ibi expreſsè non conſtet, ſed Paulum I C. ex longo temporis ſpacio illam præſumere, & hoc quidẽ generaliter inter quoſlibet creditores & debitores. Ideoq; cùm noſtro in caſu idem longi tẽporis ſpacium ſubſit, eandem quoq; legalem ſubeſſe determinationem præſumendum erit, & hoc quidem noſtro in caſu eo multo magis, quò mulier maritiq; heredes inter ſe amicitia coniunctiores eſſe præſumantur. Quod igitur lege determinatum eſt, fruſtrà Vaſquius Iudicis arbitrio determinandum omninò exiſtimauit.

Nunc habes, mi frater, quæ in hac ſubtiliſſima & celeberrima materia pro hoc tempore potuimus præſtare. Iſtud verò quod præſtitimus, ſi ſyncero perſcrutatus fueris iudicio, te minimè inficias iturum credimus, nos nulli labori & induſtriæ pepereiſſe. Portò Deum, à quo hæc omnia habemus, & ſine quo nihil ſumus, nobiſcũ ſubmiſsè orare non dedigneris, vt noſtrum illuſtret ingeniũ, quò aliquando maiora in Reipub. commodum præſtare valeamus.

INDEX

IN HVIVS TRACTATVS CONTROVERSIAS DE DOTE,

&c. PRIMVS NVMERVS MATERIARVM, ALter paginarum marginibus additum numerum denotat.

A.

ACcidentia dotis non interrumpunt ipſam dotis ſubſtantiam.num.8.fol.22.
Acquiſitum ex bonis paternis patri applicandum.n.7.99.
Actio dotis cauſa mulieri non competit aduerſus eum, qui ſimulatè eius marito donationem fecit,quò citiùs mulier contraheret.nu.1.58.contrà nu.7.60.
Actus indefinitus æquipollet vniuerſali.nu.6.48.
Adulterij cauſa maritus iniuſtam vxorem accuſare poteſt.nu.11.102.
Aduocatus pauperum cauſas gratis agere tenetur.n.3.41.
Alere non cogitur pater filium locupletem.nu.2.41.
Alexandri & aliorum ratio oppugnatur.nu.8.88.
Alienatio transfert dominium.nu.7.65.
Alienatio fundi dotalis valet. num.1. 82. cont. nu.3.83.diſtinctio nu.6.ibid.
Alienatio dotis neceſſariò facta tenet.nu.6.83.
Alienatio dotis iuramento confirmata valet.nu.8.ibid.
Alimenta legata per diminutionem prædiorum alimentorum cauſa legatorum, non dicuntur diminuta. numer.2.28.
Amantium natura mirabilis.nu.2.31.
Amor excuſat quandoq; à pœna.nu.4.59.
Amor fraternus qualis meritò ſit.nu.5.ibid.
Amoris coniugalis illuſtria exempla.nu.22.107.
Arbores germinales mariti lucro cedunt.num.10.93.
Argumenta ab alimentis ad dotem non rectè deducuntur. nu.6.41.
Argumentandi modus à contrario ſenſu non valet, vbi aliud lege expreſſum eſt.nu.5.30.
Argumentum à maiori ad minus in iure validiſſimum. nu.10.46.
Argumentum à pacto expreſſo ad tacitum hoc in caſu procedere Author defendit.nu.12.ibid.
Ariſtotelis authoritas quoad dotis conſtitutionem reprobatur.nu.11.49.
Arrhæ poſſunt conſtante matrimonio conſtitui,ſi ſumantur impropriè pro donatione.nu.2.64.
Author Forcatuli ſolutionem ad l. 1. C. de dot. promiſſ. reprobat.nu.13.40.
Authoris ſolutiones ad ſingula argumenta in contrarium allegata.nu.7.60.
Authoritas Philoſophorum quandoq; in iure arctat. numer. 2. 48.
Authoritas Doctoris lege & ratione carens non eſt admittenda.nu.8.69.

B.

BArtoli definitio dotis tribus fundamentis improbatur.num.5.fol.19.
Bartoli collectio in leg. 23.de iur.dot.reprobatur. num.10. fol.49.
Beneficium l. 2. C.de reſcind. vend. non habet locum in ſciente læſionem vltra dimidium iuſti pretij. numer.6. fol.44.
Beneficium Auth. præterea. C. vnde vir & vx. non habet mulier, cui eſt ſpes ſuccedendi parentibus vel propinquis opulentis.nu.1.87.cont.nu.7.ibid.

C.

CAſtratus heredem inſtituere nequit.nu. 6.fol. 80.
Cauſa ſine ratio ſufficit eo tempore ſubeſſe, quo requiritur,licet poſtea ſubeſſe deſinat.nu.10.88.
Cautela pro mulieribus obæratis viris viuentibus. numer. 7.44.
Conditio vt filia legitimam non capiat, niſi nupſerit,eſt contra bonos mores.nu.7.26.
Confeſſio conſtante matrimonio de dote recepta, præſumitur animo donandi facta.nu.1.34.
Conſenſus parentum de honeſtate tantùm requiritur. n. 2.35.cont.nu.8.& 9.fol.36.
Contractus qui in facto conſiſtunt, in dubio nunquam celebrari præſumuntur.nu.9.53.
Contractus cum minoribus inchoatus non ſemper reſcindendus, ſed ad bonum & æquum redigendus. num. 2. fol.65.
Conuentio nuda non eſt ſpeciale quid in dote.nu.7.38.
Creditor debitorem de fuga ſuſpectum accuſare non poteſt, ſi eius conditionem contractus tempore notam habuerit.nu.4.44.
Creditor cauſa militiæ mulieri præfertur.nu.12.76.
Creditor debiti funerarij mulieri præfertur. nu.17. ibid.
Coſtans ſolutio ad l.8. qui pot.in pign. hab. refutatur. nu. 8.74.
Cuiacij ſolutio ab Authore refutatur, & verus intellectus l.5.C.qui teſtam.fac.poſſ.additur.nu.13.82.
Conſenſus coactus nihil operatur.nu.5.83.

D.

DAmnum ab inimicis viri in rem dotalem vxori illatum à marito non reſarciendum. num. 1.95. contrà nu. 4.96.except.nu.6.ibid.
Damnum ex inimicitia publica rebus dotalibus illatum caſui fortuito adſcribendum. nu.6.96.
Dare eſt dominium transferre.nu.3.48.
Debitum iuris naturalis potentius & magis fauorabile, quàm ciuilis.nu.5.70.& nu.7.71.
Decipere aliquem ipſam naturalem rationem oppugnat. nu.9.60.
Decipere neminem oportet in pactis dotalibus.nu.16. 61.
Definitio non admittit fictionem.nu.63.19.
Definitio cum ſuo definito debet poſſe conuerti. num. 6. ibid.

Depor-

Digitized by Google

Deportatus amittit omnia quæ ſunt iuris ciuilis. num. 2. fol.104.

Diues quis dicitur propter futuram ſucceßionem vel hereditatem.nu.11.88.

Diuortium apud Romanos rarò fieri ſolebat.nu.10.181.

Dignum magis ad ſe trahit minus dignum.n.7.48.

Dolo facere non intelligitur, qui aliquid facit non ſui lucri cauſa.n.3.58.

Dolus bonus quis ſit.n.12.61.

Dominium non impedit error in venditione, quò minùs emptor illud conſequatur.n.3.55.

Dominium ex errore non transfertur.n.15.55.

Dominium dotis mortuo viro mulier illicò habet.nu.1.76. exceptiones iſtius concluſ.n.2.3.4.& ſeq.77.

Dominium quaſi & vtile ſoluto matrimonio illicò in mulierem non transfertur.nu.2.& 3.77.

Dominium dotis ſoluto matrimonio illicò non tranſit in heredes vxoris, quod idem in patre eſt determinandum.n.4.& 5.ibid.

Dominium rei mobilis mulier dirempto matrimonio illicò non habet.nu.7.ibid.

Dominium diſſoluto coniugio mulier illicò non habet in dote, ſi rem ſub eius commemoratione non petat. n. 8. ibid.

Dominium dotis illicò in mulierem non transfertur, ſi dos repetatur propter inopiam viri.nu.10.78.

Dominium naturale penes maritum non eſt.n.5.90.

Dominium dotis quoad exercitium penes maritum non eſt.nn.7.90.cont.n.8.ibid.

Dominus dotis maritus non eſt.nn.1.89. diſtinguitur. nu. 5.90.

Donandi animus inter coniunctas perſonas facilimè præſumuntur.nu.2.34.

Donatio quæ ex libera voluntate procedit, non dicitur fieri animo recompenſandi.n.2.30.

Donatio non præſumitur vbi alia poteſt capi coniectura, quàm donationis.nn.5.34.

Donatio propter nuptias conſtante matrimonio fieri poteſt.nn.1.63.

Donatio propter nuptias anteà inualida propter metam legitimæ ætatis ſuperuenientem reconualeſcit. num. 13. 66.

Donationem propter nuptias minor poteſt promittere ſine decreto.n.3.65.cont.n.6.ibid.

Donationem propter nuptias minor poteſt conſtituere ſine decreto in bonis mobilibus.n.8.66.

Donationem filiis factam pater reuocare non poteſt. numer.3.84.

Dos variè accipitur.nn.7.2.

Dos propriè quæ.nu.8.2.

Dos aduentitia quæ. n. 2. ibid.

Dos quibus perſonis conſtituenda.nu.8.3.

Dos conſtante matrimonio ob quas cauſas petatur. num. 2.10.

Dos ſoluto matrimonio quomodo repetatur. num. 3.17.

Dos profectitia mortua filia ad patrem in totum reuertitur.num.5.ibid. & eiuſd. except.num.6.ibid.

Dos qua actione repetatur.nu.8.9.& 10.17.

Dos ob quas cauſas repeti non poßit.n.12.ibid.

Dos quid ſecundum Azonem.nu.1.18.

Dos non eſt ius vniuerſale.n.7.19.

Dos eſt ius vniuerſale.n.2.17.

Dos & ipſæ res dotales ſunt ſeparatæ.n.3.ibid.

Dos non poteſt eſſe ſine re.n.11.20.

Dos vendicatur, ſecus ius vniuerſale.n.12.ibid.

Dos promiſſa propriè non dicitur dos. numer. 1. & 2. fol.21.

Dos confeßione non conſtituitur.n.4.ibid.

Dos etiam propriè dicitur ſolut. matrim. eiuſd. exceptio. nu.11.22.

Dos modica non eſt dos.n.1.22.cont.n.7.23.

Dos quomodo & qua ratione conſtituatur. num. 3. & 4. ibid.

Dos ante matrimonium eſſe nequit.n.2.25.

Dos à patre in trecenta filiæ conſtituta, dicitur poſtea per patrem diminuta; ſi veniens eam matrimonio iungat, centum duntaxat in dotem conſtituendo.n.1.27.cont. n.4.28.replic.nn.7.ibid.

Dos conſtante matrimonio recipit augmentum. nu. 3. 28.

Dos à patre filiæ relicta cùm legato non compenſanda. n. 1.29.cont.n.4.30.

Dos Titio conſtituta vt cum Sempronia contrahat, etiãſi requiſitus contrahere recuſet, dos ab eo ſtatim non auocanda.n.1.31.cont.n.5. ibid.

Dos incertè conſtituta quòd non valeat, per l.1. C. de dot. promiſ.videtur probari.n.5.38.

Dos indeterminatè conſtituta non valet. nu.1.38. cont.n. 8.39.

Dos per verbum, Do, cenſetur conſtituta, etiam non adiecta quantitate.n.13.50.

Dos eſt acceſſorium quiddam ad matrimonium.n.3.51.

Dos peculÿ inſtar eſt.nu.5.ibid.

Dos cur in matrimonio reconciliato dicatur repetita. Antheris noua declaratio.n.6.68.& n.7.69.

Dos quoad modum procedendi in iudicio de iure ciuili, non eſt priuilegiata, de iure canonico autem ſuper hoc diſputatur.n.1.2.& 4.69.& 70.

Dos non eſt magis priuilegiata, quàm alimenta. nu. 1.70. cont.nu.6.71.

Dos confeſſata non habet priuilegium prælationis aduerſus creditores, niſi alÿ creditores pariter non niſi nudarum literarum habeant cautionem.num.1.& 2.37. Quod limitatur in cauſa depoſiti.n.3.ibid.

Dos nondum numerata vera dotis non habet priuilegium. nu.13.76.

Dos repetitur per conditionem ob cauſam, ſi matrimoniũ non ſit contractum.n.18.76.

Dos rei mobilis quomodo de iure antiquo alienabilis, & quomodo de iure nouo.n.1.& 2.78.& 79.

Dos rei mobilis in ſpecie conſiſtentis, quomodo alienabilis.n.3.ibid.

Dos ante contractum matrimonium conſtitui poteſt. nu. 2.85.& nu.5.86.

Dos proprium patrimonium filiæ.nn.2.89.

Dos profecta à patre, ſuperſtitibus filiæ defunctæ liberis, ad patrem non reuertitur.nu.1.97.contr.nn.6.99.

Dos à patre profecta ad eum non reuertitur, ſi matrimonium morte mariti, & non vxoris ſoluatur.n.4.ibid. reprobatur.nu.5.ibid.

Dos defuncta matre quòd debeat manere apud liberos, & non reuerti ad patrem dotantem, cùm verior, tum æquior videtur opinio.n.10.100.

Dos eſſe non poteſt, vbi matrimonium non eſt.n.2.101.

Dos ob quas cauſas repetatur. n.17.106.

Dotare

Dotare filiam locupletem pater cur teneatur. n. 8. fol. 42.
Dotem à patre cõſtitutam in primo matrimonio, ſed non exactam, poteſt mulier defuncto marito ab eius heredibus repetere, non obſtante quòd ei ſecundò nubenti ab eodem patre dos data ſit. nu. 1. 3. cont. nu. 4. ibid.
Dotem repetendi poteſtas quib. perſonis concedatur. nu. 4. 17.
Dotem in bonis immobilibus mulier minor conſtituere nequit. nu. 7. 52.
Dotem maiorem patruus conſtituendo quàm in bonis neptis eſt, cæterum donaſſe præſumitur. nu. 6. 63.
Dotem quoad modum procedendi in iudicio non eſſe priuilegiatam Author cum multis aſſerit. nu. 4. 70.
Dotem exigendi poteſtatem habet mulier, viro ad inopiam vergente. nu. 4. 90.
Dotem conferre tenentur nepotes, cum auunculis hereditatem maternam diuidentes. nu. 2. 97.
Dotem maritus non lucratur propter adulterium vxoris, ſi poſtea conſanguinitate comperta matrimonium declaratur. nu. 1. 101. cont. nu. 7. ibid.
Dotem maritus putatiuus vſucapere non poteſt. n. 3. ibid.
Dotis conſtitutio quomodo fiat. nu. 1. 2.
Dotis origo à iure gentium ſecundariò promanauit. n. 6. 2.
Dotis conſtituendæ forma varia eſt. nu. 5. 3.
Dotis definitio ab Azone tradita improbatur tribus argumentis. nu. 2. 18.
Dotis definitio. ſecund. Bart. quæ. nu. 4. 19.
Dotis definitionem à Zaſio traditam Author vti meliorem amplectitur. nu. 8. ibid.
Dotis cauſa pater filiæ debitor eſt. nu. 8. 26.
Dotis legata à patre filiæ cauſa q̃ ſit oſtẽditur. n. 8. & 9. 92.
Dotis quantitatem lex definit. nu. 9. 39.
Dotis conditionem mulier per pactum expreſſum deteriorem facere nequit. nu. 11. 46.
Dotis cauſam non reſpicit, quod expreſsè in dotem datum non eſt. nu. 14. 50. & nu. 15. ibid.
Dotis menſuram in priori matrim. conſtituta, pater in poſteriori matrim. non poteſt minuere. nu. 5. 55.
Dotis cauſa num cognoſci poſſit die feriata, diſtinguitur. nu. 1. 70.
Dotis cauſa die feriata non alio reſpectu, quàm alimentorum cognoſci poteſt. nu. 2. ibid.
Dotis cauſa non niſi decem annorum præſcriptio operatur. nu. 2. ibid.

E.

Effractor domus propter iniuriam, ſi poſtea res furtim ſit ablata, non tenetur actione furti. n. 14. 103.
Ementi rem dotalem quid obſeruandum. n. 9. 84.
Error iuſtus in vſucapione operatur. 6. 55.
Error geſtorum non impedit veritatem. nu. 5. 101.
Exceptio non numeratæ dotis in dubio conceditur. n. 6. 34.
Exigua non habentur in conſideratione. nu. 2. 22.
Expenſa in re litigioſa facta, non de ipſius rei ſubſtantia, ſed de fructibus ab adminiſtratorib. repetenda. n. 2. 94.
Expenſa à marito in re dotali litigioſa facta, cur poſſint repeti, & non à patre. nu. 4. 95.
Expenſas litis maritus de dote deducere nequit. nu. 1. 94. cont. nu. 3. 95. eiuſd. except. n. 6. ibid.
Extraneo dos non niſi per pactum expreſſum reſtituenda. nu. 1. 99.

F.

Fendum num in dotem dari poſſit. nu. 7. fol. 3.
Fideiuſſor ſcienter pro homine inope vel prodigo obligatus, non habet actionem mandati. nu. 5. 44.
Fidem fallere graue eſt. nu. 17. 62.
Filia cui dos ſub ea conditione eſt relicta, ſi nupſerit, mortuo teſtatore ante conditionis euentum, dotem petere nequit. nu. 1. 25. contra num. 4. 26. eiuſdem ampliatio. nu. 9. & exceptio. nu. 10.
Filia abſq; parentum conſenſu digno nubere poteſt. num. 17. 37.
Filia locuples non dotanda. nu. 1. 40. cont. nu. 4. 41. & contra nu. 9. & 10. 42.
Filia naturalis eſt alimentanda. nu. 4. 70.
Filia propria authoritate nubenti dos eſt conſtituenda. n. 1. 35. cont. nu. 6. 36. except. nu. 17. & ſeq. 37.
Filia naturali alimenta non ſunt præſtanda, ſi habeat artem vel quoduis aliud, quo viuere poteſt. nu. 8. 71.
Filij viuente patre quodammodo paternarum rerum domini exiſtunt. nu. 6. 87. & nu. 9. 88.
Filius emancipatus abſq; parentum conſenſu nubere poteſt. Item ſi ſit maior viginti quinq; annis. nu. 18. 37.
Filius pro parentis ſalute mortem oppetere debet. n. 8. 85.
Fiſcus & mulier in priuilegio prælationis æquiparantur. n. 2. 74.
Fiſcus creditoribus anteriorem hypothecam habentibus non præfertur. nu. 3. ibid.
Forma ſtatuti non ſeruata actus corruit. nu. 16. 67.
Fortuna vitaq; noſtra cui ſimilis. nu. 13. 89.
Frater ſorori dotem conſtituendo, in dubio de bonis paternis dotem conſtituiſſe præſumitur. nu. 2. 62.
Fructus dotis iuxta proportionem anni, quo matrimoniũ ſolutum eſt, ſunt reſtituendi. nu. 7. 17.
Fructus omneſq; dotis acceſſiones eadem actione petuntur, qua ipſa dos. nu. 11. ibid.
Fructus non augent res particulares, ſed vniuerſales. nu. 4. 19.
Fructus ex re dotali ante matrimonium percepti, quo iure augeant dotem. nu. 1. 20.
Fundus dotalis æſtimatus quando poſſit alienari. n. 7. 83.
Fundus habens lapides non renaſcibiles cedit lucro mariti. nu. 2. 93. cont. n. 3. ibid. except. nu. 7. ibid.
Furti pœna non ſolùm vni ſocio committenti, ſed etiam alteri eſt infligenda. nu. 3. & 5. 96.

G.

Galij diſtinctio ab Authore refutatur. nu. 15. f. 47.
Gloſſ. in l. 6. ſol. matr. reprobatur. nu. 4. 92.

H.

Habendi verbum ad illud duntaxat referendũ, quod iuſtè haberi poteſt. nu. 16. 57.
Hæreticus quis ſit. nu. 4. 104.
Heredes tenentur defuncti vxori de dote in re mobili conſiſtente infra annum ſolutionis alimenta præſtare. n. 1. 107.
Hæreditas parentum ex naturali quodam voto deſcendentibus debetur. nu. 3. 87.
Humanum genus cur bipartito diuiſum. nu. 9. 23.

I.

Iaſonis fundamenta Author refutat. nu. 13. 46.
Iudæa filia, Chriſtianam fidem profeſſa, legitima vel dos à patre eſt conſtituenda. nu. 1. 32. cont. nu. 6. 33. except. n. 8. & 9. 33.
Iudæus effectus Chriſtianus melioris eſt conditionis, quàm antea fuit. n. 2. 32.
Iudex eſſe definit quis, qui ſuam ſentẽtiam ſemel pronunciauit. nu. 10. 39.

Iuris idem eſt de duobus circa idem participantib. n.9.99.
Ius gentium ſecundarium legitimum coniugium approbauit. n.2.1.
Ius vniuerſale quid ſit.n.1.19.
Ius vniuerſale cur contineant patrimonium & menſa nummularia.n.10.20.
Iuſtitia ſeruandæ ſaluberrimum Zeleuci exemplū.n.11.61
Incertitudo vitiat ſententiam.n.3.38.
Infortunium viri vxor debet participare. n.2.95.
Inopia alicuius quomodo probetur.n.2.87.
Inſinuandi onus non niſi in cauſa pia remittitur.n.2.71.
Intellectus Authoris ad l.26.de probat. & l.69.de iure dot. nu.9.56.
Intellectus l.fin.C.de iur.dot.n.3.71.
Inter amantes ſæpiſſimè interueniunt iræ. nn.4.31.
Interpretatio l.22.§.4.ſol.matr. & l.41.§.11.de leg.3.item l.22.§.ad SC.Trebel.nu.4.& 5.62.& 63.
Interpretatio benignior pro dote facienda.n.3.93.
Interpretationi conſuetudinis debemus ſtare in caſu de iure communi dubio. n.3.98.

L.

LApides eſſe quoſdam renaſcibiles oſtenditur.n.1.92.
Lapides renaſcibiles cedunt lucro dotis.n.4. 95.
Legata domus in genere, in heredis eſt arbitrio quamlibet præſtare.n.11.39.
Legata dotis à patre filiæ ratio finalis quæ.n.6.26.
Legati impleta cauſa ipſum quoq; legatum dicitur impletum.nu.6.28.
Legatum conditionale non niſi eueniente conditione petitur.nu.3.25.
Legatum dotis filiæ relictum potius caſuale, quàm conditionale cenſetur.nu.5.26.
Legi humanæ per conſuetudinem derogatur.n.20. 107.
Legis 69.§.4.& l.1.C.de dot.promiſ.conciliatio.n. 12.40.
Libell⁹ quo exigitur dos à muliere ſecundò nubēti.n.16.54
Liberalis in neceſſitatibus nemo præſumitur.n.5.30.
Liberi ex matrimonio putatiuo ignoranter cōtracto procreati reputantur legitimi.n.13.103.

M.

MAlum minus eſt eligendum de duobus malis. num. 19.107.
Marito ab vxore in dotis conſtitutione circumuento, quomodo ſuccurratur.nu.3.64.
Marito excommunicato, quòd mulier dotem non poſſit repetere, varia ratione oſtenditur.n.21.107.
Maritus ex iuſtis cauſis dotem vxori vel eius patri ſoluens eſt liberatus, etiamſi poſtea dos inutiliter ab eis conſumatur.n.1.96.
Mater an teneatur conſtituere dotem.n.3.3.
Matrimonium legitimū propter ignorantiam inter ſanguine coniunctos conſiſtit.n.7.101.
Matrimonium legitimum inter ignorantes conſanguinitatem quomodo conſiſtat, explicatur.n.9.102.
Matrimonium eſt ſpecies ſeruitutis.n.3.104. & n.12.105.
Minor faciens actum quem quilibet prudens feciſſet, non eſt reſtituendus.n.5.65.cont.n.8.66.
Minor doloſè aſſerens cum iuramento ſe maiorem 25. annis, poteſt ſine decreto donationem propter nuptias conſtituere, niſi, &c.n.14. & 15.66.
Mobilia quæ ſeruando ſeruari poſſunt, ſine decreto non poſſunt in alium transferri.nn.12.66.
Modica ſunt in conſideratione, ſi res perſonarumq; fauor hoc ſuadeat.n.7.23.
Mora quid ſit.n.2.91.
Mora non ſolùm in ſoluendo, ſed etiam in accipiēdo committitur.nu.3.ibid.
Mora quomodo committatur in perſona.nu.7.92.
Mora effectus quis ſit.n.8.ibid.
Mors naturalis vbi requiritur, ciuilis non ſufficit.n.18.106.
Mulier graue onus.n.5.22.cont.n.8.23.
Mulier cur quandoq; matrimonij onus.n.11.24.
Mulier obærato viro ſcienter nubens non poteſt dotē conſtante matrimonio repetere.n.1.43.cont. n.8.44.
Mulier indefinitè dotem conſtituens, cenſetur omnia ſua bona in dotem dediſſe.n.1.48.cont.n.9.49.
Mulier ad ſecundum tranſiens matrimonium eandem ſecundo viro non intelligitur conſtituiſſe dotem, quam conſtituerat primo.nu.1.67.cont.n.3.ib.replic.nu.5.68.
Mulier dotis cauſa non præfertur cæteris creditoribus, expreſſam anteriorem hypothecam habentibus. nu.1.74. cont.n.6.except.n.9.& ſeq.76.
Mulieris dolus prodeſſe non debet.nu.4.85.
Mulierem contrahentem ſcienter cum viro obærato poſſe conſtante matrimonio repetere dotem, varia ratione ab Authore demonſtratur.n.8.& 9.43.& 44.
Mulieres dotatas eſſe noluerunt Græci, Indi & Thraces. & qua ratione.n.3.2.
Contrarium Romani, quorum ratio fortior eſt.nu.4.ibid.
Mulieres ſteriles etiam hodie quadam ignominia premuntur.n.5.80.

N.

NEmo aliquid dixiſſe præſumitur, quod prius mente non agitauerit.n.14.57.
Nemo ad iactandum pecuniam ſuam pronus eſt.n.3.62.
Nullitas actus, quoad fieri poteſt, eſt euitanda.nu.7.34.
Numeratio nō probatur confeſſione, vbi fraus facilè præſumi poteſt. n.3.ibid.
Nuptiæ cur cōtrahantur de iure naturali.n.3.79.& n.9.81
Nuptiæ non ſolum iure naturæ liberorum procreandorum cauſa celebrantur, ſed etiam iure diuino.num. 9.& n. ibid.
Nuptias legitimas ius gentium primæuum non recognouit.nu. 1.1.

O.

OBligare res ſuas tanquam proprias doloſè permittenti iuris auxilio non ſuccurritur.n.13.61.

P.

PActi taciti exceptio per temporis diuturnitatem inducitur.nu.2.55.
Pactum de lucrando dotem non procedit in dote promiſſa.n.3.21.cont.n.7.22.
Parentes eſſe honorandos Philoſophorum authoritate oſtenditur.n.12.37.
Patribus olim libera filios ob neceſſitatem vendendi poteſtas concedebatur.n.5.85.
Parentibus qui non præſtat obedientiam, omnes Deos cōtemptus habet.n.14.37.
Parentibus vt liberi obedientiam præſtent, Authoris ſalutaris admonitio.nu.15.ibid.
Parentum contemptus quale peccati genus.nu. 16.37.
Parentum conſenſus in nuptiis contrahendis de neceſſitate iuris ciuilis requiritur.n.11.37.
Pater tenetur dotare filiam. Item auus, proauus, frater, tutores, curatores, &c.n.4. 13.
Pater ſemel dotando dicitur ſuo officio ſatisfeciſſe, niſi noua ſuboriatur ratio.n.3.30.

Pater aliunde filiæ obſtrictus dotem conſtituendo de ſuo conſtituiſſe non præſumitur.nu.1.62.cont.num.4. ibid. except.n.7.& 2.63.
Pater idem dotis priuilegium nõ habet, quod habuit filia. nu.14.76.
Pater nihil iuris habet in peculio filij Caſtrenſi, vel quaſi. n.2.ibid.
Patientia in his quæ iuris ſunt, conſenſum operatur. nu. 4.51.
Patientia reuerentiæ vel obſeruantiæ cauſa facta conſenſum non inducit.n.13.53.
Peccatum minus quandoq; maioris peccati euitandi cauſa permittitur.nu.3.32.
Peccatum eſſe quicquid non eſt ex fide, quomodo intelligendum.nu.10.102.
Peculij vſusfructus penes patrem eſt.nu.7.85.
Pecunia eſt de rebus quæ ſeruando ſeruari non poſſunt. n. 9.66.
Pecuniam ſine decreto poteſt minor in donationẽ propter nuptias conſtituere.n.10. 66.& quomodo.n. 11.ibid.
Permiſſum in vno in cæteris intelligitur prohibitũ. n.12.57
Perſona plus in nuptiis contrahendis reſpicienda, quàm opes.n.5.2.
Pœna nulli infligenda, niſi hoc ſpecificè iure cautum ſit.n. 4.32.& nu.3.35.
Potentia nihil operatur, niſi actus potentiæ effectum inducens ſequatur.n.12.53.
Poſſeſſio rei dotalis illicò ſoluto matrim. in mulierem non tranſit.nu.12.78.
Plura vbi obſtant, vno ſublato, reliqua non tolluntur. nu. 17. 67.
Prædium citra dotẽ in priori matrimonio adiectum, cenſetur etiam adiectum in ſecundo.n.4.55.cont.nu.5.ibid.
Prælationis priuilegium tàm quoad expreſſam, quàm tacitam anteriorem hypothecam mulieri à lege conceſſum.n.9.75.
Præſcriptio ſine bona fide nihil operatur.nu.11.56.
Præſcriptio trium annorum alimentorum cauſa procedit. nu.3.70.
Primipili ſarcinã qui ſubit, magis priuilegiatus eſt, quàm mulier in dote.n.11.76.
Priuilegium prælationis non datur mulieri pro donatione propter nuptias conſequenda.nu.19.76.
Proprietas verborum non attenditur inter laicos.n.12.49
Prouidentia hominis eſt potẽtior, prudentia legis.n.4.74.
Proxeneta non tenetur ex eo, quòd rem laudauerit, quò pluris vendatur, niſi cauſa decipiendi hoc fecerit. nu. 2. 58.& n.8.0. & nu.15.61.
Pupillo licet res à debitore ex iuſta cauſa ſoluta ſit, tamen ſi eam pupillus poſtea perdiderit, tenebitur debitor denuò ſoluere.n.3.97.

Q.

QValitas adiecta verbo intelligenda eſt ſecundum tempus verbi.n.16.89.

R.

RAtio Auth.prætereà per Authorẽ declaratur. n.9.88.
Ratio iuris non prius quærenda eſt, quàm illud quo de agitur.nu.4.101.
Ratione vna ſublata altera operatur.n.11.100.
Repetitio vt impediatur ſufficit vt quis ſe putet condemnatum.n.15.103.
Res quæ in dotem danda.nu.6.3.
Res disiunctim alicui legata bis debetur, niſi aliud expreſsè appareat.n.2.29.
Res vna in eodem teſtamento bis legata, non niſi ſemel debetur.n.3.ibid.

S.

SEnatusconſultum alienationẽ rei minoris prohibens, non trahitur ad alienationem neceſſariam.n.4.65.
Sententia ſecundi in matrimonio præualet.n.6.101.
Sententia à qua non eſt appellatum, facit ius inter partes.n.12.103.
Seruum dotalem maritus ſine vxoris conſenſu manumittere poteſt.n.2.82.
Simplicitas ne alicui damnoſa ſit, de dolo datur actio. nu. 14.61.
Solutio cõmunis ad l.1.C.de dot.præmiſ.reprobatur.n.6.38.
Solutionis d.l.1.oppugnatio & defenſio.n.14.40.
Scienti & conſentienti non fit fraus neq; iniuria.n.2.43.
Spes ſuccedendi vana.nu.14.89.
Sponſis ratione dotis competit priuilegium tacitæ hypothecæ.n.1.85.cont.n.4.86.
Sponſus à ſponſa lugendus.nu.3.85.
Statutum legitimam tollere nequit.n.11.27.
Sterilitas mulierum opprobrium hominis.n.2. 79.
Stipulationem vitiat incertitudo.n.2.38.
Summariè proceditur in cauſis à matrimonio dependentibus.nu.3.69.

T.

TEmpus minorennis currit de momento ad momentum.n.1.65.
Theſaurus in fundo dotali inuentus non ſpectat ad maritum.n.2.89.

V.

VAriabile quod eſt non præſumitur.n.10.53.
Varietas humanarum rerum.n.12.88.
Veneris & amoris deſcriptio.n.5.35.
Veritas magis conſideranda, quàm opinio falſa.n.13.57.
Veritatem qui occultat, mortale committit peccatum.n. 10.60.
Vincentem te qui vincit, vincit & te.n.10.75.
Vir indotatam ducere præſumitur, ſi contrahat abſq; dotis mentione.n.11.53.
Voluntas non ſolùm verbis, ſed etiam facto demonſtratur.nu.5.28.
Vniuerſale ad ſe trahit accidentale.n.5.48.& nu.8.49.
Vniuerſalia per ea duntaxat augentur, quæ ex eis procedunt.nu.16.50.
Vſurarum exactio Iudæis permiſſa.num.5.32. Chriſtianis prohibita.nu.7.33.
Vſuras propter moram in dotis traditione commiſſam, quo iure maritus exigat.n.1.91.
Vxor non debet aſtringi infortunio mariti.nu.6.104.& n. 13.105.
Vxoris bona triplicia.nu.2.51.
Vxoris bona ſine dotis mentione ad maritum illata, cenſentur dotalia.nu.1.51.cont.n.8.52.eiuſd.except.nu.15. & 16.f.53.& 54.

F I N I S.